ACTA
SANCTAE SEDIS

IN COMPENDIUM OPPORTUNE REDACTA ET ILLUSTRATA

STUDIO ET CURA

IOSEPHI PENNACCHI ET VICTORII PIAZZESI

SEU

Acta iuridica et solemniora ex Supremo Romano Pontifice immediate dimanantia: acta inter ea quae publici fieri possunt iuris, sive sint Decreta, sive Instructiones, sive Responsa, et alia huiusmodi: praesertim vero Causarum expositiones et resolutiones ex variis EE. Cardinalium Sacris Congregationibus, ad ecclesiastici iuris accuratam intelligentiam et observantiam conferentes';»n compendium diligenti studio redactae: alia denique iuridica, quibus opportune illustrantur quae in expositis actis vel difficultatem parere possint, vel ad vigentis iuris notitiam ulterius conducant: in utilitatem eorum qui in Ecclesiae legibus studiose dignoscendis, et in regimine christiani gregis, vel in colenda Domini vinea sedulo adlaborant.

Volumen XVI.

ROMAE
EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA
S. C. DE PROPAGANDA FIDE
1906

Reprinted with the permission of Libreria Editrice Vaticana

JOHNSON REPRINT CORPORATION
Ili Fifth Avenue, New York, N. Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W. 1

First reprinting, 1968, Johnson Reprint Corporation
Printed in the United States of America

[X S. CONGREGATIONE CONCILII

VITERBIEN.

MASSAE CAPITULARIS

Die 17 Martii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Capitulum Cathedralis post suppressionem, lege civili nuper confectam, duodecim constat canonicis ; inter quos dividenda foret quaedam massa, quae appellata ***massa grossa^*** semper distincta fuit a qualibet praebenda; quaeque olim bis in anno singulis canonicis distribuebatur, habita praesertim ratione personalis servitii. Quum tamen hodie dubitetur an istius massae redditus naturam induant bonorum praebendalium vel distributionum, Canonici, oblato libello, petierunt ut id ab Apostolica Sede definiretur

Disceptatio Synoptica

MASSA GROSSA VIDETUR HABERE NATURAM PRAEBENDALEM. Induere praebendalem indolem massa, de qua agitur, videtur eo quod redditus quibus constat in antiquissimis Capituli Constitutionibus passim dicuntur de ***massa grossa.*** Porro notissimum in iure est distributiones quotidianas a fructibus, quos vocant ***grossos**** distingui, et horum fructuum nomine ea Capituli bona venire, quae dividuntur ratione, benefici i, nullo prorsus habito respectu ad servitium. Ita ***ex text. in cap. unie, de Clerie. non residen, in VI,*** tradunt Scharzius ***in decretal. L. 3 tit. 4 §. 33 n. 33;*** Card. Petra ***in Commentar, ad Constitut. Apóstol. Con-***

stitut. IX Bonifacii VIII n. 28; Card. De Luca ***de Canon, diseurs. 16 n. 6.***

Cui addi camerarium Capituli non semel in suis litteris hosce redditus vocavisse ***massam grossam.*** Iamvero istius assertum maximi faciendum videtur. Siquidem huius massae ipse administrator exstitit; ideoque eius naturam penitus perspectam habere debuit, et eius testimonium veluti qualificatum est suscipiendum.

At argumento nominis vim addit usus istorum reddituum. Etenim ex ratione qua Capituli redditus distribuuntur eorum natura perspecta haberi solet. Cum enim divisio fit ratione personalis servitii, redditus sunt distributiones quotidianae; si vero fit ratione praebendae, ita ut aeque inter omnes fructus distribuantur et ab absentibus quoque percipiantur, tunc praebendam constituunt et sunt vere ***fructus grossi;*** Rota ***in Recent, d. dec. 135 n. 7 part. 10*** cor. Achil. S. O. C. in ***Romana Distributionum*** proposita die 16 Decembris 1882, et iterum 20 Ianuarii volventis anni.

Iamvero in facto est, ceu autumat Episcopus, quod redditus praedictae massae non plene pro rata servitii inter Canonicos dividuntur: imo Constitutiones capitulares ***art. I*** §. 2 decernunt quod fructus et redditus massae grossae—— aeque dividuntur ratione praebendarum, quae de ipsa participant. Porro haec verba penitus excludere videntur divisionem fieri pro rata servitii, et consequenter naturam distributionum quotidianarum dictis redditibus negare. Habita igitur ratione nominis - ***massa grossa*** - quo bona in quaestione vocantur, et inspecto eorumdem usu, concludendum esset, dictam massam partem integralem praebendarum Capituli constituere, nullimode vero distributionum quotidianarum naturam induere.

MASSA GROSSA VIDETUR HABERE INDOLEM DISTRIBUTIONUM. Pro contraria vero parte perpendendum est quod nomina rebus servire debent, non vero nomini res; Missa igitur parumper nominis quaestione, videndum est an redditus in quaestione naturam et officium quotidianarum distributio-

num habeant. Quod ut rite agnoscatur **res** altius repetenda videtur.

Notum **est** Canonicos duplici reddituum **specie** cumulari, altera **ex** praebenda manante, altera ex distributionibus, quae quotidianae vocantur. Primam obtinent quin officium personalem praestent, alteram vero pro rata servitii: ideoque distributiones **a** DD. communiter definiuntur: « Portio- » nes ecclesiasticorum reddituum, quotidie distribui solitae iis *y*> clericis, qui statis horis intersunt divinis officiis, et di- » stinctae a praebendarum fructibus. > Quae institutae in remotissima aetate ab Ivone Carnotensi Episcopo, ut notat Benedictus XIV. ***Inst. Eccl. 107, §. 8,*** fuerunt in Ecclesia universa receptae a Iure Pontificio ***cap. Licet de Prebend. cap. Olim, de verbor. signi f.*** et ***cap. unico de cleric. non resident, in VI,*** et confirmatae a **Concilio** Tridentino ***sess. 21 cap. 3,*** et ***sess. 22 cap. 3.***

Porro si in quadam ecclesia singulis canonicis sua praebenda praesto sit, et **massa** quaedam praeterea habeatur, quae pro distributionibus reservari dicatur, **iam** dubitari non potest, quod haec verarum distributionum sit Massa. Siquidem aliter in eo capitulo ecclesiastica lex, veras pro praestito servitio distributiones praecipiens tum in Decretalibus, tum in C. Tridentino, sperni prorsus dicenda foret.

Iamvero ab origine viterbiensis Capituli, circa saeculum XIII, usque ad nostra tempora, constanter inibi distinctionem reperimus inter bona praebendis assignata, et massam pro distributionibus reservatam. Extat enim in actis authenticum Constitutionum exemplar, quae a Capitulo **anno** 1369 latae sunt, et ab Episcopo ***Nicola*** confirmatae; **ex** quibus clare patet ab illo tempore massam distributionum, omnino distinctam esse a praebendis. Etsi vero procedente tempore bona praebendalia **in** unum fuisse conflata appareat (quo praecise tempore nescitur, at certe ante saeculi XVII medietatem), tamen massa pro distributionibus semper distincta remansit, ceu enarrat Episcopus **viterbiensis in sua** relatione **ad S.** C. Congregationem.

Cum vero sub Episcopo Brancacci, saeculo XVII mediante, praebendae iterum divisae fuerint, ac in singulorum curam ac administrationem concessae, cautum est ut remanerent pro dictis distributionibus circiter 600 scuta ta annua. Id legitur in authentica relatione conventus capitularis diei ***22 Decembris 1661,*** in quo primitivam bonorum praebendalium divisionem restitui decretum est; quod et peractum fuit sequenti anno 1662, novo habito Capituli congressu die 24 Aprilis; quin tamen bona pro distributionibus assignata ullimode - iungerentur.

Porro haec sunt bona quae a plerisque deinde ***massa grossa*** appellata ^unt, cum tamen constanter pro distributionibus usque in praesens fuerint erogata. Historia igitur duce, reperì mus in viterbiensi Capitulo bona praebendalia a bonis pro distributionibus assignatis prorsus distincta ac divisa.

Nec aliquid difficultatis facessere potest quod dicti redditus bis in anno distribuantur, aut quod ex stabilibus praediis non vero ex incertis emolumentis derivent; dummodo enim pro rata servitii distribuantur, huiusmodi redditus adhuc veras distributiones esse docent Rota in ***Recentior, decis. 135, n. 7, part. 10;*** Card. De Luca ***De canon, diseurs- Í6 n. 6,*** et DD. ab eo adducti aliique passim.

Usque modo dictis circa naturam huius massae fastigium ponit auctoritas s. Congregationis de Propaganda Fide. Siquidem notissimum in iure est fructus praebendales tempore vacationis beneficii spolio de iure subiici; et reapse usque in praesens in ditione ecclesiastica subiectos fuisse. At vero fructus qui distribuendi sunt pro rata servitii nullimode sub lege spolii cadunt, ut docent unanimiter doctores, et praesertim Ferraris v. ***Distributiones quotidianae n. 84;'***et admisit S. C. C. in ***Capuana*** *scolii.* Ideoque in themate si S. C. de Propaganda, in cuius favorem spolia vergunt, vacantibus canonicatibus viterbiensibus, fructus massae in questione sibi tribuere renuerit, uti certum est, iam ex hoc confessa est, dictae Massae fructus praebendales non esse. Post haec dubitari non posse videtur, dictam massam na-

turam induere verarum distributionum, quae pro rata servitii impenduntur.

Quin aliquid relèvent ea quae pro contraria sententia adducuntur; et praeprimis quod quaedam capitulares Constitutiones, et conformiter ad eas camerarius Capituli in suis litteris grossam hanc massam appellent. Sane istarum Constitutionum auctoritas magni facienda non est: quia earumdem origo ignoratur, neque originalis textus invenitur, et competenti auctoritate numquam approbatae fuerunt.

Verum parumper ea admissa, adhuc tamen argumentum ex nomine desumptum ad consequentiam trahi non posse videtur. Siquidem cum in viterbiensi Capitulo, praeter hanc massam, aliae etiam minores existant, e. g. illa anni versatorum, cuius mentionem facit art. 8 §. II Constitutionum, non inconcinne supponitur illam ***grossam*** appellatam fuisse ad distinctionem aliarum, et quia antiquior et pinguior est, non vero quia in sensu canonum ***grossa*** revera sit. Porro haec obvia nominis explicatio acceptanda videtur: cohaeret enim cum natura rei, et nomina rebus inservire debent, non autem nomini res.

Ulterior difficultas est in facto cuius meminit Episcopus, nempe dictae massae partem non distribui pro rata servitii, sed ab absentibus quoque acquiri: verum huic obiectioni respondit Episcopus aiens: id ortum fuisse ex causis extrinsecis, triginta circiter abhinc annis, cum fundi massae aucti fuerunt. Sed hoc accidisse in minima parte, certum est; ideo natura massae haud immutari potuit per hoc accessorium.

At demum verius dicendum videtur, hunc distributionis morem contra antiquitatis legem triginta abhinc annis molitum, indicium potius esse de prava agendi ratione Capituli, quam de praebendali natura massae in quaestione; massa enim distributionibus pro servitio assignata in alium usum converti non potest, ceu tradit Benedictus XIV ***Inst. Eccles. 107 num. 42;*** remissione in hac re aut collusione quacumque prohibita « ***Conc. Trid. sess. 25 cap. 12 de reform,*** cohaerenter ad ***cap. ult. de Cleric. non resident.***

in VI; et etiamsi distributiones quotidianae tertiam partem totius beneficii superarent ***Conc. Trid. sess. 21 cap. 3 de reform.*** De Angelis ***Praelect. iur. canon. tit. de Cleric. non resident, num. 16;*** imo etiamsi absentes (dummodo a legitima causa non impediti) maiorem beneficii partem ita amittere cogerentur, ut probat Fagnanus in ***cap. 32 de praebent, n. 126,*** Lucidi ***vol. 1 pag. 296;*** S, C. C. in ***Castrimaris privationis Canonicatus 14 Ianuarii 1741.***

In themate igitur cum dictae massae redditus a remotissima aetate pro distributionibus essent assignati, haud erat in Capituli potestate eorumdem naturam pervertere, quamvis excreverint.

Hisce praemissis, propositum fuit resolvendum sequens

I) **ubi u** IUS.

An massa Capituli viterbiensis, quae in quibusdam documentis dicitur grossa, ***naturam et qualitates distributionum quotidianarum habeat in casu.***

RESOLUTIO. Sacra C. Cong. re disceptata, sub die **IT** Martii 1883, censuit respondere:

Affirmative et integram massam, de qua agitur distribuendam esse ratione servitii choralis.

Ex **QUIBUS COLLIGES :**

I. Duas esse redituum species quae Canonicis obveniunt: altera nempe ex praebenda, altera ex quotidianis distributionibus: redditus primae speciei dividuntur ratione beneficii, nullo habito respectu ad servitium; secundae speciei redditus solent quotidie distribui clericis, qui statis horis intersunt divinis officiis.

II. Indolem massae in themate eam semper fuisse, ut rite accenseretur distributionibus quotidianis: dubiumque, ut videtur, circa eius naturam enasci ex quo, paucis abhinc annis, mos in Capitulo abusive invaluit eamdem non plene dividendi pro rata servitii.

VICENTINA

DISPENSATIONIS AB IRREGULARITATE

Die 17 Martii 1883.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Franciscus clericus Sacratissimum Principem die 10 Ianuarii huius anni adiit, suppliciter exponens, se iam tribus abhinc annis disciplinis theologicis operam navantem vehementer exoptare, ut ad sacrum Subdiaconatus Ordinem promoveatur. Verumtamen cum parvae staturae defectu, atque gibbositate laboret, eaquepropter iudicetur irregularis, humiliter petit dispensationem. Haec Episcopus nedum sua auctoritate confirmavit, verum etiam oratoris precibus suas adiicere non renuit. Quinimo transmittens relationem coeremoniarum magistri, iterum rogavit pro dispensatione.

Animadversiones de more ex officio factae fuerunt, quae pro et contra fieri solent, quasque pluries retulimus: quia saepe eadem redeunt. Ex relatione tandem magistri caeremoniarum patet, oratorem vel irregulärem non esse, vel saltem, si talis revera sit, eius precibus annuendum, cum absit periculum scandali et irriverentiae in 'res sacras. Hinc concludebat ss. caeremoniarum magister : omnino oratori favendum esse, si concurrant simul scientia et pietas. Has vero animi dotes non deesse, quae defectus corporis indubie compensent, innuunt verba Episcopi in relatione ad hoc data.

Hisce praemissis quaesitum est, quomodo essent dimittendae oratoris preces.

RESOLUTIO. Sacra **O.** Congregatio sub die 17 Martii 1881 respondit :

Arbitrio Episcopi, usque ad presbyteratum inclusive, facto verbo cum SSmo.

NEAPOLITANA

MATRIMONII

Die 7 Aprilis 1883.

COMPENDIUM FACTI. Legionis Hungaricae Officialis Leo, famigerato Duci in Siciliae invasione manum praestans, anno 1860 Panormi cum nobili iuvene Eleonora amicitiae foedus iniit: quod tamen aliquod per tempus abruptum, ob discessum Leonis e civitate Panormitana, anno 1865 per amatorias litteras iterum instauratum fuit. Muliere tandem instigante, Leo ex ***Toms Transilvaniae*** mandatum procurationis cum suo nomine et duorum testium inscripto transmisit in ***folio albo*** Eleonorae, ut matrimonium celebraretur. Quod revera effectum est die 22 Februarii anni 1866 Neapoli, ritu catholico servato, procurationis mandatum exequente Iosepho Gangi, haud cognito a Leone, qui cum Eleonora 27 annos tunc nata matrimonium contraxit.

Sub fine eiusdem anni Leo Neapolim primum, indeque Panormum venit, ubi sponsa tunc morabatur, coniugalem vitam cum ipsa praestiturus; paucisque post diebus nempe die 13 Decembris contractu civili sese obligarunt, ut vir posset in bona uxoris ius exercere.

Paulo post sponsi Hungariam petierunt; verum biennio coniugii nondum expleto, ob iurgia et contentiones inter ipsos exortas, invicem separari statuerunt ; atque in Italiam reversi, Eleonora paternam domum, Leo vero iterum Szathm ari um se contulit.

Verum iam inde ab anno 1871 exoptans Eleonora religioso vinculo dissolvi, Curiam neapolitanam adiverat expostulas, ut matrimonium ab ipsa cum Leone, per procuratorem contractum, declararetur nullum ex capite clandestinitatis et impotentiae absolutae et antecedentis, ex parte viri. Quod postulavit et Leo: illam tamen provinciam de-

seruerunt, actionem instituentes ex defectu consensus viri Matrimonio religioso, et ex vitio essentiali procurationis, utpote ***albo folio*** continentis nomen subscriptum Leonis et duorum testium, et cuius mandatum limitari hic intenderai ad contractum civile.

Maxima diligentia efFormato processu ad normam ss. Canonum et Benedictinae Constitutionis, die 17 Augusti 1872 Curia neapolitana sententiam protulit, qua declaravit ***Constare de validitate Matrimonii initi inter Dominum Leonem et Eteonoram die 22 Februarii 1866, coram Parocho SSmae Ascensionis in hac Archidioecesi.***

Ut haec sententia Leoni innotuit intra legitima tempora appellationem ad s. Sedem interposuit. Quin vero appellationis iudicii exitum expectaret, Catholica Religione abiurata, massonicae sectae iam adscriptus, cal vini anam quoque ingressus *st, omnique vinculo solutum se reputans die 19 Aprilis 1873 aliud iniit coniugium, prolemque suscepit.

Eleonora autem, supplici dato libello, petiit ab Apostolica 2ede, ut, infirmata Curiae Archiepiscopolis sententia, nullum declararetur suum matrimonium cum Leon«. Ad hunc finem obtinendum exhibuit Eleonora epistolium Leonis revocantis mandatum procurationis, conscriptum ex Clausemburg die 10 Februarii 1866 , paulo ante matrimonium.

Cum vero Eleonora, ex Archiepiscopi Panormitani attestatione, modo in egestate versetur, causa oeconomice proponitur cum animadversionibus defensoris matrimonii ex officio, una cum voto theologi et canonistae, qui in diversas abeunt sententias : et quorum synopsim inferius damus.

VOTUM THEOLOGI. Nullimode recedendum sed omnino standum esse neapolitanae sententiae, in favorem vinculi matrimonialis prolatae, censuit theologus. Et re quidem vera iuxta Decretum pro instructione Armenorum in Concilio florentino, declaratur causam efficientem matrimonii consistere in consensu, per verba de praesenti regulariter expresso; uti etiam docet d. Thomas in ***4 Sent. d. 28 q. unica, art. 5,*** et ***in Sapp. q. 45 art. 5.*** Hinc a ***Trid. Sess. 24 cap. 1***

de ref. sapientissime nulla et irrita declarantur matrimonia clandestina, in quibus praestitus consensus non ita facile semper evinci posset : et constitutum fuit ut consensus exprimeretur coram parocho et duobus testibus.

Licet autem, iuxta Sánchez ***lib. 2 de matrim, disp. 11, q. 2 n. 19*** aliqui dubitaverunt de validitate matrimonii, per procuratorem contracti post Tridentini promulgationem, tenendum est ut subiungit ***n. 20. «*** Id matrimonium valere,
» nec correptum esse c. fin. de procurat, n. 6. Probatur I°
» ex praxi totius Ecclesiae: passim enim post Tridentinum
» celebrantur matrimonia per procuratores, essetque intolle-
» rabilis error in Ecclesia tot matrimonia irrita censere. 2°.
» Quia finis Tridentini irritantis clandestina est, ut constat
» ex d. c. 1 in prooemio, ut notum sit Ecclesiae matrimo-
» nium, probarique possit; ne aliud publice, aliud vero oc-
» culte celebretur; sed quando celebratur per procuratorem
» coram parocho et testibus satis fit huic fini; iam enim
» constat Ecclesiae et probari potest, sicut quidlibet alius
» contractus, gestus per procuratorem sufficienter probatur,
» ita ut contrahens cogatur in foro externo stare illi. »

Quoad matrimonium per epistolam contractum Sánchez ***lib. 2 de matrim, disp. 2. n. 1*** « Iure antiquo constat ma-
» trimonium, per epistolam celebratum validum fuisse . . . .
» et si antequam perveniat epistola ad alium contrahentem
» revocatus sit consensus sive tacite, sive expresse, dicen-
» dum est idem quod dixi quando contrahitur per procura-
» torem. »

Matrimonium per epistolam et per procuratorem celebratum, ait Biiluart ***tract, de matrim, dis. 1 art. 4*** esse verum sacramentum; etsi gravissimi theologi eant in contrariam sententiam. Etiam ex ***Bened. XIV de Synodo dioeces, lib. 13 cap. 23 n. 9*** eruitur quod matrimonium inter absentes sive per procuratorem sive per litteras, sive per nuntios celebratum, non solum est validum ratione contractus, sed etiam ratione sacramenti.

Ab hisce generalibus principiis descendit consultor ad

casum de quo agitur, animadvertitque matrimonium hoc, haud celebratum fuisse instantanée, ac brevissimo temporis spatio conclusum. Ex litteris relatis in actis processus constat, Leonem personaliter cognovisse Eleonoram Panormi usque ab anno 1860. Eruitur autem ex epistola Leonis diei 22 Augusti 1865 ad Eleonoram data, pertractari coepisse hoc tempore de matrimonio ineundo.

Ex aliis autem litteris quae sequuntur inter utramque partem, clarum fit, Leonem consensum praebuisse pro matrimonio per procuratorem, eo quod politica auctoritas haud sineret illum petere Italiam.

Sub die 6 Octobris 1865 pater Eleonorae, coram publico Notario ac coram testibus solemniter suum consensum praebuit matrimonio, ab Eleonora filia cum Leone celebrando. In quo publico actu patris Eleonorae nullimode sermo est de matrimonio civili contrahendo, sed expresse sermo est de Ecclesiae matrimonio (1).

Alia in actis subsequitur epistola, quae maxima diligentia ponderanda est, ab ipso Leone die 5 Novembris 1865 conscripta. Siquidem in ea, post nonnulla verba erga Eleonoram maxime affectuosa, subiungit Leo : en chartae quas tu valde desideras.... tertia charta est alba, a me subsignata et a testibus tantum. Haud scripsi declarationem ne errarem, sed cura ut Neapoli scribatur quidquid oportuerit.

(1) Initio anni 1866 obligatio civilis matrimonii a gubernio proclamata fuit in Sicilia. Ast anno 1865 quomodo in epistolis sponsi ab Hungaria datis agi poterat de ritu qui nondum vigebat ? Et dum dictae epistolae revelant sponsorum animum citius, qnam fieri posset, inondi matrimonium, nullum in eisdem occurrit verbum super tedio expectandi tempus, quo matrimonium civile iniri posset. Adde a mense octobris vel novembris 1865 Leonem invitatum fuisse, ut peteret Neapolim ad nuptias ineundas: qui respondit haud posse ex metu, ne in carcerem detruderetur. Hinc si venire poterat,matrimonium ecclesiasticum iniisset, cum nondum civilis ritus vigeret. Qua de re ne longius expectarent conventum fuit, ut matrimonium fieret per procuratorem.

His adiiciendum est, Leonem scripsisse epistolam sub die 28 Augusti 186B, in qua quoad ineundum matrimonium sic Eleonoram alloquitur : parce mihi, sed tristis sum, timens ne te perdam; Ob t mea Eleonora tu sola efficere vales ut finis imponatur his diebus moestitiâ plenis, qui nos separant!

Atque ita remotam esse omnem difficultatem censeo; de qua re me certiorem scriptis reddet mea adorata uxor.

In primis quod dicit Leo in hac epistola plene respondet promissioni iam ab ipso factae assentiendi matrimonio per procuratorem; quae promissio expressa invenitur in epistola 12. Dein mittit, quod tantum deerat, ***folium album,*** in quo conscribenda erat Neapoli actus procurationis pro matrimonio celebrando. Quod pariter folium album a Leone transmissum sit illud idem, super quod Eleonora actum procurationis scripsit, vel ut ab alio scriberetur curavit, certum est; quia testes sunt illi iidem, et quidem propria manu subscripti, quos nominat Leo in sua epistola ex parte relata. Misit ergo Leo illud folium, ea intentione, ea praecisa voluntate, ut in ipso actus procurationis pro matrimonio celebrando scriberetur.

Inquisivit autem Consultor an illud folium, per quod constavit de consensu Leonis in matrimonium, ac habitum fuit in celebratione matrimonii tamquam authenticum, officiât matrimonii validitati, quod *22* Februarii 1866 celebratum fuit.

Sánchez ***lib. 2 de matrim, disp. 11 n. 4*** cu **tv.** aliis theologis docet quod procurator generaliter institui potest absque scriptura. Si ergo procurator institui potest absque scriptura, idest verbo mandantis, poterit etiam institui absque propria scriptura ipsius mandantis. Poterit etiam mandans alteri committere munus eligendi ac constituendi procuratorem. Licet enim una ex conditionibus ad valide contrahendum per procuratorem sit, quod procurator per seipsum mandatum exequatur, tamen omnes conveniunt quod si procurator specialem facultatem habeat a mandante, potest et ipse alium instituere procuratorem. Pariter Sánchez ***loc. cit. n. 22,23,*** postquam retulit opinionem aliquorum, qui necessarium putabant quod procurator commissionem reciperet coram parocho et testibus subiungit: « Dicendum tamen est id non » exigi, sed satis esse ut procurator, nomine absentis, ma- » trimonium coram Parocho, et testibus ineat. Prob, quia » Trid. Sess. 24 de matrim cap. 1 solum irritat matrimo-

> nium, quando ipsemet contraete, non celebratur coram
» parocho et testibus, sed mandatum contrahendi non est
» ipse matrimonii contractus. Ergo non petit eamdem so-
» lemnitatem, alias decretum, maxime correctorium exten-
» dendum valde esset. 2° Quia praxis totius Ecclesiae ha-
» bet ut post Trident, contrahatur matrimonium per pro-
» curatorem et numquam auditum est, eam solemnitatem
» in mandato dando procuratori servari. > Billuart hanc
eamdem tenet sententiam in ***tract, de matrim, dissert, i art. 5 pet. 2.***

Et idem Sánchez in opere ***cit. lib. 5 disp. 8 n. 24*** habet: « Non est opus ut parochus et testes videant litteras,
y> in quibus continetur potestas procuratoris, ut praxis to-
» tius ecclesiae recipit, alias deberent esse viri docti ; ut
» scirent an ea potestas sit sufficiens nec ne ; at non pos-
» sunt plene testificari de matrimonio, nisi supposita veri-
» tate illius potestatis procuratoris. »

Ex quibus, ni fallor, satis evidenter eruitur, qnod dum agitur de validitate matrimonii per procuratorem celebrati investiganda, non tam de modo quo fuit procurator constitutus, non de forma actus procurationis, non de modo quo scriptae fuerunt epistolae, sed de consensu mandantis in matrimonium, tali modo celebrandum, debemus primo et principaliter esse solliciti. Etsi enim ad licite ac prudenter celebrandum tali modo Matrimonium, maxima adhibenda sit cautela, ut omnes tum theologi tum canonistae conveniunt, haec tamen praetermittenda omnino sunt dum quaestio de validitate matrimonii iam contracti agitatur, ac de sola validitate investigandum est. Concedendum ergo est in casu nostro Eleonoram ficte ac imprudenter egisse, dum a semetipsa implevit, vel ut impleretur curavit folium a Leone cum propria subscriptione, cum subscriptione duorum testium, ac publici Notarii ei transmissum et in eo scripsit propria manu, ut ipsa dicit, vel ut ab altero scriberetur curavit actus procurationis; sed fictio ac imprudentia Eleonorae, dum folium, uti in Transilvania a Leone conscriptum exhibuit, haud of-

ficit validitati matrimonii de quo agitur. Statim ac enim accepit a Leone folium cum facultate scribendi vel curandi, ut in illo scriberetur actus procurationis, ipsa ***valide*** potuit uti hoc medio externo et sensibili ad exprimendum Leonis sponsi consensum; coram parocho et testibus. Ipsa in casu constituta fuit a Leone sicut procuratrix cum facultate alium constituendi procuratorem, qui ipsum Leonem in celebratione matrimonii repraesentaret. Poterat ergo voce, poterat scripto, poterat scribendo super folium a Leone transmissum, poterat scribendo super quodcumque folium, poterat a semetipsa absque Notario absque parocho et testibus personam aliam eligere quae Leonem in celebratione Matrimonii repraesentaret, ac loco ipsius consensum qui indubitanter aderat coram Parocho et testibus exprimeret sensibiliter. Unde si quis obiicere vellet quod illud folium erat fictum, erat apocriphum, responderi statim potest, fictum et apocriphum erat, non in parte substantiali qua exprimebat Leonis consensum per procuratorem praestandum, consensus enim Leonis per procuratorem praestandus, ut iam dixi, indubitanter aderat; sed fictum ac apocriphum erat in parte materiali, nempe in scriptura. Etsi aliquis subiungat: per hoc fictum folium decepti fuerunt parochus et testes, dum fuit matrimonium celebratum, respondetur statim: decepti quidem fuerunt non tamen in re substantiali quae validitati Matrimonii officeret, non enim est necessarium ad matrimonii per procuratorem celebrati validitatem, ut Parochus attestes vel litteras vel mandatum procurationis videant, sed sufficit ut praesentes sint praestationi consensus, factae vel significatae exterius, ab illis qui consensum ipsum ad **ma**trimonium contrahendum valide praestare possunt.

Dein ostendere sategit consultor, consensum Leonis perseverasse usque ad diem et tempus quo fuit matrimonium celebratum ; qua in re una reperitur ex conditionibus necessariis ad validitatem matrimonii per procuratorem celebrati. Idque eruit ex epistola Leonis diei 6 Decembris 1865, ad Eleonoram quae sic se habet : censeo te iam recepisse meam

epistolam, una cum documentis desideratis; nullumque superesse posse obstaculum nostrae unioni .... pro certo habe, omnes cogitationes meas ad te dirigi, meque patientia carere longius praestolandi, ut tibi devinctus, cum te vivere in aevum valeam. Curam habe de valetudine tua, deque vita tua, quie non amplius ad te pertinet. Perseverabat ergo in sponso voluntas et consensus in matrimonium, uno circiter inende post transmissionem documentorum, quae ad matrimonium celebrandum necessaria erant.

Sub die 31 Decembris 1865 scripsit Leo aliam epistolam dd ducissam Ravaschieri Panormi, ut gratias eidem referret pro curis ab eadem impensis in conciliando hoc matrimonio. Ab hac die usque ad *22* Februarii 1866, qua fuit matrimonium celebratum, verificatur quaedam veluti lacuna in serie documentorum: quamvis eruatur ex aliqua epistola Leonis, eumdem litteras mittere Eleonorae cunctis hebdomadis. Sed thesis nostra firmatur magis per facta ot documenta quae matrimonii celebrationem subsequuntur. Eleonora, celebratis nuptiis, de hoc certiorem reddit Leonem; qui statim sibi et Eleonorae gratulatur est per epistolam diei 1 Maitii 1866, sic alloquens Eleonoram : - possum te vocare dulci nomine sponsae meae? somnium mihi videtur! Esse tecum iam vellem. - Iterum die 7 Martii 1866 in alia epistola Eleonorae conscripta, eamdem appellat: - mea cara, uxor adorata . .. aspice, tibi candide scribo ceu maritus: vale uxor adorata. - In hac eadem epistola exprimit desiderium vehementissimum habendi cito apud se sponsam in Hungaria, modumque indicat tenendum, ut cito cum ille uniri possit. Profecto hic aodus loquendi si quid valet, si quid significat, evidenter ostendit, quod Leo haudquaquam retractaverat suum consensum in matrimonium.

Mense novembri eiusdem anni 1866 Leo Neapolim appulit; dein Panormum perrexit, quo tunc Eleonora redierat. Hic contractum civilem, quem civile matrimonium vocant, die • 13 decembris eiusdem anni regulariter contraxerunt. Circa hoc factum, quod per seipsum maximam vim habet

ad ostendendum quod Leo in sua voluntate vel consensu perseverabat, notandum venit ipsum, statim ac Neapolim appulit, monuisse, medio thelegrapho, Eleonoram de suo adventu ; cum qua egit Panormi sicut maritus cum uxore; ita ut matrimonium consummasse uterque referat.

Prima fronte alicuius ponderis esse videtur difficultas quae exurgit ex repetitis assertionibus quibus uterque coniux adstruere conatur, quod Leo numquam voluntatem habuit contrahendi matrimonium Ecclesiae, sed tantummodo contractum, vel civile matrimonium. Haec tamen difficultas e medio tollitur si consideremus quod innititur solummodo tardae assertioni coniugum : ipsi enim non cogitarunt de hoc, nisi postquam iurgia et contentiones inter ipsos exortae sunt.

Argumentum explicitum et peremptorium eruitur ex depositione Notarii; qui quum retulerit Eleonoram saepe ad illum accedere, ut consilium peteret circa matrimonium celebrandum, adiecit: memini etiam quod ad celebrandas nuptias constitutum fuerit anticipare religiosam solemnitatem, £oquod fieri poterat per procurationem. Cupiebat enim Leo ut matrimonium celebraretu. ante suum adventum; quod fieri nequibat nisi pro matrimonio ecclesiastico, cum in matrimonio civili haud admittatur procuratio.

Hisce de medio sublatis, celebris remanet epistola quae dicitur a Leone conscripta sub die 10 Februarii 1866, et in qua videtur revocasse suum consensum in matrimonium cum Eleonora, per procuratorem celebrandum. Haec epistola quae oblita ac abscondita per plures annos remansit, quaeque revera dici potest Achilles, in quo confidit Eleonora, foras egreditur post maximam expectationem, cum magno apparatu, veluti deus ex machina. Cum hoc attingat essentiam vinculi matrimonialis, ita ut si vera ac authentica in omnibus esset, matrimonium celebratum esset nullum ob defectum consensus, sic consultor eamdem diligenter examinavit, ut dignosceret an revera suppeditare valeret firmum argumentum pro matrimonii nullitate declaranda.

Et revera magni esset ponderis epistola, si eius authen-

twitas quoad scripturam, quod nempe scripta fûënT manu propria ipsius Leonis, et quoad tempus quo scripta fuit, posset indubitanter probari. In illa enim sponsus sf.tis explicite retractat suum consensum. Ast dato, quod non auderem negare, epistolam conscriptam fuisse propria manu a Leone, quis nobis diceret quod revera conscripta fuerit die 10 Februarii anni 1866, nempe duodecim dies antequam Neapoli matrimonium celebraretur? Profecto hoc ex nullo capite constat, neque ex testibus, neque ex thymbrj postali, neque ex aliquo alio adminiculo, cui fidere liceat Doctissimis Consultor omnia adiuncta huius quaestionis, quae relationem habent cum epistola districte examinat comparative ad eamdem, et felici demonstratione colligit epistolam huiusmodi haud conscriptam fuisse tempore utili ad revocandum consensum ; sed confictam fuisse ad rem, cum appellandum erat a sententia Curiae neapolitanae.

Praeterea, ait Consultor, facta quae matrimonii celebrationem subsequuta sunt, de quibus iam dictum supra fuit, sicut probant perseverasse Leonis consensum post celebratum matrimonium, ita etiam probant, epistolam, de qua est sermo, nullum habere valorem. Quomodo enim rationabiliter praesumi aut admitti poterit quod Leo fuerit ita tenax in proposito habendi ac retinendi in suam uxorem Eleonoram si revera illam epistolam revocationis consensus scripsisset? Neque hoc Leonis propositum per unam aut alteram diem tenax perduravit, sed per tres circiter annos, uti ex documentis apparet.

VOTUM CANONISTAE. EX gestorum serie duplex enascitur, ait iste, distincta quaestio: I°. utrum constet de existentia legitimi mandati procurationis, ante factam revocationem. 2 mandatum procurationis si quod existit, an censendum sit tempore utili revocatum.

A secunda quaestione tamen incepit consultor quia, ait ille, probatio facilior, brevior et per se plena est; et etiam sola ad statuendam matrimonii asserti nullitatem sufficit. Quia in hac causa factum sequutae revocationis ante initum

matrimonium: cardo est, quo praecipue innititur appellatio ad S. O. C. Fatetur enim Eleonora epistolam Leonis, qua peremptorie revocatio mandati probatur, non fuisse a se prolatam apud curiam Neapolitanam in prima iudicii sede, quia nesciebat, nec ab aliquo certior facta est de epistolae illius valore. Epistola haec tanti est momenti ut per eam quaestio resolvatur : et ideo quoad eam quaesivit consultor: 1 an ea sit Leonis manu exarata, et insuper ea die scripta quae ibi notatur: 2 utrum in ea vera contineatur ac valida procurationis cuiuslibet antecedentis revocatio, et nominatim revocatio in specie, hoc est in ordine ad matrimonium quod contrahendum erat in facie ecclesiae: 3 utrum saltem factum aliquod posterius matrimonio inito extiterit, quo revocationis vis elidi potuerit; scilicet utrum matrimonium coram Ecclesia sic initum, Leo ut cognovit, ratum habuerit.

Et quoad primum ait: satis constare de illius epistolae authentia, tum relate ad personam, tum relate ad tempus, et nihil proferri posse quod probet iuridice oppositum. Quod haec epistola scripta fuerit manu Leonis, testis est peritus calligraphus, qui id testari paratus est etiam iuramenti religione. Jdem declarant Legatio Austro-Hungarica apud s. Sedem, et Theresia Ravaschieri. In ipsa epistola habetur argumentum: sermo est in eodem de bello quod imminens dicebatur, quod constat revera exarsisse medio anno 1866: hinc nota realis cohaeret cum nota cronologica, et impossibilis evadit suspicio collusionis. Praeterea confirmatur ex scopo, quem Leo habebat aucupandi bona deceptae mulieris: ad quem pervenire poterat per solum matrimonium civile. Et in hunc finem, quum in Italiam venit exeunte anno 1866, conficere curavit matrimonium civile : et bona, quibus inhiavit maxima ex parte sibi vindicavit et obligurivit. Hinc intelligitur quare mandatum revocaverit quando novit agi de matrimonio vero seu ecclesiastico. Genuina ergo est epistola et iuridice authentica. Quoad secundum, ait Consultor : in ea epistola contineri revocationem cuiuscumque mandati procurationis et in specie exclusionem peremptoriam mandati ad

contrahendum in facie ecclesiae; ideoque nullitatem sequuti matrimonii plena et evidenti probatione iure constare. Etenim epistola illa tota in eo versatur, ut quemlibet tractatum matrimonii abrumpat; et in specie excludit matrimonium contrahendum in facie ecclesiae. Imo vero diserte ac peremptorie affirmat, omnia quae praecesserant, unicum hunc scopum agnovisse, ut scilicet iniretur matrimonium civile. Hinc dicendum est Iosephum G-angi nulla legitima procuratione munitum invalide matrimonium contraxisse. Etenim ex ***cap. fin. deproc. in 6.*** praeter alia, requiritur ut ***ante contractum matrimonium revocatum non fuerit mandatum, etiamsi procurator factum revocationis ignoret.*** Id repetendum est ex ipsius matrimonii natura et essentia quae in mutuo contrahentium consensu tota est.

Ergo, ait Consultor, ex superius dictis duo in tuto posita sunt, nempe authentia epistolae et eius vis probatoria intrinseca pro nullitate matrimonii.

Adversus haec omnia dici nequit constare de facto et de iure ratihabitionis ad matrimonii validitatem. Constat enim nullam verbis factam fuisse coram Parocho, neque per epistolas, neque per consummationem matrimonii, et coniugum cohabitationem, neque per celebrationem matrimonii civilis. Nam haec in casu vel non habentur, vel quae ex iis forte adsunt non sufficiunt ad probandam matrimonii validitatem. Curia autem Neapolitana falso laborat supposito quando censuit nullam fuisse revocationem, quae eidem fuit ignota.

Consultor huc quum pervenisset ait: quamvis ex mandati revocatione satis constet de asserti matrimonii nullitate, tamen ea summatim perpendere in animo est quae adducunt ad denegandam ipsam legitimi mandati existentiam. Et primo certum est mandatum illud quod prostat in actis, italica lingua conscriptum, falsum esse; nam omnes consentiunt quod Leo ad contrahendum per procuratorem misit ***folium album*** adscripto dumtaxat nomine suo et duorum testium, absque ulla authentica confirmatione Legationis Italicae in Austro-Hungaria. Praeterea nomen procuratoris in eo conscriptum

fuit a Ducissa Ravaschieri. Et id sufficit ut documentum tamquam falsum reiiceretur. At dici posset, in iure non praecipi ut mandatum non sit scripto datum ***cap. fin. de proc. in 6.*** Cui respondit Consultor: si aliunde verbis vel litteris constitisset de vera voluntate Leonis contrahendi matrimonium ecclesiasticum cum Eleonora et illum designandi procuratorem quem ducissa Ravaschieri delegisset, mandatum illud, licet falsum, exhibuisset tamen veram mentem Leonis. Sed nihil horum in casu est: nam Leo dicit omnia quae praecesserunt, facta fuisse pro matrimonio civili.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. Dolet iste quod consultores in diversam abierint sententiam; sed tum ex officio tum ex animo adhaeret Theologo, paratus ad diluenda ea quae in contrario a Canonista afferuntur. Interim animadvertit totam quaestionem duplici cardine versari: nam dubitatum est utrum datum mandatum respiceret tantum matrimonium civile vel etiam ecclesiasticum. Suppositum vero utriusque quaestionis est, quod vera, legitima et efficax ab initio procuratio extiterit. Negat id Canonista, quia procuratio missa fuit per folium album, et scripta lingua italica in Trnnsilvania : sed respondit id arguere posse falsitatem materialem non formalem. Neque mirandum quod procuratio fuerit scripta lingua italica, ex quo Leo litteras scripsit hoc idiomate ad curiam Neapolitanam, ad R. Pontificem, haud exclusa epistola mandati revocatoria. Quod ¿lufem careat confirmatione Legationis italicae, importat tantum, dictam procurationem legali carere aufhentia, sed non amittere ex hoc naturalem vim, quam Ecclesia semper sequitur, cum deficiunt leges civiles aut sacri canones.

Edicit autem Canonista mandatum procurationis certae et determinatae personae fieri debere ad contrahendum cum certa et determinata persona ad mentem eiusdem S. C. Concilii; quae certe uti nullum haberet mandatum per folium album.

Enim vero reposuit Vindex: folium dari potest ad matrimonium pro mandante contrahendum, quin sive ex tra-

ctatibus antea extantibus, sive ex epistolis super proposito matrimonio scriptis, sive ex testibus negocii consciis, constet quaenam esset persona, cui procurator mandantis nomine nubere debuisset. Hoc in casu convenio nullius ponderis esse mandatum; sed si aliunde constet quaenam fuerit mandantis voluntas, folii scribendi causa, persona cuius is nuptias inhiabat, dici nequit, huiusmodi folium non respicere determinatas personas. Inter Leonem et Eleonoram ita est: nam a longo tempore iidem de matrimonio tractabant, ceu constat ex epistolis a mense augusto 1865 ad illam quae procurationis folium comitatur. Et re quidem vera, Leo quum nequiret Neapolim accedere ad celebrandas nuptias, per epistolas statutum est expedire ut per procuratorem matrimonium celebraretur. Et vir timens errare circa formam procurationis, per epistolam monet sponsam de hoc, et eidem facultatem facit inscribendi in folio quidquid opportunum esset.

Est ne autem certum, Leonem noluisse matrimonium ecclesiasticum? et ex arbitrio mulier de eo sermonem fecisse in mandato procurationis? Id asserit uterque coniux, id Canonista tenet: sed primi falsum asserunt, alter ex eorum dictis deceptus est. In epistolis nullum verbum reperitur, quamvis saepe sponsi agant de matrimonio ineundo, quo sponsorum intentio et voluntas ad solum matrimonium civile restricta referatur. Id enim concipi, neque suspicari potest ex parte viri, qui in Hungaria morabatur, ubi non est in more positum, et àlibi contractum uti nullum habetur: neque ex parte mulieris quia in usu adhuc non habebatur in loco quo illa degebat. Neque inter alia obliviscendum est, Leonem nullam quaerimoniam movisse quod ritu religioso nuptiae initae essent, praeter eius voluntatem et mandatum, quando Panormum venit. Ibi Eleonoram amplexus est uti veram uxorem, et maritalem consuetudinem cum ea exercuit. Utique Leo aliquot dies post, contractum civile inire studuit, sed non quatenus nullum agnoverit ecclesiasticum, sed

ut nuptiae etiam coram gubernio, inspecta nova lege (1) firmae manerent.

Tandem sacri vinculi vindex ad mandati revocationem venit: dixitque gravissimam esse quaestionem quae ex genuinitate exhibiti documenti pendet. Ast genuina ne est epistola quae in actis extat? Dubium exurgit circa diem, quem praesefert; nam relate ad scripturam uterque consultor tenet fuisse exaratam a Leone, eo quod peritus calligraphus ita esse iudicavit. Sed haec peritia ab Eleonora provocata fuit et est extraiudicialis; et ideo cum Theologo defensor contendit nullum argumentum positivum pro rei veritate adesse. Et revera epistola neque signum, quod ***ty'morum postale*** dicitur, neque testimonium ullius qui eam opportuno tempore viderit, et perlegerit, habet. Ipsa enim Eleonora fatetur neminem eam perlegisse.

Ast Canonista habet : ob praesumptionem in iure fundatam genuinitas epistolae per se sustinetur. Cui respondit vindex: iuridicam praesumptionem admitti quando nihil de facto extat, quae eidem contradicat ; quod in themate accidit; nam plures annos haec epistola latuit, dum maxime intererat Eleonorae eamdem exhibere. Tanta enim vis in ea erat ad suum matrimonium nullum declarandum, ut nullum maius argumentum adduci posset. Quomodo tam arctum et longum silentium explicatur si epistola extitisset et genuina fuisset? Eleonora documenti pondus agnovit quando ab Hungaria missum accepit. Sibi enim suasit ob illud matrimonio valedicere necesse esse et ideo, ut ipsa enarrat, statim celavit. At si non plene documenti vim agnovit, negari non posse videtur, quod saltem de ea dubitaverit. Cur mulier propositi tenax non contulit rem cum suo procuratore, cui omnia media suggerebat, quae ad opus esse putabat. Contra igitur iuris praesumptionem grave factum existit; nempe inexplicabilis epistolae per plures annos occultatio, quae illam elidit.

(1) Auno 1866 inductus a lese civili fuit in Siciliani ritus celebrandi matrimonium, quod aiunt civile

Una ae re censuit vindex, **epistolam** illam scriptam apposite fuisse **post iurgia,** et solvendi matrimonii propositum, ut facilius nullitatis sententia obtineretur. Neque haec suspicio fundamento **caret:** nam Leo in epistola 28 Novembris 1869 ad Ducissam missa, ait: inter me et Eleonoram adest insuperabile obstaculum. Ego vero prorsus adnitor ut reddam eidem suam libertatem : hinc scripsit epistolam consensus revocatoriam, adulterata scriptionis die ei ad uxorem misit.Mulier tamen epistolam non exiibuit cito dubitans ne facile fraus detegi posset **ex** cartae et atrank.uti qualitate, quae recentissime epistolam fuisse scriptam indicia praeberet. Sagax ideo vir in fraude condenda, sed sagacior et prudenter mulier in illa adhibenda ! Expectavit itaque tempus, quo dubium quodlibet exularet.

Ad conclusionem deveniendo vindex ait: si suppositum **de** fraude, admissa uti factum admitti nequeat ; tamen i.! esse valde et certe probabile. Quod necessario veritatem praesumptivam sua certitudine expoliat, et documenti genuinitas et authentici tas dubia manet. Ast poterit ne incerta et nonnisi probabili causa matrimonium solvi? Vulgare est ad dissolvendum matrimonium requiri probationes ***concludentes, imo concludentessimas.***

Omnibus igitur perpen i' sequens propositum fuit diluendum

Dubium

An sententia Curiae Archiepiscopalis Neapolitanae sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re disceptata, sub die 7 Aprilis 1883, censuit respondere:

Sententiam esse confirmandam.

Ex QUIBUS COLLIGES:

I. Consensum expressum per verba de praesenti, inter personas legitimas ad contrahendum, matrimonium facere

quia haec duo sunt de essentia sacramenti; dummodo, post Tridentinum, consensus exprimatur coram Parocho et duobus testibus.

II. Matrimonium per procuratorem contractum validitate frui, etiam post Tridentinum, colligi ex praxi totius Ecclesiae, dum passim celebrantur matrimonia per procuratores, et ex fine Tridentini, a quo irritantur clandestina, quia facile probari nequeunt: sed cum matrimonia per procuratorem coram parocho et duobus testibus celebrantur, huic fini satisfit.

III. Etiam ex iure **civili** contrahi posse matrimonium per epistolam erui ex ***Cap. mulierem ff. de ritu nuptiarum:*** nam consensus contrahentium etiam litterae manifestare valent; dummodo sive tacite sive expresse consensus revocatus non fuerit antequam perveniat epistola ad alium contrahentem.

IV. Independenter a quacumque renovatione consensus, matrimonia celebrata inter absentes, sive per procuratorem, sive per litteras, sive per nuntios, valida esse non solum ratione contractus, sed etiam ratione sacramenti; ***Bened. XIV de Synod: dioec. L 13 c. 32 n. 9.***

V. Qua de re cum investigandum sit de validitate matrimonii, per procuratorem celebrati, erui ex dd. non esse inquirendum de forma actus procurationis, neque de modo, quo scriptae fuerunt epistolae, sed de consensu mandantis in matrimonium, tali modo celebrandum.

VI. In themate ambigi nequit adfuisse sponsi consensum xn matrimonium ecclesiasticum, per procuratorem ineundum: nam folium per quod consensus praestitus fuit, etiamsi in parte materiali fictum et apocriphum fuerit; tamen neque fictum neque apocriphum censeri potest in parte substantiali, qua exprimebat Leonis consensum, per procuratorem praestandum.

VII. Epistolam revocatoriam consensus in gradu appellationis productam, neque in se, neque relative ad alia inserta in actis processus, suppeditare validum argumentum

pro nullitate matrimonii: dum potius appareat epistolam nane concorditer scriptam et productam opportune fuisse a coniugibus ad solvendum matrimonium post iurgia et lites inter eosdem enatas.

..«..

SALERNITANA

PENSIONIS

Die 7 Aprilis 1883.

COMPENDIUM FACTI. Vacante ecclesia parochiali pagi Curten in Salernitana Archidioecesi, sacerdos Michael Napoli eiusdem ecclesiae Vicarius oeconomus, invitatus a Curia, die 10 Februarii 1875 concursui se obtulit, et solus inibi apparuit. Verum antequam examen subiret, conquisitus ab archiepiscopali Curia, chirographum subscripsit, quo promittebat pensionem ducatorum 30 favore alicuius ecclesiae, Episcopi arbitrio persoluturum.

Probatus in concursu et electus Michael Napoli episcopalem bulla obtinuit, qua ei conferebatur beneficium, « hac » conditione adiecta, praelevandi quotannis ex redditibus » dictae paroeciae summam ducatorum triginta in perpetuum » a Nobis et successoribus Nostris adsignandam favore ali- » cuius ecclesiae parochialis pauperis ».

Immissus vero in possessionem paroeciae statim decretum accepit, quo onus praedictae summae solvendae favore ecclesiae s. Mariae, loci Penta, ei imponebatur. Cui decreto paruit, pensionem per 4 annorum spatium usque ad annum 1879 rite persolvens. Se tamen reclamavisse usque ab initio affirmavit apud Curiam archiepiscopalem sed perperam. Hinc recursus habuit apud S. O. C. petens ut a solutione pensionis, male et contra Apostolicas Constitutiones sibi impositae, liberaretur.

Antistes successor pluries rogatus ut suam aperiret mentem tandem obtemperavit : summarium quaestionis iudicium confecit et sententiam Parocho Napoli contrariam tulit A qua sententia Parochus, tempore utili, appellavit ad sanctam Sedem.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO PAROCHI NAPOLI. Qui partes tuetur Parochi Napoli observavit: admissa etiam Episcopis facultate imponendi iure ordinario' pensiones super beneficiis quae conferunt, passim inter dd. controversa , nonnullas eos servare oportere conditiones, saltem ad validitatem ipsius impositionis, quarum prima est, ne in ea subsit ***simonia confidentialis.*** Quod faciliter evenit, quando Episcopus consensum a beneficiato exigendo pro solutione pensionis, personam in actu ipso non nuncupat, cui illa tradi debet, praestationem reservans pro persona nominada, seu illi vel illis quibus idem collator aut cedens iusserit solvi ex Constitutione s. Pii V ***Tntollerabilis 1 Iunii 1569*** §. ***2.,*** quam explicant et sequuntur ***Tondut. de pension, de cap. 1. num. 16*** et ***Pax lordanus tom. 2 lib. 9 tit. 1 num. 502.***

Atqui Archiepiscopum in hanc primam legem impositionis peccasse ait, quando consensum requisivit a Parocho Napoli pro solutione annuorum ducatorum 30, vita durante. Ad cuius quidem obligationis tramitem Archiepiscopus primo in Bulla collationis ducata 30 assignavit sibi et suis successoribus favore alicuius Ecclesiae pauperis : mox Decreto Curiae 10 Iulii 1875 eam pecuniae vim tradidit Parocho s. Bartholomaei de ***Penta*** ob suam paupertatem ***usque ad novam nostram dispositionem.*** Quae verba sane indicant Parochum s. Bartholomaei non esse verum pensionarium; nam accipiebat pensionem ab Archiepiscopo, qui eam consequebatur a novo Parocho ***di Curteri*** atque inde alteri tradebant. Traditio interim ita facta erat, ut Archiepiscopus ex reservatione ***usque ad novam dispositionem*** post

paucos annos vel etiam menses, pensionem ipsam traditam Parocho s. Bartholomaei posset retrahere , ac alteri tandem vel sibi pro tempore quoque addicere.

Rursus Archiepiscopum peccasse in impositione pensionis, quando eam ***perpetuo,*** non ***temporaliter,*** imposuit super fructibus beneficii, et hoc facere pariter non poterat, nam Episcopus ex Card. De Luca ***disc. 40 de pension, num. 5*** gravare haud valet Ecclesiam onere et servitute reali cum continuato effectu : id quod eveniret in pensione ***perpetua,*** excedente vitam pensionarli.

Nedum vero ex verbis - ***in perpetuum*** - coniici perpetuitatem impositionis, sed ex ipsa quoque persona reservatam, qui cum fuerit Parochus in genere pauper, perpetuitatem suapte vi praesefert, nam Parochus pauper semper adinvenitur in quacumque Dioecesi. Ex perpetuitate tamen ***impositionis*** non impediebatur Archiepiscopus modo huic , modo alteri pensionem tradere vi reservationis factae in concessione, nam stare insimul potest pensio ***perpetua*** et ***temporanea,*** fruitio in varie deputato ab ipsomet Archiepiscopo.

Tandem Archiepiscopum illegitime imposuisse pensionem, deficiente iusta causa ***Fagnan. in cap. Nisi essent num. 16 de praebend. tom. 4,*** quae nedum intervenire , sed etiam probari debet ex ***cit. lordan. 2. lib. 9. tit. 1. num. 495*** et ***Card. De Luca de pens. d. disc. 40 num. 4.*** Siquidem in traditione pensionis prius spectari opoitet status Parochiae gravandae, mox conditio alterius, cui dari vult elargitio.

Et re quidem vera ostendere sategit Orator, superesse tantum libellas 581 pro Parocho di ***Curteri,*** deductis omnibus oneribus , quibus gravatur illa paroecia. Si tamen ipse ad minus habere debet pro congrua libellas 500, aderit residua dumtaxat vis libellarum 81 impendenda in eleemosynas parochianorum. Parocho vero s. Bartholomaei superesse, deductis oneribus, ultra 500 libellas, quin opus habeat 30 ducatis pro pensione assignatis.

Orator dein ait: tale esse beneficium ut numquam SULT

iici potuisset òneri pensionis, cum sit paroeciale. Etenim Innocentius XII per edictalem legem 11 Novembris 1692 prohibuit imponere pensiones cuiusvis generis et quantitatis Paroeciis. Quod quidem edictum, habitum uti temporaneum quum in aliquibus regionibus in desuetudinem ivisset , per Constitutionem - ***Quanta pastoribus*** - Benedicti XIII ad pristinum honorem atque observantiam revocatum fuit.

Perperam vero Parochum Testa reponere, quod si ducata 30 sibi tradi non debent ex pensione Episcopali, praestanda tamen sunt ex scripta obligatione Parochi Napoli in actu concursus. Etenim, misso folium a Parocho Napoli obsignari favore Archiepiscopi in subsidium paroeciae pauperis, non favore Parochi s. Bartholomaei, cui Archiepiscopus ad tempus tantum postea tribuit elargitionem, idem Parochus Napoli obligationem subscripsit ex errore, quin illam antea legeret, reputans in re trepida referri ad acta concursus et timens ne calerei in indignationem sui Superioris, ita diserte volentis.

Porro incursus huiusmodi indignationis, quin imo spes ipsa captandae gratiae Superioris sufficit, ut meticulosa et nulla dicatur quaevis renunciatio atque obligatio sub hac animi conditione elicita , seu post text. in ***cap. Sane de renunciat.*** pluries statuit s. hic Ordo, et praesertim in decisione ***Castri Maris Resignationis Paroeciae 20 Ianuarii 1745,*** et in ***Baren. Resignationis et Reintegrationis 17 Maii 1851.***

Fortius vero timore reverentiali parochus Napoli perculsus est, quia sese exhibuerat concursui, nec procul suspicans de pensione, cuius nullum verbum factum fuerat in edictis. Edicta sunt schema contractus ultro citroque obligatorii inter Episcopum invitantem ad certamen, et petitores invitatos, cuius idcirco conditiones et pacta rigide servanda sunt. Itaque parochus Napoli, dum se periculo obiecerat et examini quoque per plures menses sese paraverat sub intuitu certi redditus Paroeciae assequendae, si vinceret, extemplo in discrimen coniectus est ex inexpectato

iniustoque illo onere, aut abiiciendi omnes labores , si se retraheret, aut Parochiam amittendi, si Superiori contradiceret, quam sentire certe debebat ex sua oppositione indignatum.

Quod si etiam effingeretur sponte et libere eumdem tunc assenti tum fuisse, favore tamen Archiepiscopi cum obligatio facta fuerit in fraudem legis, nullius sane ponderis foret Nulla enim alia ratione fieri valuit obligatio, seorsim ab actis pensionis, nisi ut, impedita ex iure pro parte Archiepiscopi ipsa pensione, hic aliter diversoque nomine pensionem ipsam imponeret, scilicet ex obligatione scripta Parochi.

Atqui, eludendae legis gratia, fieri nequit ex conventione partium, quod lex alio modo fieri posse vetat. Tanta enim est vis legis, ita docente Richerio ***in univers, civil, et criminat. iurispr. lib. 1 tit. 2 sect. 3 art. 1. §. 85,*** ut quidquid contra eius praescriptionem agitur, ipso iure sit nullum, sive verba legis offendantur, sive eius sententia; unde fit, ut nullum parere possint effectum cuiuscumque generis actus sive inter vivos, sive de ultimis voluntatibus sermo sit, lege prohibente facti, quamvis decretum irritans Princeps legi non adiecerit, quod semper intelligendum esse constituerunt ***Imp. Theodosius et Valentinianus*** in ***L 5. Cod. de legis.***

Quam quidem iuris civilis dispositionem illico subsequutum est ius ecclesiasticum in ***cap. Extirpandae de praebend. et dignitat.*** ubi, iussa patronis praestatione Parochis integrae et sufficientis congruae pro alimentis, cavetur nulliter agi, si ea congrua integra et sufficienti ad normam legis constituta, mox, imposita pensione, per indirectum ex parte auferatur : - ***Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem, de proventibus Ecclesiae, quae curam debet habere proprii Sacerdotis alii pensionem quasi pro beneficio conferre praesumat.***

DEFENSIO PAROCHI TESTA. Triplici capite huius defensor suam divisit orationem : et primum caput aggrediens

ait: heic de personali praestatione, non vero de ecclesiastica pensione tractari: eo quod Episcopi decretum solutionem 30 ducatorum favore parochi Pentae decernens, de hac annua summa solvenda loquatur , non ex pensionis titulo sed in vim obligationis assumptae: haec enim sunt verba decreti : inspecta declaratione D. Michaelis Napoli, qua sese obligavit rependere... Tandem quia ex sensu chirographi, quod ante concursum sacerdos Napoli confecit, in quo 30 ducatorum persolvendorum obligationem assumpsit in casu electionis, nullus de pensione sermo fit.

Neque aliquid contra facessere autumavit, quod in Bulla collationis paroeciae, et in decreto quo 30 annua ducata favore parochi Pentae decernebantur, haec annuae summae praestatio dicatur ***pensio.*** Siquidem obiectivam rerum veritatem a subiectiva perceptione, quae saepe erronea est, sedulo distinguendam esse meminit.

Gradum exinde faciens ad alterum defensionis caput et parumper pensionis naturam in dicta praestatione admittens, affirmavit heic esse casum de temporanea pensione, quae iure ab Episcopis potest beneficiatis imponi. Ad quod evincendum distinguit in primis duplex pensionis genus , realem et personalem seu temporaneam ; et adductis auctoritatibus ReifFenstuel ***tit. 12, L. 3,*** Fagnani ***Decret, in cap. Nisi essent 28 De- praebendis,*** De Luca ***tract, de pension, discep. 40 num. 3 et*** S. R. Rotae ***in Melitens. Canonicatus 6 Martii 1596 coram D. Merlino,*** necnon testimonii Navarri, Garciae et Gonzalez, ostendit optimo iure posse Episcopum temporáneas pensiones imponere. Agi in themate de pensione personali, non vero reali erui, praeter alia, ex eo quod numquam vel in schedula obligationis a sacerdote Napoli confecta, vel in decreto Episcopi, quo assignata fuit pensio onerata dicatur, sed semper onus tribuatur personae. Praeterea in citatis documentis de perduratione pensionis, post mortem pensionarii, nullus fit sermo: quod essentiale fuisset si ageretur de pensione reali. Et insuper animadvertit advocatus, schedulam requisitam fuisse

a sacerdote Napoli uti fons obligationis, minime vero quia timeretur ne detrectaret in posterum pensionem solvere.

Neque melius obiici autumavit, verba Bullae collationi; paroeciae, in qua dicitur sacerdoti Napoli concessam esse paroeciam « hac adiecta conditione praelevandi quotannis » ex redditibus dictae paroeciae summam ducatorum 30 ***in » perpetuum.*** » Fassus est enim contradictionem esse inter verba Bullae et cetera documenta quae in causa adducuntur: at, contradictione recognita, verbis Bullae insistendum esse negat ; sed potius standum esse tum chirographo, quo obligatio 30 ducata solvendi assumpta fuit, tum Archiepiscopali decreto, quo pensio cui solvenda decernebatur. Quae documenta nullo modo de perpetua ac reali pensione possunt intelligi : eademque vero, ut ipse ait, maioris omnino sunt auctoritatis quam Bulla, ideo quia haec causam collationis paroeciae directe intendit, et nonnisi incidenter de pensione agit; alia vero documenta de pensione unice loquuntur, eamdemque directe et constitutive respiciunt.

Demum neque Constitutionem Benedicti XIV ***Quanta pastoribus*** penes Ferraris ***verbo Pensio num. 28*** relatam adduci posse contra suam thesim patronus affirmavit. Quandoquidem etsi eâ Constitutione Episcopi pensiones imponere prohibeantur, tamen id intelligendum esse de pensionibus realibus, non vero de ceteris sustinuit, et id probare sategit, tum ex auctoritate Ferraris ***ver. Pensio,*** tum ex analysi instituta super verba legis.

Ad postremum caput orator perveniens adnotavit, quod si detur etiam exagerata concessio, in themate pensionem veram eamdemque realem haberi, iam adhuc inutiliter contra eius praestationem parochus Napoli insurgeret. Siquidem legem pensionum prohibitivam favore parochorum factam esse meminit ; tum ex eo quod in parochorum favorem vergat, tum etiam ex eo quod ab ipso Benedicto XIII ***cit. constit.*** patulis verbis affirmetur. Huic lavori Napoli renuntiavit.

Tandem animadvertit orator, annuam summam 30 ducatorum onus leve constituere m se, levius vero, si consi-

deretur dives status paroeciae Curteri, cuius annui redditus libellas 3500 attingunt : dum paroecia loci ***Penta*** valde pauper sit et indigeat hoc tenui subsidio.

Hisce ex utriusque defensoris allegationibus adductis, propositum fuit diluendum sequens

Dubium

An sententia Curiae Archiepiscopalis Salernitanae sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re ponderata, sub die 7 Aprilis 1883 censuit respondere:

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam et amplius.

Ex **QUIBUS COLLIGES.**

I. Ex ss. canonibus certam tradi regulam , quae innuit haud faciendas esse quaslibet diminutiones in collatione beneficiorum ecclesiasticorum a personis Papa inferioribus.

II. Inter diminutiones praecipuum tenere locum pensionem ecclesiasticam: quae est ius percipiendi partem fructuum ex alieno beneficio, auctoritate superioris ecclesiastici constitutum favore alicuius clerici.

III. Ecclesiasticam pensionem dispesci in pensionem quae confertur ad vitam beneficiati, diciturque ***onus personae:*** et in eam quae confertur ad vitam pensionati, diciturque ***onus beneficii.***

IV. Pensiones ad vitam pensionati conferri nequire nisi a **R.** Pontifice, quia constituunt onus beneficiorum , quae ex regula generali conferri debent absque ulla diminutione.

V. Communiorem inter dd. esse sententiam, Episcopos conferre tantum posse pensiones ad vitam beneficiati ; quae onus personae non beneficii constituunt.

VI. Quoad paroeciales Ecclesias Tridentinum ***Sess. 24 cap. 13 de ref.*** sanxisse, nullam imponi posse pensionem illis paroeciis, quae summam ducatorum centum, secundum verum annuum valorem non excedunt

VII. Hanc sanctionem confirmatam fuisse per Constitutionem ***Quanta*** diei 15 Septembris 1724: quae expresse iubet, ne locorum Ordinarii, aut alii quicumque collatores ecclesiarum parochialium ullo modo dictas ecclesias pensionibus gravent.

VIII. I ustissima ratione id vetitum fuisse patet : quum nulla videatur esse pro parochis congrua portio satis ampla : qui sui populi necessitatibus providere tenentur, eique in multis casibus auxiliari.

IX. Quomobrem in themate pensionem ab Antistite contra ius impositam fuisse patet: tum quia imposita fuit ecclesiae paroeciali absque indulto Apostolico : tum quia imposita videtur in perpetuum, ceu beneficii onus.

VALLISOLETANA

CIRCA FACPLTATEM MISSAS ITERANDI

Die 7 Aprilis 1883.

COMPENDIUM FACTI. Archiepiscopus Vallisoletanus, in Hispania, supplici oblato libello, die 15 Februarii currentis S. Congregationi **C.** haec retulit : « Cum valde imminutus sit numerus sacerdotum in hac Archidioecesi, non raro evenit, praesertim in oppido ***Metimnae dei Campo,*** ubi quatuor sunt monialium Monasteria, nullum inveniri sacerdotem, qui Missam in uno, vel alio celebret, si forte infirmetur, vel ex necessitate absit Monasterii Capellanus seu confessarius, nisi Parochi, et aliorum domorum Capellani, qui omnes ad propriam Missam tenentur. Paucis ab hinc diebus, ne in Dominica die Missa privarentur Moniales sancti Dominici , necesse habui Seminarii vice rectorem mittere in ipsa nocte Sabbati ».

« Ut huic necessitati subveniatur, dum Sacerdotum augeatur numerus, nullum remedium invenio, nisi facultatem tribuere uni, aliive ex Parochis, vice parochis, vel Capellanis alii servitio obligatis, Missam bis celebrandi; quod absque Apostolico indulto fieri nequeo. Hanc facultatem igitur enixe imploro pro his tantum extremis casibus ».

Disceptatio iSynoptiea

GRATIA DENEGANDA VIDETUR. Iamvero contra Archiepiscopi petitionem notandum occurrit, quod ad sanctum Missae sacrificium eadem die bis offerendum ex communi theologorum sententia requiritur vera et gravis necessitas. Statuit enim Innocentius III ***cap. Consuluisti De celebrat, missar.*** quod «excepto die Nativitatis Domini, nisi causa necessitatis » suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam Missam so- » lummodo celebrare » Et Fagnanus in ***cap. In ordinando*** de licentiis bis celebrandi tradit, quod ***« id nonnisi ex magna necessitate fieri debet et magna cautela.*** » Cui prudenti disciplinae adhaesit S. C. C. gratiam iterationis pluries negando, ut constat ex ***Nicien. 27 Novembris 1790,*** aliisque; semper ac evidens et magna necessitas iterandi Missam non apparuit.

Porro in themate haec necessitas abesse videtur. Siquidem oppidum nec sacerdotibus caret, nec copia sufficienti missarum: pro eius enim plebe Episcopus Missas iterari non postulat; sunt 4 monasteria, et quidem pro eo casu tantummodo si Capellanus infirmetur, quae beneficium ex petita facultate obtinerent.

Verum, Capellano infirmo, monasteria possent ex vicinis oppidis sacerdotem quaerere, sicut, testante Episcopo, hoc anno semel factum fuisse constat. At insuper videndum sedulo est utrum, in oppido Metimna sacerdotes missam in monasteriis celebrare recusent , ne cetera christiana {plebs exinde Missa carere cogatur, an potius ne damnum sibi obveniat: in prima namque hypothesi equidem necessitas binandi adstaret, praesertim si ex alia urbe sacerdotes deduci nequirent, non vera in secunda. Tunc enim Episcopus magis quam dispensationem legis quaerere, damnum sacerdotibus in monasterio celebrantibus obventurum removere aut impedire deberet. Cum igitur gravis necessitas aut absit, aut non appareat, petita gratia deneganda videtur.

GRATIA CONCEDENDA VIDETUR. Contra autem recolendum est veteri ecclesiastica disciplina absolute non prohiberi iterationem Missae; quod liturgicis documentis innixus probat Thomassinus ***De vet. et nov. eccl. discipl. p. 1*** C ***3,*** aliique passim. Sequiori aetate Missae iteratio prohibita absolute fuit; quod evenisse videtur, tum quia sacerdotum numerus plurimum inereverat, tum' quia suspicio orta erat, ne sacer-

dotes aliqua avaritia ducti bis m die celebrare cuperent. At hisce causis remotis, facultas concedenda videtur. Requiritur equidem causa, quam ***necessitatis*** appellant canones. Verum haec intelligitur de utilitate et commodo fidelium, ne Missam amittere, aut asperam et longam viam peragere cogantur. Ita docet Benedictus XIV ***De sacrif. missae I. III, cap. 5, num. 1,*** et alibi, et ***de licentia Episcopi*** id peragi posse tradit Gury ***tract, de Eucharistia num. 483.*** Uno verbo ne numerosa fidelium plebs missa.careat, si alius sacerdos inveniri commode nequeat, s. sacrificium ab eodem bis litari potest, et a S. **C. C.** conceditur.

Iamvero in themate Moniales, nobilissima Christiani gregis pars, missa privarentur. Neque sacerdotes missam monialibus celebraturi Metimnae invenirentur « nisi Parochi » et aliorum domorum Capellani, qui omnes ad propriam » missam tenentur » ut ait Episcopus: sed neque alibi « cum » valde imminutus sit sacerdotum numerus in hac Archi- » dioecesi » : nunquam vero nisi cum magno incommodo, quemdam nempe ex dissitis civitatibus Metimnam mittendo. Porro cum ecclesiasticae leges ordinarie cum magno incommodo non teneant, aut saltem dispensali soleant, facultas iterandi Missam in themate pro dictis circumstantiis concedenda videtur,

Hisce praehabitis, quaesitum est quid esset respondendum precibus Antistitis.

RESOLUTIO. Sacra Concilii Congregatio re perpensa, sub die Aprilis 1883 respondit:

Dummodo agatur de monialibus clausurae obnoxiis pro gratia ad triennium, si tamdiu etc. servatis conditionibus Constitutionis Benedicti Xl V Declarasti Nobis, ***facto verbo cum SSmo (1).***

(1) Animadvertere dignum putamus, etiam in hac concessione iugem servari iurisprudentiam quoad Missae iterationem: quod nempe non licet eidem Sacerdoti, eadem die, duo operari sacrificia, quoties alius Sacerdos praesto sit, qui sacrum facere possit iuxta Const. *Declarasti Nobis.* Hinc Antistiti facultas indulgetur limitata ad triennium si tamdiu perduret sacerdotum paucitas: quod si 'interdum ibi augeatur presbyterorum numerus et alia ratione Monialibus de clausura consuli possit, nostro iudicio, facultas expirat; quia cessat ratio necessitatis, cui solummodo innititur concessio huius privilegii iuxta Constit. *Declarasti Nobis* Benedicti XIV. Limitatur etiam hoc iudultum alia conditione; quod nempe agatur de» monialibus clausurae: aliae enim moniales quibus domum egredi licet, praecepto de sacro audiendo facere satis valent, Ecclesiam publicam petendo, ubi Missa proaliis fidelibus celebretur. Quaniobrem concessio in themate omnino respondet praxi universali Ecclesiae et menti Constitutionis *Declarasti Nobis:* ex. quibus deprehenditur non licere eodem die sacrificium iterare , quoties adsit alias Sacerdos, per quem consuli possit fidelium iuri et oneri de Missa audienda.

EX SACRA RITUUM CONG REGATIuNE

SANCTAE AGATHAE GOTHORUM

FUNCTIONUM ET MISSARUM SOLEMNIUM.

Die 13 Martii 1883

COMPENDIUM FACTI. Non longe a civitate s. Agathae Gothorum oppidum exurgit, vulgo ***Luzzano*** nuncupatum, cuius Ecclesia paroecialis s. Nicolao est dicata. Ibi a remotis temporibus erectum existebat Sodalitium ab Immaculata Deiparae Conceptione atque ab Animabus Purgatorii nuncupatum. Quod quidem Sodalitium iam tunc suas peculiares functiones, missasque tam pro vivis, quam pro defunctis celebrare per suum Cappellanum satagebat, absque ulla parochi licentia. Putabatur enim iam tunc veluti condominum paroecialis Ecclesiae, ceu indefinitae expressiones super observantia innuunt, et onera eidem imposita pristinam dirutamque aedificandi Ecclesiam declarant. Siquidem cum hoc templum antiquissimum, sive ex vetustate, sive ex substantiali fundamentoruin vitio, sive tandem propter plurimas alluviones quibus erat obnoxium, in tali squalore redigeretur, ut inibi sacrae functiones amplius fieri nequirent, urgens idcirco patuit necessitas illud de novo constituendi.

Episcopus illius temporis, absque ulla graduali investigatione super obligatione iterum construendi Ecclesiam iuxta ***Trid. Sess. 21 cap. 7 de ref.*** onus huiusmodi directe imposuit communitati Casalensi et Sodalitio; quippe quod compatronum haberetur. Onus post paucos annos absolutum fuit; et per solemnes tabulas diei 30 Maii 1738 conventum fuit, ut templum, si iterum corrueret, a Communitate (cuius est pars Sodalitium) iterum quoque reficeretur; et ut ordinarias aedificii repárationes, pro tribus ex quatuor partibus, Communitas et Sodalitium perferrent, pro una tantum Rector Ecclesiae.

Vi huius conventionis plures deinde expensas Sodalitium pertulit pro aede sacra tuenda, observanda. Quinimo, cum post multorum annorum curriculum, novum Ecclesiae aedificium iam fatisceret, et ruinam quoque minaretur, clausum est templum; et anno 1864 opera Universitatis et Sodalitii instauratum divinoque cultui redditum fuit.

Quemadmodum olim et antiquitus, sic post conventionem anni 1738 praedictum Sodalitium divina iugiter ea in Ecclesia celebravit. Ast aliter evenit sub anno 1878; quo Parochus s. Nicolai de ***Luzzano*** adversus Confraternitatem insurrexit. Et magnas turbas ciens, multosque excitans rumores contendit, nullum ius eidem Sodalitio competere sacras functiones peragendi in Ecclesia, cuius ipse erat rector ; prohibuitque ne Confraternitas hoc iure deinde uteretur. Sodalitium ad S. Rituum Congregationem confugit ; quae die 7 Martii 1879 confirmavit eidem Sodalitio potestatem Missas solemnes celebrandi in Altari maiori, invito quoque Parocho. Qui huic decreto haud acquievit, noluitque amicam componere transactionem.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO PAROCHI. Huius orator thesim posuit in defensionem sui clientis: Confraternitas nullum habet ius independenter a Parocho sacras peragendi functiones in Ecclesia paroeciali s. Nicolai, ac, parocho invito, celebrandi Missas solemnes per annum, sive pro vivis, sive pro defunctis, in altari maiori dictae Ecclesiae. Et primo ut thesim evincerei quoad binas quaestiones citavit decretum ***Urbis et Orbis*** anni 1703 (1) editum ad quamplurimis dirimendas quaes,iones, inter parochos et confraternitates oriri solitas. Dubium primum citati decreti resolvit, confraternitates erectas in ecclesiis parochialibus habere dependentiam a parocho in explendis functionibus ecclesiasticis, non parochialibus. Itaque cum agatur in praesenti disceptatione de Confraternitate in

(I) Habes hoc decretum Vol. I. pag. 591.

Ecclesia parochiali erecta, identica danda videtur decisio. Idipsum suadet etiatn temporis circumstantia, eoquod pia Sodalitas erecta sit post exarata ***Urbis et Orbis*** decreta : quae Pontifex Clemens XI approbavit et servari mandavit. Proinde Sodalitatis erectio omnino facta est sub legis imperio; et aer verberaret si quis indulta, concordias, et consuetud i. nes adinvenire praetenderet, quae starent contra latam legem.

Praeterea thesis probatur per erectionis decretum: ex eo enim eruitur, Episcopum duo voluisse, ceu expressit: nempe nullum praeiudicium inferri paroeciali iurisdictioni et officio, ac voluisse speciatim observantiam decretorum Apostolicorum. Parochus autem qui erectionem promovit et eidem assentitus est, ut patet ex episcopali decreto, supponi nequit pro se et successoribus suo iuri et officio renunciasse. Quinimo omnia a Parocho debere dependere ex eo deprehenditur quod ipse consideratur rector et sponsus Ecclesiae, ita ut sine eius consensu et venia nihilum fieri possit. Siquidem inconditum esset, dum Parochus in maiori altari vel altare aliquam functionem perageret, in medium veniret Cappellanus , Confraternitatis et alteram functionem institueret, aut missam solemnem decantaret. Hinc centies S.C. Rituum resolvit functiones omnes ecclesiasticas in propria ecclesia spectare et pertinere ad Parochum, nonobstante quacumque consuetudine contraria.

Ex Confraternitatis statutis patet nullo fundamento inniti praetensum ius peragendi sacras functiones et Missas solemnes celebrandi; quia statuta ipsa omnimodam dependentiam a parocho profitentur.

Dein, prosequutus est Orator, omne ius ponit Confraternitas in praetenso condominio super paroeciali Ecclesia. Ast superba et insana prorsus quaestio esset de ***meo*** et ***tuo*** in domo Dei: numquam enim privatis dominii ius in Ecclesiam competere potest, prout Rota definivit in ***decis. 694 n. 8, part. 2 rec.*** Dumtaxat Episcopus Ecclesiarum usum ac iuspatronatum concedere potest; dominium vero penes Ecclesiam universalem manet. Sed dd. omissis sententiis, cer-

tum est, dominium privatorum in Ecclesiam ab utraque lege apertissime reiici ac reprobari..

Sed fortassis aliquis dicet agi in themate de iurepatronatu seu compatronatu. Sed huic obiectioni respondimus: Confraternitatem non habere et numquam habuisse iuspatronatum super paroeciali ecclesia s. Nicolai, ceu patet ex instrumento anni 1738, in quo ne verbum quidem fit de reservatione condominii aut iurispatronatus. Praeterea ex decreto Episcopi, tunc temporis, Universitas de ***Luzzano*** onus habuit aedificandi Ecclesiam paroecialem; verum Sodalitas nec fundum praestitit, neque aedificavit, neque dotavit Ecclesiam; veluti patet legenti instrumentum anni 1738. Dumtaxat fit mentio Sodalitatis animarum purgantium pro manutentione et reparationibus Ecclesiae, quatenus in posterum illis indigeret. Hinc, ait orator, nonnisi per errorem potuisse Episcopum asserere, Sodalitatem concurrisse ad Ecclesiae aedificationem; nam conventio et concordia intercessit post aedificationem Ecclesiae.

Publica fama nullum tribuit iuspatronatus Sodalitati ; incolae enim Lutiani autumant, se numquam id audivisse a quoquam. Nec ius patronatus concedit Sodalitio dicta conventio pro instaurationibus perficiendis. Siquidem inita conventio omnino iuri et aequitati consona est: nam Parochus et Universitas etiam Cappellani pro Sodalitate animarum purgantium erexerunt, ius et aequitas exigunt ut Sodalitium concurrat manutention!. Idque confirmatur, quia cum fuerit incorporata Ecclesiae paroeciali est effecta pars integralis eiusdem parochiae et inseparabilis ab illa.

Frustra igitur asseritur instaurationi anni 1862 Sodalitatem concurrisse pro maiori parte ; quum ex testium loci depositionibus constet, Ecclesiam instauratam fuisse concursu Communitatis, ***Beneficientiae,*** reddituum parochialium, et Confraternitatis. Hinc dicimus quoad minimam partem concurrisse Sodalitium: ast in iure certum est non quamlibet reparationem, aut dotationem facere patronum.

Attamen fiat absurda hypothesis quod Confraternitas

habeat iuspatronatus: dices ne patronum habere iurisdictionem super Ecclesia patronata? Minime sane: patrono enim, praeter honores, consistentes in praecedentia et praesentatione, onus incumbit curam habendi de rebus ecclesiae et ad eius reparationem concurrendi; haud competit eidem ulla iurisdictio in Ecclesia.

Praeterea nullum Apostolicum indultum aut privilegium extat favore Sodalitatis, ex quo ius exurgat sacras peragendi functiones independenter a parocho et missas solemnes celebrandi in maiori altari, eo invito. Qua de re Sodalitas sub legis communis imperio maneat necesse est. Hinc nulla excogitan potest consuetudo aut observantia favore Sodalitatis, quae, veluti innuimus, erecta fuit postquam lata fuit lex, seu decretum ***Urbis et Orbis*** a quo admittuntur tantum conventiones et consuetudines, quae ante sui ipsius promulgationem existebant, quodque latum fuit ad imponendum finem controversiis, quae agitabantur inter parochos et confraternitates. Proinde in casu nostro potius corruptelam, quam consuetudinem contra decretum ***Urbis et Orbis*** inoluisse retinendum est.

DEFENSIO SODALITII. Huius orator contra thesim posuit: competere Confraternitati ius celebrandi sacras functiones, ratione condominii, salvis canonicis praescriptionibus quoad functiones et munera mere parochialia. Dein prosequutus est: ad thesim evincendam et ad evellendas contrarias exceptiones, scire satis est quod superiori saeculo Ecclesia penitus collapsa, novum ipsius aedificium, alio in loco constructum fuerit ab Universitate ***Luzzani,*** et ab ipsomet Sodalitio; licet hoc in actu aedificationis vel etiam in minima parte contribuent , omnes reapse de ipsa communitate, comprehensa confraternitas, contribuisse manifesto scatet ex instrumento anni 1738. Hoc in facto posito, in iure compertum est, omnibus indiscriminatim condominium, seu compatron atu m super aedificio competere, licet aliqui maximam, alii vero minimam pecuniam, seu dotationem dederint, dum contributio in actu aedificationis peracta fuerit; Garcias ***de***

beneficiis p. 5, cap. 9, n. 54 . . . . . « Si tamen concurrant » plures in dotatione, dantes simul dotem competentem, li- » cet inaequaliter, et singuli non dent dotem competentem, » omnes aequaliter fiunt patroni; sicut etiam quando plures » concurrunt in fundatione et constructione. Abb. d. num. 4 > et in rubrica de iurepat ron.... Quando concurrunt plures » in dotatione, licet aequaliter non contribuant, efficiuntur » patroni, etiamsi sufficientem dotem ex se singuli non con- » ferant, dummodo Ecclesia habeat dotem competentem; quia » ex quo ille, qui plus contulit, admisit alium secum, vi- » detur ipsi communicare ius sibi competens in illo patro- » natu; » Schmalzgrueber ***ius eccl. tit. 28 de iurep.*** et idipsum repetit, n. 56.

Haud praetereundum est etiam quod si Confraternitas minus immisit, mininum dat incommodum ipsi Ecclesiae, dum perpaucas conficit functiones sine parochi praeiudicio. Hinc abnorme esset, ut Sodalitium ab alio condomino exquirere deberet licentiam; nam dominus quilibet aut patronus fundatum habet condominium super omni gleba, seu singulis partibus, quando illud est indivisum.

Ex simplici restauratione seu reaedificatione Ecclesiae, pristina manente dote, patronatum acquiri posse docet Lambertin. de iure patron, ***lib. 1. quaes 6, art. 3 n. 11; et Card.*** De Luca ***de Prae. disc. 40, n. 12 et seq.*** In facto autem certum est Ecclesiam, de qua agitur totaliter fuisse aedificatam ab Universitate de Luzzano, una cum Sodalitio, quod iam partem Communitatis constituebat. Idipsum firmatur per illum populum, et per obligationem a Sodalitio assumptam iterum construendi Ecclesiam, si periisset, et per expensas ordinariae manutentionis quas adhuc toleravit. Argumentum ex cresci t ex facto quod ipsa Sodalitas anno 1864 ingentes expensas insumpserit ad penitus restaurandam Ecclesiam, absque ulla Parochi contributione.

Tralatitium in iure est per simplicem constructionem acquiri patronatum; ita ipse murarius impendens operas sine pretio in constructione Ecclesiae, sine intentione acquirendi

in ea iuspatronatus, illud acquirit. Ratio est, uti docet Fargna ***Com. de iurep. can. 4 n. I «*** quia textus conce- » dit ius patronatus ei qui construxit suis sumptibus____A qua conclusione nullatenus est recedendum, quamvis ius praedictum non fuerit expresse reservatum, ceu animadvertit G-arcias ***de benef. part. 5 cap. 9, n. 13.*** « Octavo decla- » ratur quod fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, seu » beneficium acquirit iuspatronatus etiamsi illum non reser- » vaverit, dummodo expresse non remiserit ***cap. nobis de » iurep*** . . . . » Constito quod Sodalitio competit iuspatrona- tus, ambigi nequit competere eidem condominium ex titulo prorsus oneroso, non vero ex privilegio promanans.

Res probari etiam posset ex ipsis meris adminiculis , coniecturis, et indiciis, prouti ad rem laudatus Fargna ***Comment, de iurep. p. 1. can. 5 n. 14 et seq*** . . . . « Et sane » inter plura argumenta quae résultant ex depositionibus » testium, formiter examinatorum, primo loco arrisit dd. » illud ductum ex longaeva, ac numquam interrupta pos- » sessione, tum quia confratres uti condomini semper reti- » nuerunt claves cancellorum. Validius in assumpti compro- » bationem collimant genuinae urgentissimae circumstantiae; » altera nempe quod iidem confratres propriis sumptibus » ornatus et instaurationes Cappellae expleverunt, pararuntque » omnia pro eiusdem manutentione necessaria, quibus sane » expensis non ita de facili, tantaque liberalitate sese sub- » iecissent, nisi illius dominium ad ipsos spectaret, cum » huiusmodi onera dominum et patronum sequantur. »

Quibus in facto et in iure constitutis, dubitari nequit quin sacrae functiones, non parochiales, peragi queant a Sodalitio per suum cappellanum. Functiones fieri solitae a Sodalitio paucae sunt, ceu Episcopus ipse testatur; et redi- guntur ad orationem quadraginta horarum, ad duplicem festum Immaculatae Conceptionis, et ad octavarium defunctorum cum Missis solemnibus. Extra controversiam positum est quod parochus in Ecclesia patronatus aut condominii quoad Missam et alia ritualia obsequia, omnibus communia, non

habet ius prohibendi; ut resolvit S. C. Concilii in ***Savonen. 15 Decembris 1685, et Mutinen. 29 Novemb. 1687.*** Dein, aiebat orator, Sodalitium potiri idem ius consuetas celebrandi solemnitates, absque ulla praevia licentia parochi, per saecularem observantiam, quae favore Sodalitii eiusdem argumentum praesuruptivum, praescriptivum et interpretativum suppeditat. Quod autem Sodalitium pacifica hac gaudeat saeculari et amplius observantia praedictas peragendi functiones, absque ulla licentia parochi, seniores illius populi autumant; et ipse Episcopus cum quinque finitimis parochis testes sunt. Ast in iure receptum est, per centenariam observantiam praesumi quemcumque titulum meliorem de mundo: ***De Luca de benef. disc. 32 n. 2,*** « ob facultatem allegandi privile-
» gium apostolicum, vel quemcumque alium titulum de mundo
» meliorem, quem sufficiet allegare, absque necessitate pro-
» bationis, ita praesumptive resultantis a possessione cen-
» tenaria. » Et idem confirmatur per cit. auctorem ***De Canon. Disc. 2 n. 6.***

In themate adsunt etiam conditiones et qualitates requisitae ad effectum completae probationis ex depositione testium et publicae notorietatis; quae ad quatuor capita reducuntur a Card. De Luca ***Discept, de iudiciis, disc. 22 n. 59.*** Primo nempe ut testes puberes concludant de quadragenaria ante motam litem, ut exinde iustificatio centenariae evincatur. Et per consequens in testibus praecise necessaria est aetas annorum quinquaginta quatuor completurum. Alterum requisitum est auditum a maioribus, qui ab aliis se audivisse affirment. Tertio pacifica observantia. Quartum denique est, ut concludant testes quod numquam aliud in contrarium gestum, visum, vel auditum fuerit.

Praelata observantia, cuius existentia ex iam expositis requisitis est comprobata, nulla ratione imminui posset. Qua de re ius Sodalitii sartum tectumque manet contra parochi appellationem, ob peremptoriam iuris praescripti vi exceptionem.Quibus omnibus accedit observantia in linea interpretativa favore condominii quod Confrternitati competit; nemo

enim adeo inconsultus et prodigus est, ut spatio tot annorum nova constructione, novisque restaurationis expensis ecclesiam alienam reparet atque iterum aedificet, veluti evenit in casu, de quo agitur.

Hisce in utramque partem animadversis, enodandum **pro**positum fuit sequens

Dubium

An Confraternitati, ab Immaculata Deiparae Conceptione atque ab Animabus Purgatorii nuncupatae, liceat^independenter a parocho, sacras peragere functiones in Ecclesia parochiali sancti Nicolai, ac celebrare Missas solemnes per annum, sive pro vivis sive pro defunctis.

RESOLUTIO. Sacra Rituum Congr. sub die **13** Martii **1883,** re discussa, censuit decernere: ***Affirmative pro diebus tantum Expositionis SSmi Sacramenti in forma Quadraginta horarum, duobus festis Immaculatae Deiparae Conceptionis, et pro integra Octava Defunctorum.***

Ex **QUIBUS COLLIGES**. T. Videri in themate condominium seu com patronatum super Ecclesia paroeciali denegari Sodalitio non posse; cuius vi Sodalitio eidem ius competat aliquas celebrandi functiones, salvis muniis et functionibus mere parochialibus.

II. Ius idem videri ipsi sodalitio competere ex saeculari observantia; quae eiusdem favore Sodalitii argumentum suppeditat praesumptivum, praescriptivum et interpretativum. (1).

(1) Coufep. Vol. XII, pag. 20, Vol. XIV, 251, et 467.

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

DECRETUM

URBIS ET ORBIS

Quo clero saeculari et regulari indultum est persolvere officia votiva per annum, loco officiorum ferialium, exceptis etc. festa s. Pauli et ss. Angelorum Custodum a ritu duplicis minoris ad ritum duplicis maioris elevantur; et praecipitur agi Romae commemorationem de festo ss. Ap. Petri et Pauli, singulis octavae diebus.

Per Apostolicas Litteras in forma Brevis die 28 Iulii superiore anno editas (1) Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII, sententiam confirmans specialis Sacrorum Rituum Congregationis a se constitutae, cum aliquot Sanctorum atque etiam Beatorum Officia Kalendario universalis Ecclesiae, nec non Kalendario particulari Urbis addidisset; *quo in auroque Kalendario habeantur sedes liberae ad nova officia introducenda,* Rubricam generalem Breviarii Romani *Tit. X de Translatione Festorum* immutandam praecepit, demptis videlicet translationibus Festorum Duplicium minorum (exceptis illis Sanctorum Ecclesiae Doctorum), et Festorum Semiduplicium. Itaque specialis ipsa Congregatio diebus 23 Iunii et 2 Iulii vertentis anni iterum coadunata est ad perficiendam, iuxta prae tatam normam, textus Rubricarum correctionem. Nutu autem eiusdem Sanctissimi Domini Nostri, nonnulla insuper perpendere debuit immutatae Rubricae consectaria, quae novam aliquam opportunam dispositionem prorsus requirere censebantur. Compertum quippe est, coarctata translationum serie, superesse quidem, iuxta novae editae legis finem, sedes quamplures omnino liberas ad nova officia in Kalendariis introducenda; interim tamen haud leviter inde augeri onus Officiorum Ferialium: quod imminuto hodie Cleri numero, aptisque aliis eius oneribus, minime convenire existimatur. Quemadmodum praeterea nuper Sanctitas Sua, ad evitandum ne Officia Sanctorum Benedicti Abbatis, Dominici et Francisci Confessorum, vigore immutatae Rubricae, saepe ad simplicem ritum reduci aut penitus omitti debeant, illa, attenta etiam tantorum Fundatorum praestantia, ad ritum Duplicis maioris elevavit; ita pariter censetur providendum quoad Festa Commemorationis Sancti Pauli Apostoli, et Sanctorum Angelorum Custodum; perpensa peculiari utriusque Officii qualitate, nec non specialibus Rubricarum privilegiis, quibus ea hactenus gavisa sunt. Tandem animadvertere, hac oblata occasione, licuit, Commemorationem de Octava Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli impediri Festo Pretiosissimi

(1) Habes has litteras Vol. XV pag. 54.

Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi ritus Duplicis secundae classis ac Festo Visitationis Beatae Mariae Virginis ad eumdem ritum recenter elevato. Quod aegre ferendum Romae iure merito putatur, quam beatissimi Apostolorum Principes supra omnes mundi civitates tantopere nobilita ve runt, constituto ibi catholicae unitatis centro, supremoque et indefectibili veritatis magisterio.

Sacra igitur specialis Congregatio, hisce omnibus maturo examine perpensis, de singulis, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit, ita decrevit:

I. Detur Indultum Generale tam Capitulis et Ecclesiasticorum Communitatibus quibuscumque , quam singulis de utroque Clero , persolvendi Officia Votiva pir annum loco Officiorum Ferialium , praeterquam in Feriis, Quarta Cinerum, totius tempore Passionis, ac Sacri Adventus a die 17 ad 24 Decembris inclusive : quoad choralem, quidem recitationem, de consensu Capituli seu Communitatis ad Ordinario semel pro semper adprobando ; quoad privatam vero recitationem, ad libitum singulorum de Clero. Officia autem huiusmodi Votiva per annum, Missis Votivis in Missali Romano positis fere respondentia, haec pro singulis hebdomadae diebus adsignantur, nimirum : pro Feria II de Angelis, Feria III de Sanctis Apostolis (Romae vero de Ss. Petro et Paulo), Feria IV de S Ioseph Sponso Beatae Mariae Virginis, Catholicae Ecclesiae Patrono, Feria V de Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, Feria VI de Passione Domini Nostri Iesu Christi, Sabbatho de Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione. Officia ipsa a Sacrorum Rituum Congregatione adprobanda erunt atque edenda. Firmis remanentibus aliis Votivorum Officiorum Indultis quibuscumque iam concessis :

II. Festa Commemorationis S. Pauli Apostoli die 30 Iunii, et bS. Angelorum Custodum die 2 Octobris, a ritu Duplicis minoris ad ritum Duplicis maioris eleventur pro universa Ecclesia :

III. De festo ss. Apostolorum Petri et Pauli , die 29 Iunii , Romae agatur Commemoratio singulis Octavae diebus, quocumque Festo occurrente.

Facta autem de praemissis per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro LEONI PAPAE XIII fideli relatione, Sanctitas Sua hoc Sacrae ipsius Congregationis Decretum, indulgendo singula in eo contenta, in omnibus adprobavit, et confirmavit, atque evulgari iussit. Die 5 eiusdem mensis Iulii et anni 1883.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Laurentius Salvati S. C. R. *Secretarius.*

EPISTOLA SSMI. D. N. LÉOÑÍS XIÎÏ ad Amos Cardinales Antonmum De Luca, Vice cancellarium S. R. E., Ioarnnm Baptistam Pitra, Bibliothecarium S. R. B., Iosephum Hergenroether, tabulariis Vaticanis praefectum; qua, patefactis malis artibus, quibus hostes christiani nominis historiam et res gestas RR. Pontificum, cum rebus italicis colligatas, conscribunt, innuit ut viri probi, versati iu hoc genere disciplinarum, animum adiiciant ad historiam scribendam, quibus patebit suppellex Bibliothecae Vaticanae.

LEO PP. XIII.

DILECTI FILII NOSTRI
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Saepenumero considerantes, quibus potissimum artibus confidant qui Ecclesiam et Pontificatum romanum in suspicionem invidiamque adducere nituntur, satis cognoveramus, ipsorum conatus multa cum vi et calliditate in historiam christiani nominis esse conversos, maximeque in eam partem , quae res gestas complectitur Pontificum romanorum cum ipsis italicis rebus colligatas atque connexas. — Quod cum nonnulli Episcopi nostrates idem animadvertissent, commoveri se dixerunt non minus cogitatione malorum , quae inde consecuta sunt, quam futurorum metu. Etenim iniuste simul et periculose faciunt qui plus odio romani Pontificatus quam rerum veritati tribuunt, illuc non obscure spectantes, ut superiorum temporum memoriam mendaci colore fucatam novis in Italia rebus servire cogant. — Quoniam igitur Nostrum est non solum iura Ecclesiae cetera, sed ipsam eius dignitatem et Apostolicae Sedis decus ab iniuria vindicare , cum velimus ut vincat aliquando veritas, et itali homines agnoscant unde sibi vis beneficiorum maxima antea percepta et in posterum speranda sit, decrevimus de re tanti momenti vobis, dilecti filii Nostri, consilia Nostra impertire, eaque sapientiae vestrae ad perficiendum committere.

Incorrupta rerum gestarum monumenta siqui tranquillum et praeiudicatae opinionis expertem intendat animum, per se ipsa Ecclesiam et Pontificatum sponte magnificeque defendunt. Licet enim in iis institutorum christianorum germanam naturam magnitudinemque intueri: inter fortia certamina inclitasque victorias divina vis Ecclesiae virtusque cernitur , et manifesta factorum fide emi-

nent et apparent collata a Pontificibus maximis beneficia in universas gentes magna , sed in eas maiora , quarum in> sinu Sedem Apostolicam providentia Dei collocavit. Quamobrem qui Pontificatum ipsum conati sunt omni qua possent ratione et contentione lácessere, consentaneum iis erat haudquaquam parcere testi tantarum rerum historiae. Reapse integritatem eius adorti sunt, idque aite et pervicacia tanta , ut arma illa ipsa , quae essent ad propulsandas iniurias optime comparata, ad inferendas detorserint.

Istud lacessendi genus tribus ante saeculis usurpavere prae ceteris Centuriatores Magdeburgenses: qui scilicet, cum auctores fautoresque opinionum novarum ad expugnanda doctrinae catholicae praesidia minime valuissent, ipsi, nova velut acie, in concertationes historicas Ecclesiam compulerunt. — Centuriatorum exemplum omnes fere scholae, quae a doctrina veteri defecissent, renovarunt: idemque , quod est longe miserius , nonnulli persecuti sunt religione catholici, natione itali. Illo igitur , quo diximus , proposito pervestigata sunt vel minima antiquitatis vestigia : singuli prope tabulariorum tentati recessus : evocatae in lucem tabulae futiles: commenta, refutata centies, centies iterata. Circumcisis saepe vel coniectis astute in umbras iis quae sunt tamquam rerum lineamenta maiora, praeterlabi reticendo libuit gloriose facta et merita memorabilia, intentis acriter animis ad consectandum exaggerandumque si quid esset temere , si quid minus recte gestum : cuius quidem generis cavere singula plus difficultatis habet, quam quod hominum natura patiatur. Immo etiam licere visum est incerta vitae domesticae arcana scrutari sagacitate improba, arreptis inde medioque positis quae prouae ad obtrectationem multitudini spectaculo simul et ludibrio facilius fore viderentur. Ex Pontificibus maximis vel ii, quorum virtus excelluit, saepe notati vituperatique perinde ac cupidi, superbi, imperiosi: quibus rerum gestarum gloria invideri non potuit, eorum reprehensa sunt consilia: illaque audita millies insana vox, de ingeniorum cursu , de humanitate gentium male Ecclesiam meruisse. Nominatim vero in civilem romanorum Pontificum principatum, libertati maiestatique eorum tuendae non sine divino consilio institutum, eumdemque et iure optime partum et innumerabilibus benefactis memorabilem , acerrima male dictorum falsorumque criminum tela coniecta.

Iisdem vero machinationibus et hodie datur opera , ut, si unquam alias, certe hoc tempore illud vere dici possit, artem historicam coniurationem hominum videri adversus veritatem. Et sane

renovatis vulgo prioribus illis insimulationibuá , serpere audacter mendacium videmus per laboriosa volumina et exiles libros , per diariorum volitantes paginas et apparatas theatrorum illecebras. — Ipsam rerum antiquarum recordationem nimis multi adiutricem ad iniurias volunt. — Recens illud in Sicilia specimen, quod cruentae cuiusdam memoriae occasionem nacti, multa invecti sunt in decessorum Nostrorum nomen, mansuris etiam consignata monumentis agresti immanitate dictorum. Idemque paullo post apparuit cum honores publice tributi sunt homini Brixiensi, quem ^editiosum ingenium et infensus Apostolicae Sedi animus insignem posteris reddidere. Tunc enim aggressi iterum sunt incitare populares iras, itemque Pontificibus maximis ardentes contumeliam!!! admovere faces. — Siqua vero commemoranda fuerunt omnino Ecclesiae perbonorifica, in quibus omnes calumniarum aculeos manifesta lux veritatis obtunderet , extenuando tamen dissimulandoque data est opera, ut pars laudis meritique quam minima posset ad Pontifices redire putaretur.

Illud vero gravius est, hanc similitudinem tractandi historiam ipsas in scholas invasisse. Persaepe enim pueris commentarii ad ediscendum proponuntur aspersi fai lacus : quibus illi assuefacti, praesertim si accesserit doctorum aut perversitas aut levitas, facile imbibunt venerandae antiquitatis fastidium, rerumque et personarum sanctissimarum inverecundam contemptionem. Primordia litterarum supergressi, non raro in discrimen adducuntur etiam maius. Nam in maiorum disciplinarum meditationibus ab eventuum narratione ad rerum proceditur caussas: a caussis vero exaedificata legum petitur ad iudicia temere ficta , quae saepius cum doctrina divinitus tradita aperte dissentiunt, et quorum ea omnis est ratio, dissimulare ac tegere quid et quantum instituta christiana in rerum humanarum cursu eventorumque consequentia ad salutem potuerint. Idque a plerisque suscipitur nihil laborantibus quam sibi parum ipsi cohaereant, quam loquantur pugnantia, quot quantisque tenebris eam , quae philosophia historiae dicitur ,' involvant. Ad summam , ne agamus de singulis , omnem historiae tradendae ra tionein eo convertunt, ut suspectam faciant Ecclesiam, invisosPontifices, et illud maxime persuadeant multitudini, civile romanorum Pontificum imperium incolumitati et magnitudini rerum italicarum obesse.

Atqui nihil dici potest, quou a, veritate magis abhorreat , ut permirum videri debeat , accusationes huiusmodi, quae tot testi-

moniis tanta vi redarguuntur, verisímiles videri multis potuisse. — Profecto sempiternae posterorum memoriae historia commendavit summa Pontificatus romani in Europam merita ac nominatim in Italiam ; quae ab Apostolica Sede commoda et utilitates , ut erat proclive factu, una ex omnibus accepit plurimas. In quibus illud primo loco commemorandum, potuisse Italos in iis, quae religionem spectant, intactam a dissidiis retinere concordiam: permagnum sane populis bonum , quo qui potiuntur , ii praesidio ad prosperitatem publicam et domesticam firmissimo potiuntur. Et ut singulare quiddam attingamus, nemo unus ignorat, post afflictas Romanorum opes formidolosis incursionibus barbarorum fortissime ex omnibus restitisse Pontifices romanos; eorumque consilio et constantia effectum esse nec semel, ut, represso furore hostium, solum italicum a caede et incendiis, Urbs Roma ab interitu vindicaretur. Et qua tempestate Imperatores Orientis curas cogitationesque omnes alio derivarant, in tanta solitudine et inopia nusquam rerum suarum tutelam nisi in romanis Pontificibus Italia reperit. Quorum in illis calamitatibus spectata caritas plurimum valuit, aliis accedentibus caussis, ad initia civilis ipsorum principatus. Cuius quidem laus est, coniunctum semper cum summa utilitate communi fuisse: quod enim licuit Apostolicae Sedi omne rectum studium humanitatemque provehere, et ad civiles rationes virtutis suae porrigere efficacitatem, et res, quae habentur in civitate maximae, coniunctim complecti, certe huic caussae non exigua gratia debetur , quod civilis principatus libertatem opportunitatesque praebuit tantis peragendis rebus necessarias. Quin etiam cum decessores Nostros impulerit conscientia officii, ut iura imperii sui ab hostium cupiditate defenderent, hoc ipso pluries externarum gentium dominatum magna Italiae parte prohibuerunt. Simile quidquam recentiore est etiam perspectum memoria , quo tempore maximi imperatoris victricibus armis Apostolica Sedes non cessit , et ut sibi omnia principatus iura redderentur, a foederatis regibus impetravit. — Neque minus illa italis hominibus salutaria, quod saepenumero Pontifices romani voluntati principum non iustae libere repugnarint: et quod Europae viribus foedere icto consociatis ,, Turcarum , per iterata vulnera imminéntium , immanissimos impetus insigni fortitudine sustinuerit. Duo praelia maxima, deletis italici iisdemque catholici nominis hostibus, alterum in agro Mediolanensi, alterum ad Echinadas insulas , opera auspiciisque Apostolicae Sedis et suscepta et pugnata sunt. Expeditiones Palestinenses, auctoribus Pontificibus

initas , vis est et gloria navalis Italorum consecuta : item leges , vitam ; constantiam res publicae populares a sapientia Pontificum mutuatae sunt. —Ad laudem Apostolicae Sedis magnam partem pertinet quaesitum italico nomini ingenuis studiis atque artibus decus. Tacile interiturae Romanorum Graecorumque litterae erantj nisi reliquias tantorum operum Pontifices et Clerici velut ex naufragio collegissent. In Urbe vero actae perfectaeque res altius loquuntur: nova condita et summorum artificum operibus exculta: musea et bibliothecae constitutae : scholae instituendis adolescentibus apertae : Licea magna praeclare fundata : quibus de caussis ad hanc laudem Roma pervenit , ut communi hominum opinione mater optimarum artium habeatur.

Ex his aliisque multis cum tantum lumen eluceat , nemo non videt, infestum italico nomini praedicare aut Pontificatum per se, aut civilem Pontificum principatum , idem plane esse ac de rebus perspicuis et evidentibus velle mentiri. Flagitiosum consilium scienter fallere, et venenum malum historia facere: multoque magis in hominibus catholicis eisdemque in Italia natis reprehendendum quos plus quam ceteros gratus animus deberet et religionis suae honos et caritas patriae non ad studium modo sed etiam ad patrocinium veritatis hortari. Cum vero ex ipsis Protestantibus satis multi acri ingenio et aequo iudicio opiniones non paucas exuerint, et compulsi veritatis viribus Pontificatum romanum commendare non dubitarint quod sit humanitatem utilitatesque permagnas in republica afficiens, indignum est quod multi ex nostratibus contra solent. Qui in historicis disciplinis adamant adventicia pleraque ; et scriptores externos, ut quisque instituta catholica peius vexat, ita sequuntur et probant maxime, fastidiendos rati summos ex nostris, qui cum historiam scriberent, caritatem patriae ab obsequio et amore Apostolicae Sedis diiungere noluerunt.

Interim tamen vix credibile est quam sit capitale malum historíate famulatus servientis partium studiis et variis hominum cupiditatibus. Futura quippe et non magistra vitae neque lux veritatis , qualem esse oportere veteres iure dixerunt , sed vitiorum assentatrix et ministra corruptelae : idque praesertim hominibus adolescentibus, quorum et mentes opinionum implebit insania , et animos ab honestate modestiaque deflectet. Percutit enim historia magnis illecebris praepropera ac fervida iuvenum ingenia: oblatam antiquitatis effigiem et illas imagines virorum, quos velut ad vitam revocatos in conspectu narratio ponit, amplexantur cupide adole-

scentuli et altius in animo retinent ad diuturnitatem insculptas. Itaque hausto semel a teneris annis veneno , vix aut ne vix quidem ratio quaeretur remedii. Neque enim illa est satis vera spes futurum et aetate sapiant rectius, dediscendo quod ab initio didicerint: propterea quod ad historiam penitus et considerate pertractandam pauci sese dedunt: maturiore autem aetate , in consuetudine vitae quotidianae plus fortasse offendent confirmandis quam corrigendis erroribus loci.

Quamobrem permagni refert huic occurrere tam praesenti ' periculo , et omnino videre ne diutius in materiam ingentis publice privatimque mali ars historica , quae tantum habet nobilitatis, traducatur. Viri probi, in hoc disciplinarum genere scienter versati, animum adiiciant oportet ad scribendam historiam hoc proposito et hac ratione, ut quid verum sincerumque sit appareat, et quae congeruntur iam nimium diu in Pontifices romanos iniuriosa crimina docte opportuneque diluantur. Ieiunae narrationi opponatur investigationis labor et mora: temeritati sententiarum prudentia iudicii ; opinionum levitati scita rerum selectio. Enitendum magnopere, ut omnia ementita et falsa, adeundis rerum fontibus, refutentur; et illud in primis scribentium obversetur animo *primam esse historiae legem ne quid falsi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat ; ne qua suspicio gratiae sit in scribendo , ne qua simultatis.* — Est autem in scholarum usum confectio commentariorum necessaria, qui salva veritate et nullo adolescentium periculo ipsam artem historicam illustrare et augere queant. Cuius rei gratia, perfectis semel maiore mole operibus ex fide monumentorum quae habentur certiora, reliquum erit capita rerum ex illis operibus excerpere litterisque mandare dilucide et breviter; caussa quidem minime difficilis, sed quae non mínimos habitura est usus, ideoque dignissima , in qua vel excellentium ingeniorum elaboret industria.

Non est autem huiusmodi palaestra intractata et nova : immo vero est summorum virorum non paucis impressa vestigiis. Siquidem rem historicam , sacris quam profanis rebus veterum iudicio propiorem. studiose Ecclesia ab initio coluit. Per medias illas quae in exordia christiani nominis incubuere cruentas procellas , complura acta et rerum monumenta incolumia conservata sunt. Itaque cum pacatiora tempora illuxissent , florere in Ecclesia studia historicorum coepere: Oriensque et Occidens doctos labores in eo genere vidit Eusebii Pamphili, Theodoreti, Socratis, Sozomeni, alio-

rum. Et post imperii romani occasum, quod "humanioribus artibus ceteris, id et historicae usuvenit, ut nusquam nisi in monasteriis perfugium, nec fere alios, praeter Clericos, cultores nancisceretur: ita plane ut, si sodales religiosi de scriptitandis annalibus minus cogi ta vissent, notitiam prope nullam ne rerum quidem civicarum longo temporis intervallo haberemus. Ex recentioribus vero commemorare duos illos satis est, quos nemo superavit, Baronium et Muratorium. Prior enim virtutem ingenii sui subtilitatemque iudicii incredibili eruditione cumulavit: alter vero, quamvis in eius scriptis *multa reperiantur censura digna* (1), tamen ad res vicesque italicas illustrandas tantam vim congessit monumentorum, ut nemo maiorem. Iis vero plures annumerari facile possent et dari et magni, quos inter pergratum recordari Angelum Maium, amplissimi Ordinis vestri decus et ornamentum.

Artem ipsam historiae philosophicam magnus Ecclesiae doctor Augustinus princeps omnium excogitavit, perfecit. Ex posterioribus qui in hac parte quiddam sunt memoria dignum consecuti, Augustino ipso usi sunt magistro et duce, ad cuius commentata et scripta ingenium suum diligentissime excoluerunt. Qui contra a vestigiis tanti viri discessere, eos error multiplex a vero deflexit, quia cum in itinera flexusque civitatum intenderent animum, vera illa scientia caussarum, quibus res continentur humanae, caruerunt.

Igitur si de disciplinis historicis optime omni memoria Ecclesia meruit, mereat et in praesens: praesertim quod ad hanc laudem ipsa ratione impellitur temporum. Etenim cum hostilia tela, uti diximus, potissimum ab historia peti soleant, oportet ut aequis armis congrediatur Ecclesia, et qua parte oppugnatur acrius. in ea sese ad refutandos impetus maiore opere muniat.

Hoc consilio alias ediximus, ut tabularía Nostra praesto essent, quantum potest, religioni et bonis artibus provehendis: hodieque similiter decernimus, ut adornandis operibus historicis, quae diximus, opportuna ex Bibliotheca Nostra Vaticana pateat supellex. — Nihil dubitamus, dilecti filii Nostri, futurum ut vestri auctoritas officii vestrorumque opinio meritorum facile vobis adiungat viros doctos, in historia scribendique arte exercitatos, quibus recte possitis pro singulorum facultate suum cuique assignare opus, certis tamen legibus auctoritate Nostra sanciendis. Quotquot vero studium operamque suam vobiscum in hanc caussam collaturi sunt, erecto bonoque animo esse iubemus, et singulari benevolentia Nostra

(1) Benedictus XIV. Epist, ad Supremum Hispaniae Inquisitorem 31 Iulii 1748

confidere. Res quippe agitur digna studiis patrocinioque Nostro-, in qua sane spem utilitatis plurimum collocamus. Nam firmis ad probandum argumentis cedat necesse est opinionis arbitrium : eonafusque adversus veritatem diu susceptos ipsa tandem per se superabit et franget veritas , quae obscurari aliquandiu potest , extingui non potest.

Atque utinam quamplurimi excitarentur veri investigandi cupiditate, et inde utilia ad recordationem documenta caperent. Clamat enim quodammodo omnis historia, Deum esse qui rerum mortalium varios perpetuosque motus providentissime regit eosque vel invitis hominibus ad Ecclesiae suae incrementa transfert. Item e dimicationibus illataque vi Pontificatum romanum semper evasisse victorem: oppugnatores eius, deiectos de spe , suam sibi perniciem comparavisse. — Neque minus aperte historia testatur quid sit de Urbe Roma iam inde ab origine sua provisum divinitus : scilicet ut domicilium sedemque perpetuo praeberet beati Petri successoribus, qui hinc tamquam e centro universam christianam rempublicam nullius obnoxii potestati gubernarent. Cui quidem divinae providentiae consilio nemo est repugnare ausus , quin serius ocius inania coepta senserit.

Haec sunt, quae tamquam in illustri posita monimento intueri licet, undeviginti saeculorum confirmata testimonio : nec absimilia censendum futura quae reliquum afferet tempus. Nunc quidem praevalentes hominum sectae, Deo et Ecclesiae suae inimicorum, omnia in Pontificem romanum hostilia audent , compulso in ipsam eius sedem bello. Qua re hoc contendunt, debilitare vires sacramque potestatem romanorum Pontificum comminuere; immo Pontificatum ipsum , si fieri posset, extinguere. Quae hic post expugnationem Urbis acta sunt, quaeque etiamnum aguntur nihil dubitare sinunt, quid in animo habuerint qui sese ad novas res architectus et duces praebuerunt. — Ad hos accessere non eodem fortasse consilio plurimi, quos nimirum constituendae augendaeque reipublicae studium cepit. Ita numerus crevit decertantium cum Apostolica Sede, et romanus Pontifex in eam misere conditionem deiectus, quam gentes catholicae concorditer deflent. Illis tamen nihil sane melius incoepta succèdent, quam ceteris ante eos eodem proposito , audacia pari. Ad italos vero quod attinet, vehemens istud cum Apostolica Sede certamen, iniuria et temere susceptum , caput est ingentium domi forisque damnorum. — Ad alienandos multitudinis animos, adversari quidem Pontificatus dictus est rebus italicis; sed incri-

minationem iniquam ac stultam ea ipsa , quae supra commemoravimus, satis convincunt. Idem vero, sicut antea omni memoria, ita in posterum non nisi prosperus et salutaris futurus est italicis gentibus : propterea quod haec eius est constans immutabilisque natura, bene mereri et prodesse in omnes partes. Quamobrem non est virorum rationibus publicis bene consulendum maximo isto beneficiorum fonte Italiam prohibere : nec dignum italis hominibus caussam suam cum iis communicare, qui nihil aliud quam Ecclesiae perniciem meditantur. Simili modo nec expedit nec prudens consilium est cum ea potestate confugere, cui perpetuitatis est sponsor Deus, historia testis: quam ut toto orbe catholici religiose vereantur, ita eorum interest, esse omni ope defensam : quamque ipsam principes rerum publicarum et agnoscant et plurimi faciant necesse est, his praesertim tam trepidis temporibus, cum fundamenta ipsa, quibus hominum nititur societas, propemodum vacillare videantur. Omnes igitur, in quibus est vera patriae caritas , si saperent et vera viderent, in eo maxime deberent studium curamque ponere, ut amoveantur funesti huius dissidii caussae , et Ecclesiae catholicae tam aequa postulanti ac de iuribus suis sollicitae ea , qua par est, ratione satisfiat.

Ceterum nihil magis optamus, quam ut ea , quae commemoravimus, sicut litterarum monumentis consignata sunt , ita animis hominum penitus adhaerescant. Hanc ad rem vestrum erit. dilecti filii Nostri, quanto maiorem potestis sollertiam industriamque conferre. — Quo autem vester et eorum, qui vobis navabunt operam, magis fructuosus sit labor caelestis patrocinii auspicem vobis illisque, universis Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII Augusti , Anno "AiDCCCLXXXIII Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LEO PP. XIII.

LITTERAE APOSTOLICAE Innocentii XI, quibus indicitur Iubilaeum universale ad imülorandam divinam opem contra Turcas (1).

INNOCENTIUS PAPA XI.

Universis Christi fidelibus praesentes literas inspectur'is salutem, ct Apostolicam Benedictionem.

In suprema militantis Ecclesiae specula his calamitosissimis temporibus super gregem Dominicum curae nostrae divinitus creditum pastorales vigilias assidue agitantes, dum luctuosas regni Hungariae, ac Archiducátus Austriae aliarumque haereditariarum diarissimi in Christo filii nostri Leopoldi, Romanorum Regis in Imperatorem electi Provinciarum, et ditionum calamitates, Ecclesiasticorum, et Religiosorum, ac praesertim Sanctimonialium, aliarumque Christi fidelium praecipites fugas, et strages, Virginum, et puerorum miserandani in servitutem, et quod arnarius deplorandum est , in apostasiae, pudicitiaeque discrimina abductiones, Civitatum, oppidorum , et agrorum excidia , vastationes , direptiones , et incendia , aliaque innumera mala, quibus nefarius Turcarum Tyrannus, immani ferocia, formidabilique sua potentia nomen Christianum d^-

(1) Quum anno 1683 Turcarum opera Vienna Austriae atroci premeretur obsidione; et nomen christianum, pax et libertas Europae totius, in grave vocarentur discrimen, Innocentius Xl generale indulsit Iubilaeum ; ut placata ira Dei, lacrimis , ieiuniis et eleemosynis , mahumetana rabies contunderetur. Atque ut ceteri exemplum caperent , indicta poenitentiae processione , ab Ecclesia s. Mariae supra Minervam ad Ecclesiam s. Mariae de Anima nationis Theutonicorum , Pontifex ipse se contulit una cum Cardinalibus, Episcopis, regumque christianorum oratoribus. Deus qui iugiter piopitiatur invocantibus se, die 12 Septembris illius anni , sinit ut nefarius Turcarum Tyrannus, tercentum millibus ""Utihn« suffultus, Vionnam expugnaturus, a pervicaci deponeretur obsidione per arma principum foederatorum, longe numero inferiora, sed auxilio fota coelesti.

Huius anni 1883 mense Septembris secundum impletur saeculum ex quo christianus miles, divini auxilii ductu, Europam a Turcarum rabie liberavit. Ne huius nobilissimi facti recordatio a cordibus christianorum prolaberetur, inter alia documenta huius ephemeridis, cooptavimus et has Innocentii XI Litteras; ut grato animo gesta Dei recolamus, et ut eluceat quanam charitate et fiducia adeundum sit *Tronum gratiae,* ut contra hostes decertantes, victoriam consequi valeamus. In Ecclesia s. Mariae de Anima et Viennae solemni recordabitur ritu dies 12 Septembris huius anni

1ère molitur Apostolicae charitatis studio consideramus, vehementer ingemiscimus, atque inter moerores, et suspiria vocem proferre, et spiritum ducere vix valemus. Nam quis adeo ferreo fit pectore, cui tot malorum tristis facies gemitus, et lacrimas non exprimat? Quis ad graviora quae undequaque impendent, pericula, non summo pavore concutiattir? Immitis enim ille Tyrannus secundis armorum suorum initiis inflatus, nihilque sibi impervium iam fore confidens, Viennam Austriae, Urbem celeberrimam, ac munitissimam, et quae tumentes olim Turcicorum armorum fluctus confregit, arcta vehementique obsidione oppugnat, et tanquam inexplebilis bellua Christianas omnes Provincias spe iam devorat, Mahumetanaque perfidia abominationem longe lateque propagare , ac Dei viventis Ecclesiam funditus destruere satagit. Verum Domino protegente , in cuius manu est salvare in multis, et in paucis, in cassum cadent impiorum hostium perniciosi conatus, si divinam iram, quae hominum flagitiis provocata, Christianum populum hoc atroci bello tamquam virga furoris sui castigat, humili peccatorum confessione, dignisque poenitentiae fructibus placare, atque ad sacram misericordiarum Domini aram accedere, ardentibusque , et concordius supplica tionum opportunum auxilium implorare studuerimus. Non enim continet Dominus in ira miserationes suas, sed homines per flagella vocat ad poenitentiam, ac propitiatur invocantibus eum in veritate. Adeamus itaque cum fiducia ad thronum gratiae, scindamus corda nostra cum lacrymis ad Deum, ieiuniis, et eleemosynis orationum nostrarum vires intendamus, ac unanimi assiduaque deprecatione Patris misericordiarum, et Dei totius consolationis opem invocemus; ut sociatis memorati Leopoldi Regis, ac diarissimi in Christo filii nostri Ioannis Poloniae Regis illustris, aliorumque Principum armis, nostrisque, qui quidquid in nobis est virium, et consilii, in causae comunis tuitionem conferre studemus , piis conatibus benedicere, fortissimisque Christi pugilibus ad Viennae defensionem, Turcarumque, et aliorum infidelium repressionem, vires, et fortitudinem, quae de coelo est, augere, ceterorumque potentissimorum Regum, et Principum Christianorum consilia, et vires ad Christiani nominis tutelam unire, et sociare, ac, inimicos suos dissipare et in fugam convertere, prosperosque Christianis armis successus largiri dignetur. Ut autem haec ferventius fructuosiusque fiant , priscum Romanae Ecclesiae omnium Matris, et Magistrae morem sequentes coelestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostrae commisit divina dignatio, in his urgentissimis Ecclesiae uecessi-

tatibu», gravissimisque periculis aperire , et larga manti erogare decrevimus. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius authoritate confisi , ex illa ligandi, et solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus in alma Urbe nostra degentibus, qui solemni processioni, quam aliqua die proxime venturae hebdomadae ab Ecclesia Sanctae Mariae super Minervam ad Ecclesiam eiusdem sanctae Mariae de Anima nuncupatam Nationis Theutonicorum de eadem Urbe, una cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, et quos in Romana Curia adesse contigerit, necnon Christianorum Regum, et Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prelatis quoque, et Officialibus eiusdem Curiae, universoque Clero, et Populo benedicente Domino agemus, devote interfuerint, vel Sancti Ioannis in Laterano, Principis Apostolorum et Sanctae Mariae Maioris dictae Urbis Ecclesias, seu Basilicas, aut aliquam earum intra spatium eiusdem, vel proximae subsequentis hebdomadae saltem semel dovote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias preces, ad Deum, ut supra, effuderint, ac quarta, et sexta feriis, et Sabbato alterius ex praedictis hebdomadis ieiunaverint, et peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Dominica die immediate sequenti , vel alia die intra eamdem hebdomandam reverenter sumpserit, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint; ceteris vero extra Urbem praedictam ubicumque degentibus , qui Ecclesias ab Ordinarii locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, et ipsis, deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, designandas, vel Ecclesiarum huiusmodi aliquam iuxta spatium duarum similiter hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios vel eorum Vicarios , seu Officiales, vel alios, ut praefertur, faciendae decursurarum, saltem semel visitaverint, ubique ut supra oraverint, ac quarta , et sexta feriis, ac Sabbato alterius ex hebdomadis huiusmodi ieiunaverint, pariterque peccata sua confessi ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomandam sanctissima Communione refecti fuerint, et pauperibus aliquam eleemosynam ut praemittitur erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, sicut in anno Iubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, et extra Urbem praedictum concedi consuevit, tenore praesentium concedimus et elargimur. Navigantes vero et iter

agentes, ut, cum primum ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis peractis et visitata Ecclesia Cathedrali vel maiore aut parochiali loci eorum domicilii, eamdem indulgentiam consequi possint et valeant; Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscunque tam laicis, quam Ecclesiasticis, saecularibus vel Regularibus , etiam in carcere aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa confessarius ex iam approbatis a locorum Ordinariis, ante praesentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere quae ipsi poenitentes deficere poterunt pariter concedimus et indulgemus.

Insuper omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus , tam laicis quam Ecclesiasticis saecularibus et Regularibus cuiusvis ordinis, Congregationis et instituti, tam in Urbe praedicta, quam extra eam ubique locorum, ut praefertur degentibus, licentiam concedimus et facultatem , ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcunque presbyterum confessarium , tam saecularem , quam cuiusvis ordinis et instituti regularem , ex approbatis, ut praemittatur, a locorum Ordinariis qui eos ab excommunicationis , suspensionis et aliis Ecclesiasticis sententiis et censuris a iure vel ab homine, quavis causa latis seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus et delictis, quantumvis gravibus et enormibus , etiam locorum ordinariis, seu Nobis et Sedi Apostolicae etiam per literas die Coenae Domini legi solitas et alias quascunque Nostras aut Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum Constitutiones, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis quomodocunque reservatis , et in foro conscientiae, et hac vice tantum, absolvere et liberare valeat, et insuper vota quaecumque (Religionis et castitatis exceptis) in alia pia et salutaria opera commutare , iniuncta tamen eis et eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari aliisque eiusdem confessarii arbitrio iniungendis.

Quapropter tenore praesentium, in virtute sanctae obedientiae districte praecipimus atque mandamus omnibus et quibuscumque venerabilibus fratribus, Patriarchis , Archiepiscopis et Episcopis aliisque Ecclesiarum Praelatis ac quibuscumque Ordinariis locorum , ubicumque existentibus eorumque vicariis et officialibus , vel , his deficientibus , illis qui curam animarum exer-

cent, ut, cum praesentium literarum transumpta seu exempla, etiam impressa Receperint, illa statim, et absque ulla mora, retardatione vel impedimento, per suas Ecclesias vel dioeceses, provincias, civitates, oppida, terras et loca publicent et publicari faciant , ecclesiamque sive ecclesias visitandas designent. Non intendimus autem per praesentes super aliqua irregularitate publica vel occulta, nota, defectu, incapacitate seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi seu habilitandi, etiam in foro conscientiae, neque etiam easdem praesentes iis qui a nobis et Apostolica Sede vel ab aliquo Praelato seu Iudiee Ecclesiastico excommunicati suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati vel publice denunciati fuerint nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse aut debere.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi, incertis tum expressis casibus, ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes vel dissimiles indulgentiarum, et facultatum huiusmodi concessiones, nisi de iis expressa mentio aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque ordinum et congregationum seu institutorum regularium, etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque , indultis et uteris apostolicis , eiusdem ordinibus , congregationibus et institutis illorumque personis quomodolibet concessis , approbatis et innovatisi quibus omnibus et singulis etiamsi de illis earumque totis tenoribus specialis , specifica , expressa et individua , non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac formam in eis traditam pro servata habentes , hac vice specialiter nominatim et expresse ad effectum, praemissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem praesentes literae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem praesentium literarum transumptis , seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis , ubique loco-

rum et gentium prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae, apud s. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XI Augusti MDCLXXXIII, Pontificatus Nostri anno VII.

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

DE CONSISTORIO HABITO DIE 9 AUGUSTI

SSmus Pater liae mane habuit Consistorium secretum, in quo proposuit sequentes Ecclesias:

PATRIARCHALEM ECCLESIAM LISBONEN. vacan, per obitum clar. me. Ignatii, dum viveret S.R.E. Presbyteri Cardinalis, do Nascimento Mo raes Cardoso, ultimi illius Patriarchae, extra romanam curiam defuncti favore R.P. D. Iosephi Sebastiani Neto, hodierni Episcopi Angolensis, ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis fidelissimi.

METROPOLITANAM ECCLESIAM TAURINEN, vacan, per obitum bo. me. Laurentii Gastaldi , ultimi illius Archipraesulis, extra romanam curiam defuncti; ad quam Sanctitas Sua promovere intendit Emum ac Rmum Dominum Caietanum Titulo s. Mariae de Transpontina, S. R. E. Presbyterum. Cardinalem Alimonda.

METROPOLITANAM ECCLESIAM BRACHAREN, vacan, per resignationem a R. P. D. Joanne Chrysostomo d'Amorim Pessoa, libere ac sponte factam, et a Sanctitate Sua admissam, favore R. P. D. Antonii Josephi de Freitas Honorato , Archiepiscopi Titularis Mitylenensis, ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis fidelissimi.

METROPOLITANAM ECCLESIAM HYDRUNTIN. vacan, per obitum bo. me. Iosephi Cajazzo , ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Fr. Rochi Cocchia ex Ordine Minorum Capulatorum s. Francisci, Archiepiscopi Titularis Siracensis.

TITULAREM ECCLESIAM ARCHIEPISCOPALEM MYREN. vacan, per as-

signationem Tituli s. Praxedis, factam Emo ac Rmo Domino Angelo S. R. E. Presbytero Cardinali Bianchi, favore R. P. D. Stephani Marilley, iam Episcopi Lausanensis ac Genevensis.

METROPOLITANAM ECCLESIAM BURDIGALEN, vacan, per obitum clar. me. Francisci Augusti Ferdinandi S. R. E. dum viveret Presbyteri Cardinalis Donnet, ultimi illius Archipraesulis, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Amati Victoris Francisci Guilbert, Antistitis Ambianensis , ad nominationem perillustris Viri Iulii Grevy Gallicae Reipublicae Praesidis.

METROPOLITANAM ECCLESIAM GORITIEN, seu Gradiscan. vacan, per obitum bo. me. Andreae Gollmayr, ultimi illius Archipraesulis extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Aloisii Zorn, Episcopi Parentini ac Polensis, ad nominationem sacrae caesareae maiestatis Francisci Iosephi I. Austriae Imperatoris Bohemiae et Ungariae Regis apostolici.

CATHEDRALEM ECCLESIAM LEMOVICEN. vacan, per obitum bo. me. Petri Henrici Lamazou, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P.D.Francisci Beniamini Iosephi Blanger, Episcopi Guadalupensis seu Imae Telluris, ad nominationem perillustris Viri Iulii Grevy, Gallicae Reipublicae Praesidis,

ECCLESIAM DE SINALOA in Mexicana ditione Americae Septemtrionalis sitam, atque a primaeva erectione sua vacantem, favore R. P. D. Iosephi a Iesu et Mariae Vriarte, Episcopi de Sonora.

Episcopatus de Sinaloa nomen habet a confoederato Statu honionymo ; eius autem residentia ex Consistoriali decreto diei 24 Maii 1883 constituta est in urbe Culiacuni *Culiacan,* quae caput est eiusdem Status in Mexicana ditione Americae Septemtrionalis, quaeque proinde ad civitatis ac Sedis Cathedralis honorem evecta est, eaque ab ultra undecim millibus inhabitatur incolis.

Eius paroecialis Ecclesia, quae adhuc in aedificatione extat , quaeque amplitudine, pulchritudine, ornamentisque ceteras inibi supereminet Ecclesias, ad Cathedralis fastigium elevabitur, priscis retentis titulo ac paroecialitate, eaque Archiepiscopo de Guadalaxara suffragantur.

CathedraleCapitulum constans dignitatibus , Canonicis , Beneficiariis ac Mansionariis ad normam viciniorum Capitularium, erigendum erit ubi Cathedralis templi opus fuerit perfectum.

Per Parochum, eiusque Vicarios animarum cura sicut antea ipsamet exercebiturinCathedrali, baptismali fonte praedita, ibique sacrarium sacra supellectili ad divina obeunda officia sufficienter

instructum praesto erit una cum choro , organo , campanili cum campanis, et extra urbem cáe-me ter io.

CATHEDRALEM ECCLESIAM VISEN. vacan, per obitum bo. m. Antonii Alves Martins, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi DiasCorreia de Carvalho, Antistitis s. Iacobi Capitis, Viridis ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi.

CATHEDRALEM ECCLESIAM EGITANIEN. vacan, per obitum bo. me. Emmanuelis Martins Manso, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Thomae Gomes de Almeida Episcopi Titularis Teiensis ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi

CATHEDRALEM ECCLESIAM PORTALEGREN, vacan, per obitum bo. me. Iosephi Francisci de Soledade Bravo , ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti , favore R. P. I). Iosephi Mariae da Silva Ferrao de Carvalho Martens, Episcopi Brigantiensis, ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi.

CATHEDRALEM ECCLESIAM BRIGANTIEN. vacan, per translationem ad Sedem Portalegrensem R. P. D. Iosephi Maria da Silva .Ferráo de Carvalho Martens, *ïa,-*

vore R. P. D. Emmanuelis Beruardi de Sousa Ennès, Antistitis Macaonensis, ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi.

CATHEDRALEM ECCLESIAM BARCINONEN, vacan, per obitum bo. me. Iosephi Mariae de Urquinaona et Bidot, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iacobi Cátala et Albosa , Gaditani ac Septensis Antistitis , ad praesentationem Serenissimi Regis Catholici.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM HELENOPOLITAN. sub Archiepiscopo Nicomediense in Bithynia, vacan, per translationem R. P. *D.* Alexandri Casimiri Gin. towt ad metropolitanam Sedem Mohiloviensem, favore R. P. D. Flaviani Sinio'neschi Antistitis dimissionarii triplicis unitae Ecclesiae Terracinensis, Privernensis atque Setinae.

CATHEDRALIA ECCLESIAS TERRACINEK. SETIN ET PRIVERNEN. invicem perpetuo canonice unitas, vacan, per dimissionem a R. P. D. Flaviano Simoneschi libere ac sponte in manibus Sanctitatis Suae peractam, et ab eadem admissam , suspenso tamen dimissionis effectu ad possessionem usque sui Successoris, favore R. *D.* Thomae Mesmer Presbyteri Anagnini eisdem Ecclesiis ex benignitate praefatae Sanctitatis Suae praeficiendo

CATHEDRALEM ECCLESIAM SIGNIN. vacan, per obitum bo. me. Antonii Vincentii Testa, ultimi illius Episcopi , apud romanam curiam defuncti , favore R. D. Blasii Sibilia , Presbyteri Anagnini. Qui ex legitimis , catholicis, honestisque parentibus Anagniae progenitus, sexagesimum primum aetatis suae annum supergressus est. Sacro dudum Presbyteratus ordine donatus in functionibus ecclesiasticis obeundis sese laudabiliter exercuit. Patrii seminarii Rectorem, ibique Professorem agens eloquentiae , sodalitatis a Sancta Maria Lauretana Primiceri i munere perfunctus, et inter pro-Synodales Examinatores atque illius Basilicae Cathedralis Canonicos hucusque adscitus est

CATHEDRALEM ECCLESIAM CoMACLEN. vacan, per obitum bo.me. Aloisii-Pistocchi , ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Tullii Sericci, Presbyteri Anconitani. Qui ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus Anconae progenitus, quartum supra quinquagesimum aetatis suae annum supergressus est. Inter alumnos almi Collegii Capranicensis Romae adnumeratus, ibique ss.ordines, et apud Gregorianam universitatem in sacra theologia dudum doctorali laurea donatus, in patrio seminario philosophiae ac mathesis, nunc autem dogmaticae theologiae Lecto rem, et clericorum spiritualem agens moderatorem, inter pro-Synodales Examinatores dioeceseos Convisitatores, et Sanctitatis Suae Cubicularios honoris adscitus est.

CATHEDRALEM ECCLESIAM CASSANEN. vacan, per obitum bo. me. Alexandri Basile , ultimi illius Episcopi , extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Raphaelis Danise, Presbyteri Neapolitani et Ordinis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium professi. Qui ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus Neapoli progenitus et in quinto supra sexagesimum aetatis suae anno constitutus; alumnis Clericorum Regularium infirmis ministrantium ab adolescentia comes additus, ipsum Ordinem solemniter professus et Presbyterali dudum dignitate insignitus, primo sui sacerdotii anno publico rerum theologicarum peracto periculo philosophiae ac sacrae theologiae Lector renunciatus est. Directioni religiosarum sui ordinis familiarum pluries praepositus, pluriesque a Generali Consulta ad extraordinaria Religionis snae negotia pe retractanda deputatus est.

CATHEDRALEM ECCLESIAMBEIEN. vacan, per translationem R.P.D. Antonii a Trinitate de Vasconcellos Pereira de Mello ad Cathedralem Sedem Lamacensem, favore R. D. Antonii Xaverii de Souza Monteiro, Presbyteri Lis-

boiieiisis, ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi.

Qui ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus Lisbonensi in urbe progenitus et in quinquagesimo quarto aetatis suae anno constitutus, sacro Presbyteratus ordine et in iuris facultates Bachalaurei formati gradu iamdiu donatus, animarum curam in paroecia s. Silvestri penes oppidum de Souza aliquando regens, et in seminario Conimbricensi iuris canonici Professorem agens, illius Cathedralis Canonicus ad praesens usque renunciatus est.

CATHEDRALEM ECCLESIAM FORTALEXIEN. in Brasilia, vacan, per translationem ad metropolitanam Sedeo s. Salvatoris in Brasilia R. P.D. Aloisii Antonii dos Santos, favore R. P. D. Ioachimi Iosephi Vieira, Presbyteri dioeceseos s. Pauli in Brasilia, ad praesentationem Serenissimi Petri Secundi Brasiliae Imperatoris.

Qui ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus in civitate de Itapetininga, dioeceseos s. Pauli in Brasilia progenitus, et quadragesimum septimum aetatis suae annum supergressus, animarum curae in urbe de Campinas aliquando addictus, Canonicus hucusque Cathedralis Ecclesiae s. Pauli in Brasilia renunciatus est.

CATHEDRALEM ECCLESIAM ANrioQuiEN. in Confoederatione Columbiana Americae Meridionalis vacan, per dimissionem a R. P. D. Ioachimo Guilelmo Gonzalez, libere ac sponte factam et a Sanctitate Sua admissam, favore R. D. Iesu Mariae Rodríguez Presbyteri Antioquiensis. Qui ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus Antioquiae progenitus et quadragcsin um septimum aetatis suae annum supergressus, animarum curam in quibusdam dioeceseos paroeciis administrans, atque in illa, quae *BuriticA* nuncupatur, Parochum agens proprietär iura, hucusque Canonicus patriae Cathedralis, dioeceseos vicarius in spiritualibus generalis, atque theologiae moralis ac iuris canonici professor in seminario renunciatus est.

CATHEDRALEM ECCLESIAM DE SONORA, in Mexicana ditione Americae septemtrionalis, vacan, per translationem R. P. D. Iosephi a Iesu -et Maria Vriarte ad nuper in Cathedralem erectam Ecclesiam de Sinaloa, pariter in Mexicana ditione Americae septemtrionalis, favore R. P. Fr. Iosephi Rico Ordinis Minorum Observantium s. Francisci Presbyteri archidioeceseos Mechoacanensis. Qui ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus in loco, cui vulgo nomen *Yrapuato* archidioeceseos Mechoacanensis progenitus, et quinquagesimum secundum aetatis suae annum supergressus, inter sodales Mino-

norum Observantium s. Francisci a prima iuventa adscitus est. In sui Ordinis collegiis iuvenibus instituendis addictissimus, monasterii de Queretaro Custodis, et provinciae ss. Petri et Pauli in archidioecesi Mechoacanensi Provincialis muneribus perfunctus est.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM MAGIDAN. sub Archiepiscopo Pergensi in Pamphilia, vacan, per obitum bo. me. Ioannis Francisci Bux et Loras, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Bernardini Caldaioli Presbyteri Pientinae dioeceseos, deputati in Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Ioannis Baptistae Blasini Antistitis Grosseti, qui expressum ad hoc praebens assensum ob suam provectam aetatem atque adversam valetudinem alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia in illa civitate ac dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda. R. D. Bernardinus Caldaioli ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus in Castro de Plano Ilcinensis dioeceseos progenitus ac in trigesimo sexto aetatis suae anno constitutus est. Romae alumnis almi conlegii Capranicênsis comes adiunctus, Presbyteratus ordine et apud universitatem Gregorianam in facultate philosophica, atque theologica dudum doctorali laurea donatus, scientias easdem in suo tradidit Pientino seminario, ubi et Rectorem egit supplentem. Ipsa in Cathedrali Canonicus Theologalis hucusque renuntiatus, ac inter pro-Synodales Examinatores adscitus, in Dei verbo praedicando praesertim adventus et quadragesimae temporibus, etiam extra suam dioecesim naviter incubuit.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM RHOSEÑ. sub Patriarcha Antiochen. vacan, per obitum bo. me. Ioannis Bradacz, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore Ianuarii Portonova Presbyteri Neapolitani, deputati in Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Francisci di Nicola; Antistitis Isolani, qui expressum ad hoc praebens assensum ob suam adversam valetudinem alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia illa in civitate, eiusque aerumnosa dioecesi salubriter et fructuose in Domino obeunda. R. D. Ianuarius Portanova ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus Neapoli progenitus, et in tricesimo octavo aetatis suae anno constitutus, in patrio Lyceo Archiepiscopali theologiae dogmaticae, atque in Collegiis Virginum et Immaculatae Philosophiae professorem agens, Cleri Examinator et pro librorum revisione ecclesiasticus Censor adlectus, inter academicos Socios Religionis Catholicae Romae, Medico-Philo-

sophicae s. Thomae Aquinatis Bononiae, atque Theologicae Neapoli adscitus est.

EPISCOPALEM ECCLESIAM TITULAREM SINITEN. sub Archiepiscopo Melitenensi in Armenia minori, vacan, per translationem ad Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Claudionopolitanam R. P. D. Iosephi Eusebii Desteches, favore R. D. Bernardi Gaetani ab Aragona, Monachi Ordinis s. Benedicti Congregationis Cassinensis, Presbyteri Caietanae archidioeceseos, deputati in Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Antonii La Scala , Antistitis s. Severi, qui expressum ad hoc praebens assensum ob suam provectam aetatem ac adversam valetudinem, alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pasto" ralia munia illa in civitate ac dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda. R. D. Bernardus ab Aragona ex legitimis, catholicis, nobilibusque parentibus Formiis Caietanae archidioeceseos progenitus et in sexagesimo octavo aetatis suae anno constitutus Ordini s. Benedicti Congregationis Cassinensis apud Cavae Tyrrhenorum monasterium a prima iuventa adscriptus est. In disciplinis philosophicis , theologicis dogmaticis et moralibus, iuris canonici et Caietae linguae graecae rudimentis tradendis intentus, Lectoris emeriti gradum assequutus est. Cavensis monasterii Tabularium , bibliothecae Praefectum , Priorem-Administratorem, et codicis diplomatici appendicum agens Estensorem, Protonotarius Apostolicus exinde nuncupatus est. Pro dioecesibus Cavensi ac Sarnensi, Abbatiali Cavensi, Cephaludensi ac Perusina vel pro-Vicarii in spiritualibus Generalis et Examinatoris pro-Synodalis, vel Neapoli cleri Examinatoris, Con visitatoris archidioeceseos, et Collegii Chinensium perfunctus muneribus, inibi Abbas ad ss. Severinum ac Sosium, Caietae Rector Sanctuarii SSmi Crucifixi , atque Perusiae Prior Administrator Abbas ac Director Coloniae agricolae ad s. Petrum renunciatus est.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM ARGIVEN. sub Archiepiscopo Corinthien, in Achaia vacan, per obitum bo. me. Policarpi Maceiewski, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Bernardi Antonii de Riso, Monachi Ordinis s. Benedicti Congregationis Cassinensis, Presbyteri Cathacensis deputati in Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Raphaelis De Franco , Antistitis Cathacensis, qui expressum ad hoc praebens assensum , ob suam provectam aetatem alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia illa in civitate ac dioecesi salubrier ac fructuose in Domino obeunda. R. D. Bernardus

Antonius de Riso ex legitimis, catholicis, nobilibusque parentibus Catacii progenitus, quinquagesimum nonum aetatis suae annum supergressus est. Monasticum s. Benedicti Ordinem Congregationis Cassinensis ad Cavae Tyrrhenorum ab adolescentia solemniter professus, in iure canonico Lectoris gradu donatus, facultatem ipsam scite tradidit in sua Cavensi Abbatia, ubi et Examinator pro Synodalis, et illius Abbatialis Curiae extitit Auditor.

EPISCOPALEM ECCLESIAM TITULAREM HIIUNEN. **sub Archiepiscopo Carthaginensi vacan, per translationem R. P. D. Ioannis Augusti Paredis ad Cathedralem Sedem Ruremundensem, favore R. P. Raphaelis Di Nonno , e Congregatione SSmi Redemptoris , Presbyteri Boianensis dioeceseos; deputati in Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Vincentii Bisceglia, Antistitis Thermularum, qui expressum ad hoc praebens assensum, ob suam provectam aetatem ac adversam valetudinem alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia in illa civitate ac dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda. R. P. Raphael Di Nonno ex legitimis, catholicis , honestisque parentibus in loco, cui vulgo nomen** *Campobasso* **Boianensis dioeceseos pro • genitus et secundum supra quinquagesimum aetatis suae annum supergressus, inter alumnos Congregationis SSmi Redemptoris a prima iuventa adnumeratus est. Nonnullis suae Congregationis perfunctus est officiis, et praedicationi verbi Dei, atque utriusque sexus sacramentalium confessionum auscultationi sedulo intendit.**

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM TRANOPOLITAN. **sub Archiepiscopo Laodiceno in Syria vacan, per obitum bo. me. Adami Classens, ultimi illius, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Fr. Thomae Cámara Castro ex ordine Eremitarum s. Augustini, Presbyteri Calaguritanae dioeceseos; qui Emi ac Rmi Domini Ioannis Ignatii Titulo s. Mariae de Pace Urbis S. R. E. Presbyteri Cardinalis Mòreno, Archiepiscopi Toletani in Auxiliarem deputatus fuit ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac lubito illa in civitate et archidioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda, iuxta decretum sacrae Congregationis Consistorialis a praefata Sanctitate Sua adprobatum.**

R. P. Fr. Thomas Cámara Castro ex legitimis , catholicis , honestisque parentibus in loco , cui vulgo nomen *Torrecilla et i Cameros* **Calaguritanae dioeceseos progenitus ac in tricesimo sexto aetatis suae anno constitu-**

tas est. Eremitica s. Augustini Ordini a prima iuventa dato nomine, ibique solemniter professus; pluribus annis philosophiae Cathedraticum agens et Lector Iubilatus effectus , in Conlegio Vallisoletano pro sui ordinis Patribus ad missiones m insulis Philippinis peragendas erecto , professoris munere hucusque perfunctus est.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM CALYDONIKN. sub Archiepiscopo Ñau páctense, vacan, per successionem ad Cathedralem Sedem Detroiter sem R. P. D. Gasparis Henrici Borgess , favore R. P. D. Ludovici Caracciolo ex Principibus de Castaneeta,Presbyte ri Neapolitani, deputati in Auxiliarem R. P. D. Dominici Zelo, Antistitis Aversani ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia, de eius consensu ac lubito, illa in civitate et dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda.

R. P. D. Ludovicus Caracciolo ex ^Principibus de Castaneeta de legitimis, catholicis, nobilibusque parentibus Neapoli progenitus et sextum supra tricesimum aetatis suae annum supergressus; Romae alumnis academiae nobilium ecclesiasticorum consociatus, in sacra theologia Bacalaureus effectus inter Sanctitatis Suae Protonotarios Apostolicos et Urbanos i Antistites adscitus est.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM ALABANDO, vacan, per successionem R. P. D. Rochi Leonasi ad sibi invicem unitas Sedes Cathedrales Anglonensem ac Tursiensem , favore R. P. D. Iosephi Francica Nava e Dynastis *di Bon tifò.* Presbyteri Calatanisiadensis. Qui etiam R. P. D. Ioannis Guttadauro Regio ex Principibus *di Beburbone* Antistitis Calatanisiadensis in Auxiliarem deputatus fuit ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac lubito illa in civitate ac dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda. R. P. D. Iosephus Francica Nava e Dynastis *di Boriti/è,* ex legitimis , catholicis , nobilibusque parentibus Catanae progenitus ac in trigesimo septimo aetatis suae anno constitutus , Romae alumnis "Ephebei nobilium sacris addictorum adiunctus sacrae theologiae ac iuris utriusque doctor effectus , a sa. me. Pio PP. IX Cubicularius intimus ac Apostolicus Ablegatus adlectus pro novi honoris insignibus deferendis ad Lugdunensem Archiepiscopum , S. R. E. Cardinalem designatum, inter Sanctitatis Suae Urbains Antistites adscitus est.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM HIPPEN, sub Patriarcha Hierosolymitano, vacan, per successionem R. P. D. Antonini Mariae Saeli e Congregatione SSmi Redemptoris ad Ecclesiam Mazariensem, favore R. D. Franci sci Mariae Kersuzan Presbyteri

Venetensis dioeceseos. Qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem B P. D. Alexii Ioannis Mariae Guilleux, Archipraesulis Portus Principis ad pontificalia,ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac lubito illa in civitate et archidioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda. R.. D. Franciscus Maria Kersuzan ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus in loco , cui vulgo nomen *Grandcharnp* Yenetensis dioeceseos progenitus et quintum supra tricesimum aetatis suae annum supergressus , in archidioecesi Portus Principis vicarii in spiritualibus generalis munere hucusque perfunctus est.

TITULAREM ECCLESIAM EPISCOPALEM TANEN. sub Archiepiscopo Damiatensi vacan, per successionem ad Sedem Cotronensem R. P. D- Iosephi Cavaliere , favore v R. P. D. Francisci Sniegon Presbyteri dioeceseos Vratislaviensis. Qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem R. P. D. Roberti Herzog, Episcopi Wratislaviensis, ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac lubito obeunda in ea dioeceseos parte, quae Imperio subest Austriaco. R. P. D. Franciscus Sniegon ex legitimis, catholicis, honestisque parentibus in civitate Teschinensi dioeceseos Vratislaviensis progenitus et in septuagesimo quarto aetatis suae anno constitutus, vicarium generalem AntistitisWratislaviensis, agens, tum inter illius Capituli Canonicos ad honorem tum inter Antistes Urbanos Sanctitatis suae adnumeratus est.

Per Breve autem pontificium sequentes collatae fuerunt Ecclesiae:

ECCLESIA METROPOLITANA E BUKAREST , erecta a S. Sanctitate in Valachia R. P. D. Ignatio Paoli, translato e Sede Nicopolitan.

ECCLESIA METROPOLITANA ULTRAIECTEN. R. P. D. Petro Mathiae Snickers, translato e Sede Harlemen.

R. P. D. Nilus Iszworoff. Episcopus ritus Greci-Bulgari, Administrator Apostolicus Bulgarorum eiusdem ritus, evectus fuit ad graduili Episcopatus.

ECCLESIA TITULARIS ARCHIEPISCOPALIS ADRIANOPOLITAN. R.D. Iacobo Thomas e Missione s. Vincentii de Paoli , electo in delegatum Apostolicum Persiae.

ECCLESIA ARCHIEPISCOPALIS TITULARIS CARASEN. R. D. Patritio Guillelmo Riordan, Rectori s. Iacobi Chicagiensis , deputato in coadiutorem cum futura succès-

sione R P. D. Iosephi Sadoc Alemany, Archiepiscopi s. Francisci in California.

ECCLESIAM TITULAREM EPISCOPALEM AuGUSTOPOLITAN. R. P. D. Raymundo Mariae Moreno et Castañeda , Ordinis Carmelitarum discalceatorum , Episcopi dimissionarii de Chiapas.

ECCLESIA CATHEDRALIS NASHVILLE*. R. D. Iosepho Rademacher Rectori Ecclesiae s. Mariae in civitate Fayette, DioecesisWayn-Costrensis.

ECCLESIA CATHEDRALIS NICOPOLITA.V. R. P. Hippolyto Augusto e Congregatione Passionis , iam Missionario in Bulgaria.

ECCLESIAE CATHEDRALES UNITAE G-ALVIEN. ET DUACEV. cum administratione Dioecesis Fenaboren. R. D. Thomae Carr.

ECCLESIA TITULARIS ABDERITAN. R. P. D. Petro Lamberti Goossens ; qui etiam deputatus fuit in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Theodori Iosephi Graves , Antistitis Namurcensis.

ECCLESIA EPISCOPALIS TITULARIS CUCUSIEN. R. D. Ioanni Iacobo Ionckau , deputato in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Ioannis Battistae Brendel, Episcopi Vaneouverien.

ECCLESIA EPISCOPALIS TITULARIS LICOPOLIEN. R. D. Thomae da Silva Leitao, Presbytero Goanae Archidioecesis.

ECCLESIA TITULARIS EPISCOPALIS HEBRONEN. R. D. Michaeli Petkoff e ritu Bulgaro, deputato in Vicarium Apostolicum Bulgarorum pro Traciae provincia.

ECCLESIA EPISCOPALIS TITULARIS SATALEN. R. D. Lázaro Mladenoff e Missione, et Vicario Apostolico Bulgarorum in Provincia Macedoniae.

ECCLESIA EPISCOPALIS TITULARIS PACANDEN. R. D. Leone Livinae e Missionariis Algerien. Vicario Apostolico novi Vicariatus Victo riae-Nianza, erecti a Sanctitate Sua in Africa Aequatoriali.

ECCLESIA EPISCOPALIS TITULARIS MAXIMIANOPOLITAN. R. P. Ioanni Baptistae Orsi e Carmelitis discalceatis, Administratori Apostolico Quillón.

I:
I

EX S. CÜNGREGATIGNE CONCILII

ANDRIBN.

PROVENTUUM PAROCHIALIUM

Die 7 Aprilis et 5 Maii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Die 19 Ianuarii anni 1882 quinque parochi Civitatis Andrien. supplici dato libello, exposuerunt Sacratissimo Principi, per Breve anni 1857 erectas fuisse Quinque paroecias, quibus nunc iidem praesunt; et Regem illius temporis, dum concederet ***regium placitum,*** Municipium iussisse unicuique paroeciae 50 quotannis praestare scutata pro cultus expensis ; Municipium vero solvisse hanc praestationem usque ad annum 1860 tantum. Parochos illius temporis nihil egisse ad protegenda paroeciarum iura: etsi haud latere eosdem posset, iurisprudentiam Regni favorabilem iugiter fuisse paroeciis in casibus consimilibus. Quod vero ab antiquis omittebatur , egerunt nuperrimi parochi, qui per omnes iurisdictionis gradus transeuntes apud civilia Tribunalia , tandem paroeciis amicam consequuti sunt sententiam, qua Municipium damnatum fuit ad omne» nn^estat iones ab anno 1860 omissas.

Post hanc definitivam sententiam, rependit Municipium oratoribus annuas praestationes 50 scutatorum a tempore, quo in possessionem paroeciarum immissi fuerunt. Parochi vero antecessores, qui adhuc inter vivos agunt, veteri expurgatâ desidia, quamvis aetate provectiores, sollicitam impenderunt operam, ut a Municipio praeteritas obtinerent praestationes. Municipium revera constituit eisdem dare libellas 18,000 pro toto tempore, quo non praestitit summam 50 seu-

tat orimi. Ast oratores pro certo habent sibi et non suis antecessoribus, hanc pecuniae vim deberi.

Sacra tunc Congr. Concilii Episcopo rescripsit, ut curaret rem amicali ratione componere de ***bono et aequo.*** Ast, retulit Episcopus, veteres parochos, amicali compositioni acquiescere noluisse, sed integram inhiare argenti summam.

Disceptatio Synoptica

EA QUAE ADDUCUNT PAROCHI HODIERNI. Parochos praedecessores dereliquisse annuos proventus paroeciarum, qui a Municipio solvendi erant, prorsus retinendum esse, aiunt parochi hodierni. Nam etsi scirent iidem, iurisprudentiam civilium tribunalium iugiter haud inimicam fuisse parochis, qui in similibus adiunctis positi, contra Municipia ecclesiarum suarum iura protueri curarunt, nihil tamen egerunt, ut vis pecuniae in divinum culi um eroganda sarta tectaque maneret. Ideo iure eamdem dereliquisse dicendi sunt.

Porro constito quod ex-parochi nihil prorsus peregerint, dum debebant et optime poterant, ad iura paroeciarum sarta tectaque servanda, iam a gravis negligentiae nota excusari haud posse apparet: quinimo contra paroeciarum iura ex-parochi egisse videntur ad tradita per L. ***121 ff. de reg. iur.*** - ibi - « Qui non facit quod facere debet, videtur facere ad» versus ea, quia non facit ». Frustra propterea nunc quaerunt annuos proventus derelictos, cum quispiam ex negligentia sua commodum reportare nequeat.

Verumtamen Parochi hodierni ulterius procedunt demonstrando, praedictos proventus paroeciis assignatos fuisse uti supplementum pro expensis cultus divini; numquam vero ut parochi pro tempore eosdem proventus suos facerent. Quo posito, animadvertunt Parochi, nihil de praefatis proventibus expensum fuisse a suis praedecessoribus, ideoque de iisdem proventibus esse adhuc disponendum favore paroeciarum, ut suum effectum, ad quem destinati fuerunt, sortiantur. Posito itaque quod ex-Parochi in miserrima conditione paroecias

reliquerint, nihilque de annuis redditibus 50 ducatorum ab eis expensum fuerit, sponte veluti sua sequi videtur controversam summam eisdem adiudicari haud valere.

Ceterum addunt Parochi quod etiamsi concederetur falsa hypothesis alicuius expensae ab eorum praedecessoribus de proprio peractae, iam isti abunde refecti essent, et summa controversa adhuc integra maneret. Re quidem vera duo ex memoratis praedecessoribus Vicarii iugiter fuerunt, numquam parochi, prouti testatur Episcopus; et alii tres quamvis Canonici Cathedralis Ecclesiae sub finem anni 1871 renuntiat! fuerint, nihilominus paroecias retinuerunt uti Vicarii usque ad annum 1879. Hoc autem posito, intelligi haud datur quonam pacto isti, toto tempore quo Vicarii fuerunt, retinere sibi potuerint, praeter omnia emolumenta adventitia, integram quoque praebendam parochialem. Quandoquidem exploratum in iure est, Vicariis parochialibus per Episcopum assignari debere tantummodo congruam portionem fructuum. Id expresse tradit Conc. Trid. ***cap. 2 sess. 6, cap. 5 et 7 sess. 7, cap. 4 et 6 sess. 21, cap. 18 sess. 24, cap. 16 sess. 25 de Reformât.*** Quanam vero quantitate assignanda sit ista fructuum portio declaravit s. Pius V in ***Constit. Ad exequendum*** - ibi - « Praelatorum arbitrio facienda ita se » continere et arbitrari debere, ut non maior centum, nec » minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis etiam incertis emolumentis et aliis obventionibus com- » muniter percipi solitis, eis omnino assignetur ». Idque statutum pariter fuisse a Rege utriusque Siciliae docet Liberatore in opere cui titulus ***Polizia Ecclesiastica,*** pag. 35.

Iamvero explorati facti esse aiunt Parochi, Congruam uniuscuiusque paroeciae ab eorum praedecessoribus perceptam plurimum excedere maximam portionem centum scutorum.

Neque regerere iuvat Constitutionem s. Pii V ***Ad exequendum*** minime respicere memoratos parochorum praedecessores, ex eo quod ipsi fuerunt Vicarii non perpetui sed ad nutum amovibiles. Quae enim in praefata Constit, statuta sunt de Vicariis perpetuis, quoad congruam portionem,

retinenda ^pariter esse de Vicariis amovibilibus tradit Ferraris ***verbo Congrua art. 2 n. 38*** - ibi - « Congruam cer-
> tam debet habere Curatus, seu Vicarius substitutus ad
» formam dictae Constitutionis s. Pii V ***Ad exequendum,***
» quamvis sit amovibilis, ut declaravit ***Sacra Cong. Visit.***
» Apostolicae in Fanen. 26 Novemb. 1693 ». Quinimo cum Vicarii amovibiles minus quam perpetui participent de natura Parochi, minorem etiam[1] fructuum portionem illis assignandam esse apparet. Ita Barbosa ***Iuris Eccl. Univ. lib. 3 de Vicariis cap. 6.*** « Vicarii temporales non gaudent praeroga-
» tivis et emolumentis, quibus gaudent vicarii perpetui ». Idque confirmari videtur a Benedicto XIII ***Constit. In Suprema,*** ubi Pontifex, retinens quod statutum fuerat a s. Pio V in ***Constit. Ad exequendum,*** quoad Vicarios tamen amovibiles addit, congruam fructuum portionem eis assignandam esse ***ratione reddituum et emolumentorum ecclesiae parochialis in qua deputati fuerint.***

Deterius autem ex adverso referuntur expensae pro paroeciarum cura. Quandoquidem onera necessaria et ordinaria, praesertim vero cultus **divini,** ex praedicta congrua portione deducenda esse, tradit s. Rota ***in Romana pens. 6 Novemb. 1619,*** Barbosa ***de Off. et potest. Par. cap. 29.*** **Quibus** oneribus demptis, parum vel nihil a dictis praedecessoribus expensum fuisse videtur. Etenim ex superius relatis luculenter apparet sumptus limitatos fuisse ad simplex necessarium, et quidem pro hisce expensis plurimum contulisse sive Confraternitatis, sive fidelium pietatem. Ceterum etiamsi in perdita hypothesi istae expensae rursus essent computandae, nihilominus singulis praedecessoribus integram semper fuisse **annuam** summam libellarum **911** subdunt Parochi, **qui** fuse **simul** demonstrant, expensas omnes cuiuscumque speciei **vix aequare** posse summam libellarum **500,** quae detractae ex **congrua lib. 1411,** superest praecise dicta **summa** lib. **911. Hinc apparet** elenchum expensarum **a** praedecessoribus prolatum **flocci** faciendum esse, utpote **nimis exaggeratum** atque a veritate **alienum.**

Tandem suam thesim firmare satagunt Parochi ex eo quod fructus beneficiorum pendentes aut nondum exacti cedunt favore successoris vel Ecclesiae ceu asserit neotericus scriptor Ri varólo in suo opere ***II governo della Parrocchia.*** Quinimo Iulius III in ***Constit. Cum sicut nobis*** (quam summatim referam cum Barbosa) expresse statuit: « Fructus ubi non
» spectant ad Cameram tamquam spolia, spectare ad Suc-
» cessores, etiam quod maturati fuerint tempore beneficiati,
» dummodo realiter et cum effectu percepti non fuerint, et
» aliis propriis bonis non incorporati, etiam quod per be-
» neficiatos non steterit, quominus illos exegerint, imo etiamsi
» pro eorum exactione omnem diligentiam iudicialiter agendo
> adhibuerint ». Cuius dispositionis rationem assignat Card. De Luca ***De beneficiis diseurs. 82.*** Concinit s. Rota in ***Burgen. Canonicatus super fructibus 28 Iunii 1745 §. 4 coram Millin.,*** quae ita refertur apud Ferraris ***Verbo Fructus Eccles, n. 2 add.*** « Si obierit Beneficiatus, fructus
» nondum exacti de iure communi spectant ad successorem
» in Beneficium, et quidem etiamsi cesserit dies eorum so-
» lutionis vivente adhuc Beneficiato ».

Perperam vero obiicitur ex adverso hanc doctrinam procedere tantum in Beneficiato defuncto idest naturaliter mortuo. Quandoquidem nulla convincitur diversitatis ratio in Beneficiato resignante, translato vel mortuo quoad titulum et administrationem prioris Beneficii, quia utrobique habetur pro mortuo. Can. ***in aptibus §. Ecce in quibus 7 q. 1*** ubi Glossa §. ***Defuncto.*** Io. Andreas in ***Reg. Non est in mora n. 5 de Reg. Iur. in 6°.*** Abbas in ***cap. Nisi essent num. 11 de Praebendis.***

Quaquaversus igitur res inspiciatur, illud semper consequi videtur, controversam scilicet summam libellarum 18,000 hodiernis Parochis pro suarum Ecclesiam bono adiudicandam esse. -

EA QUAE ADDUCUNT PAROCHÏ PRAEDECESSORES. Grave at vero contra praefatam conclusionem negotium facessere videntur ea quae parochorum praedecessores, sive in iure, sive

in fació animadvertunt. Ac praeprimis haud immerito aiunt in propatulo esse apud DD. fructus omnes beneficiorum, praesertim animarum curam habentium, dietim esse dividendos inter priorem et posteriorem beneficii Rectorem. Audiatur sane prae ceteris Reiffenstuel (quamvis theoretice contrariam sententiam teneat) ***in tit. de Renunciet, num 155.*** « Utrum
» fructus pendentes Beneficii pro rata temporis sint dividendi
» inter resignantem et resignatarium ? Affirmat indistin-
» cte Covarruvias ***lib. 1 Var. Resolut cap. 15 n. 12*** eumque
» sequitur Nicol. Garcias ***part. 2 de Beneficiis n. 69 et seq.***
» citans plures alios. Fiam. Parisius ***lib. 1 de Résignât.***
» ***Benef. cap. 6 num. 79 et 80,*** ac novissime Card. De Luca
» ***Diseurs. 100 de Beneficiis n. 12 et 13*** qui duo poste-
» riores tamen solummodo hoc concedunt in Beneficiis Cu-
» ratis, vel personalem residentiam requirentibus, non item
» in Beneficiis simplicibus. Rationem dant: quia talis di-
» visio fructuum pro rata temporis videtur ex naturali ae-
» quítate deberi Clericis illis praesertim Curatis, propter
» spirituale ministerium, quod exhibuerunt suis Ecclesiis in
» earum regimine* animarum cura, et aliis officiis divinis,
» ***arg. c. Cum secundum, 16 de Br aeben,*** iuncta ***L. Di-***
» ***vortio ff. Soluto matrimonio:*** ubi pariter facto divortio
» fructus dotis, ob onera matrimonialia, pro rata temporis
» dividuntur inter virum et uxorem. »

Hanc autem sententiam nedum aequitati consonam, sed in ss. Canonum dispositionibus fundamentum habere docet Clerica tus ***Tom. 1 Discord. Forens. disc. 87 num. 6*** citans C. ***Videntes 12 q.*** i, ***Cap. Ex his ead. caus. 12. q. 1, Cap. ult. §. Porro de Off. Ordin. Extrav. suscepti regiminis 2 de Elect. et Electi potest,*** nec non Pellegrini ***Consil. 85 Vot. 4,*** Barbato ***de divers, fruct. part. 2 cap. 8 num. 8*** - ibi - « Fructus sunt pro rata temporis dividendi
» inter haeredes beneficiati et successores; et hoc sive de
> pendentibus fructibus agatur ac extantibus, sive etiam de
> perceptis ad instar fructuum rei dotalis. » Mirum proinde

non est si eam amplexa sit S. C. C. in ***Signina Constitutionum Capitularium 24 Ianuarii 1824 §. Verum.***

Quae omnia eo vel magis in themate retinenda esse apparet, quia de fructibus civilibus agitur, et quidem etiam ante paroeciarum dimissionem maturatis. Pax enimvero est inter DD. adversae quoque sententiae quoad fructus pendentes, resignanti ultro pertinere fructus civiles ante resignationem maturatos, quamvis non perceptos. Idque adeo clarum necnon aequitati et iustitiae consonum videtur, ut demonstratione non egeat.

Quin Parochi excipere valeant tempus, quo eorum praedecessores Vicarii ad nutum amovibiles fuerunt. Praetermisso enim, superius disputata aptari etiam beneficiariis lucrativam tantum causam habentibus, animadvertendum insuper est eisdem Vicariis curam animarum concreditam fuisse cum omnibus emolumentis et proventibus, non secus ac si ipsi fuissent veri titulares paroeciarum. Idque in arbitrio Episcopi erat ad tradita per Concil. ***Trid. Sess. 24 cap. 18.*** Quod quidem arbitrium in themate prudens et necessarium apprime patet, inspecta tenuitate Congruae parochialis, necnon quantitate expensarum pro necessariis ad curam animarum rite exercendam.

Quo posito, perperam obiicitur, arbitrium Episcopi excedere haud valere summam centum scutorum iuxta Constit, s. Pii V ***Ad exequendum.*** Quandoquidem praefatam Constit, nullimode aptari posse in casu liquet ex authentica declaratione Benedicti XIII Constit. ***In suprema.*** Prae'feiea animadvertunt ex-parochi controversam summam eis deberi etiam ut paullulum reficiantur de expensis, quas de proprio peculio in cura animarum exercenda sustinuerunt.

Demum ex-parochi reiicere satagunt ea quae ex adverso afferuntur sive quoad paroeciarum statum, sive quoad negligentiam vindicandi annuum redditum 50 ducatorum. Siquidem animadvertunt quod si Ecclesiis parochialibus aliquid, praesertim ad cultum divinum necessarium, revera defuisset, id profecto adnotare haud omisisset Ordinarius, sive in vi-

sitatione dioecesis peragenda, sive **m** eiusdem dioecesis relatione mittenda. Quo vero ad vindicationem 50 ducatorum praedicti ex-parochi aiunt sese damnari non posse de negligentia in vindicandis iuribus Ecclesiae, quia ex adiunctis politicis tempus utile nondum venisse putarunt, ex advocati sententia, quem ad hoc delegerant.

Quibus hinc, inde adductis, propositum fuit enodandum sequens

Dubium

An, quibus et quomodo adiudicanda sit summa 18,000 libellarum in casu

RESOLUTIO. S. C. Congr. re perpensa, sub die 5 Maii 1883 censuit respondere:

Deductis litis impensis, quod reliquum erit, erogandum esse favore paroeciarum in cultus causas, iudicio Episcopi determinandas (1).

(1) Quidquid sit de opinionum, et consuetudinum diversitate quoad divisionem fructuum inter praeteritos et actuales beneficiorum rectores, EE. Patrum sapientia quaestionem prudenti consilio diremit. Etenim a rege proventus annuales 50 scutatorum parochis assignati fuerunt, jeu supplementum, erogandum in expensas divini cultus. Constare videtur in facto, parum aut nihil impensnm fuisse pro titulo hoc a Parochis, qui iura paroeciarum neglexerunt, aut vindicare non valuerunt. Ita ut sacra supellectili omnino careant Ecclesiae illae.

Hinc aequum et iustum fuit, et menti disponentis congruum, ut de iisdem proventibus disponeretur favore paroeciarum in cultus causas, determinandas Episcopi iudicio. Talique resolutione facilius hi proventus finem sortientur ad quem ab initio destinati fuerunt. Et cultus divini decus »unc pessumdatum. reficietur.

VARMIEN.

FORMAE CONCURSUS

Die 7 Aprilis 1883.

Per Summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Neminem latet synodum Tridentinam ad bonos idoneosque pastores, qui verbo et exemplo populos pascerent, singulis paroeciis praeficiendos, formam concursus mtroduxisse ***c. 18 Sess. 24 de Reform.*** Atque adeo huic formae insistendum esse censuit; ut provisiones omnes seu institutiones in Ecclesiis parochialibus aliter factas subreptitias dixerit. Hanc formam, ut gliscentibus tunc temporis abusibus prospiceret Clemens XI, per litteras eius iussu editas a S. Congregatione Concilii certam determinatamque reddidit. Clementis XI mentem confirmavit, imo clarius explicavit et nova quaedam adiecit Benedictus XIV in sua Constitutione ***« Cum illud*** » 1742.

Benedictinam Constitutionem cum non undequaque **ob**servatam in sua dioecesi videret Philippus Episcopus Varmiensis, adivit Summum Pontificem Leonem XIII per supplicem libellum in quo habet: « In Constitutione Benedicti XIV inter alia praescribitur, ut publico evulgetur edicto notitia concursus congruo et ab Episcopo praefinito tempore celebrandi. Cum autem in hac Dioecesi concursus generalis quoad scientiam semel in anno habeatur, ordinatio illa Benedictina vel nunquam vel rarissime tantum observata, sed cautum solummodo est edicto Praedecessoris mei die 29 Martii 1865 dato, ut si parochia liberae collationis episcopalis vel iuris patronatus Capituli Cathedralis vacaret, spatium trium hebdomadum a die vacationis parochiae computandarum concederetur, intra quod cuilibet sacerdoti liceret parochiam vacantem ambire. Quae praxis ideo sufficere visa

est, quia haec Dioecesis non valde ampla est, et notitia factae alicuius vacationis tum per ephemerides, tam aliis modis facile ad universum clerum pervenit. Eadem constitutione Benedictina sancitur, ut responsa ad quaestiones latine, sermo autem eâ lingua qua ad populum haberi solet, scribatur. Quum autem in hac regione lectiones disciplina,-rum theologicarum habeantur in lingua vulgari, ideo factum est ut scriptiunculae examinandorum lingua vulgari fiant, excepta una disciplina theologica, in qua quaestionibus propositis latine respondetur. Hic modus etiam in aliis Germaniae Dioecesibus observatur, eiusdemque abrogatio difficultatibus obnoxia videtur.

Disceptatio Synoptica.

PRAXIS SERVANDA VIDETUR. Nam edictum publicum, de quo sermo habetur in decreto Tridentino, et in constitutione Benedicti XIV non afficit substantiam concursus, et arbitrio Episcopi vel synodi provincialis relictum est illud proponere vel non. Praeterea res apparet ex simplici inspectione verborum Concilii, et pluries decisa est a S. C. C. referente Garcia (De Benef. part. 9. num. 38) « Quod vero ad pro-
» positionem edicti publici attinet, censuit s. Congregatio
» hoc totum positum esse arbitrio ipsius Episcopi, nisi pro-
» vincialis synodus aliquid circa hoc praecise statuerit - atque
» alias - propositionem edictorum publicorum relictam esse
» arbitrio Episcopi vel synodi provincialis. » Concilium Tridentinum in eum finem vult anrgi edictum, ut in omnium notitiam indictio concursus perveniat, quatenus plures examini se sistentes, possint capaciores Ecclesiis parochialibus praefici. In Dioecesi vero Varmiensi, ceu in pluribus aliis Germaniae, examinis legi obtemperatio per concursus annuales: hinc nulla edicti publici necessitas. Quod necessarium videtur est, ut omnes certi fiant de Ecclesia vacante, ut si velint possint eam ambire. Hoc autem per ephemerides, pluraque alia media assequi nosse nullum dubium est, prae-

sertim si Dioecesis, ut in casu, ampla non sit, ut tempus statutum pro postulatione paroeciae vacantis sit non unius diei, sed trium hebdomadarum.

Nec improbandus est usus linguae vulgaris in responsione ad quaestiones Examinatorum. Quamvis enim praeceptum sit a Benedicto XIV, ut omnes responsiones, excepta conciuncula, lingua latina scribantur, non tam grave praeceptum putandum est, ut non possimus contra ipsum legitimae consuetudini introductae indulgeri, praesertim si universalis sit in aliqua regione, et pluribus eiusdem abrogatio foret obnoxia difficultatibus. Quod innuitur quoque implicite saltem ab ipsis Trid. **PP.** qui in fine eiusdem c. **18** potestatem faciunt Synodo provinciali, si qua in supradictis circa examinationis formam addenda, remittendave esse censuerit, providere.

PRAXIS IMPROBANDA VIDETUR. Ex altera autem parte plura obstant quominus toleretur praxis dic¿2. -ds Varmiensis. Edicti enim propositio necessaria est **1.** quia omnes, qui volunt parochiam vacantem ambire debent certiores fieri de ipsius Ecclesiae vacatione medio canonico et certo.- Media vero adhibita a Curia Varmiensi nec canonica sunt, ut patet, nec certa; per ephemerides enim multa incerta ac falsa evulgari exploratum est; **2.** quia dato etiam quod legi examinis obtemperetur per concursus annuales, isti solam respiciunt doctrinam. Concilium autem Trid. vult ut non solum circa doctrinam sed et circa ceteras qualitates ac dotes, ad regendam parochialem Ecclesiam necessarias, examen instituatur. Hinc ex hoc saltem respectu edictum evulgandum est.

Damnandus praeterea videtur usus linguae vulgaris in responsis ad quaestiones, nam conveniens imo necessarium est, ut qui praeficiuntur alicui Ecclesiae linguam, quae propria Ecclesiae est, calleant. Nec valet consuetudo, nam haec, utpote quae ex dictis ministros inidoneos paroeciis praefici patiatur, minime est toleranda.

Hisce perpensis quaesitum fuit quid esset de Oratoris precibus iudicandum.

RESOLUTIO. Sacra **C.** Cong. re perpensa, sub die 7 Aprilis 1883 respondit:

Nihil obstare, et ad mentem: mens est ut Episcopus curet usum latinae linguae in scientiis praesertim theologicis tradendis, quantum fieri possit, promoveri.

Ex QUIBUS COLLIGES.

I. Quamvis S. O. Congregatio Innocentius XI et Benedictus XIV regulas opportunas constiterint, quibus Tridentina forma concursus executioni uniformiter mandaretur, et quamplurima vitarentur incommoda; tamen non omnes hae regulae formam induunt substantialem, ex quorum neglectu nullum haberi debeat examen seu concursus.

II. Ex decreto ipso Tridentini ***Sess. 24 cap. 18 de ref.*** edictum concursus pendere a prudenti iudicio Episcoporum colligitur, nam ibi dictum est: « ***Et si Episcopo aut Synodo provinciali, pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur qui volent examinari.*** »

III. Adversus regulas pro uniformitate methodi in peragendis concursibus adsignatas, invalescere potest consuetudo, quae irrationabilis dici nequeat; quoniam regulae praedictae haud praescriptae omnes fuerunt cum clausula irritanti, si secus factum fuerit.

IV. Consuetudinem in themate tum quoad edictum publicum, tum quoad linguam latinam, haud respuendam esse, rescripsit S. **C.** C. tum quia grave praeceptum non offendit, tum quia eiusdem abrogatio gravibus obnoxia esset difficultatibus. (1)

(1) Recole quidquid per nos relatum, et animadversum fuit in quaestionibus Vol. XI pag 117, et 125 relatis; et Vol. XIII, 119 Appendix III.

GAUDISIEN.

APPROBATIONIS CONVENTIONIS

Die o Maii 1883.

Per summaria precum

COMPENDIUM PACTI. Canonicus Matthaeus Hyzler **pos**sidet beneficium iurispatronatus laicalis, sub titulo s. Michaelis Coemeterii s. Augustini in dioecesi Gaudisiensi fundatum. Huius Beneficii aliqua praedia rustica ab immemorabili deperdita Franciscus Xaverius Sarò, nec labori, nec impensis parcens, adiuvante etiam Curia Gaudisiensi, invenit penes aliquos iniustos deten tores. Quod cum praestitisset, ut rei opportunas informatio! et documenta ad rem facientia beneficii rectori exhiberet, remunerationis causa summam haud exiguam petiit. Verum cum ex una parte hanc summam praestare haud valeret canonicus Hyzler, ex altera vero nollet, prouti sui muneris putabat, beneficium privare novis hisce redditibus, conventionem sequentis tenoris cum praedicto Francisco Xaverio Sarè inivit. Canonicus Hyzler spondei nuncium mittere in perpetuum tertiae parti ex redditibus fundorum vindicandorum. Ex qua vi pecuniae, a se suisque successoribus praestandae duae efformarentur pensiones ecclesiasticae; quarum prima tribueretur Carmelo Sarè, filio Francisci Xaverii, fruenda donec ageret in vivis, aut vestes ecclesiasticas indueret, et postea cederet Episcopo ut libere conferri posset in perpetuum ; altera vero statim esset liberae collationis Episcopi. Idque sufficeret pro compensatione nonnullarum expensarum et laborum quos tulit Franciscus Xaverius in reperiendis et vindicandis bonis beneficii apud iniustos detentores.

Alias expensas, pro Beneplacito Apostolico impetrandi, ferrent duo pensionati. Ex expensis cunctis ferendis pro bo-

no-ru m amissorum vindicatione duas tertias partes sibi assumeret Canonicus beneficiatus, aliam tertiam partem sustineant hi duo qui pensionem consequerentur. Preces, quae pro huius conventionis approbatione SSmo Patri perrexerunt praefati contrahentes, commendavit Episcopus qui ait ex eadem conventione magnum afferri causae piae bonum. Neminem adesse ait habentem interesse, nisi Canonicum, qui libenter proprium dedit consensum.

Disceptatio Synoptica.

CONVENTIO IMPROBANDA VIDETUR. Beneplacito Apostolico minime donanda, videtur proposita conventio, utpote quae a iure omnino dissona est, gravibusque causis ad approbationem indulgendam requisitis destituatur. Neminem profecto latent disertissima iuris principia, quibus cautum est ut Beneficia sine diminutione conferantur, utque iam collata novis censibus vel pensionibus praesertim perpetuis minime graventur. Et licet Summus Pontifex, suprema qua fruitur potestate de beneficiis et de quovis alio iure ecclesiastico disponendi ***cap. Licet 2. praebend. in 6.*** et Clement. 1 ***de praebend. et dignit.,*** quascumque pensiones imponere valeat, nihilominus ipse tanquam dispensator fidelis eas imponere minime assolet, nisi gravibus de causis, quae in themate exulare videntur.

Sane causas allegatas, necessitatem videlicet et utilitatem beneficii, facile evanescere quisque videt, si aliqua pecuniae summa Xaverio solvatur pro exantlatis laboribus. In hoc enim casu beneficium et bona deperdita recuperaret et oneri perpetuo solvendi binas annuas pensiones haud subiaceret.

Neque aliquid relevat beneficiarium nunc minime valere hanc summam solvere ; siquidem stipulari posset Ut solutio fieret vel pluribus vicibus vel post bonorum vindicationem. Cui stipulationi Xaverium facile assentiri ex e(deducitur, quod ipse conventioni adhaesit, ut morem gerere

Canonico Hylzer, qui se imparem petitae summae solvendae exhibebat.

Quod si Xaverius hanc novam conventionem inire nollet, alia media excogitan deberent ad rem componendam; numquam vero ad propositae conventionis approbationem deveniendum esse plura suadent. Praeprimis enim ambigi haud posse videtur conventionem, de qua in themate, simoniam sapere. Siquidem loco temporalis emolumenti stipulantur duae pensiones ecclesiasticae, quarum una cedere debet favore filii Xaverii. Idque fraudem insuper redolere apparet argumento ***cap. Extirpandae 30*** §. ***fin. de Praebendis*** - ibi - « Illud penitus interdicimus, ne quis in fraudem de > proventibus Ecclesiae , quae curam habere debet proprii » Sacerdotis, pensionem alicui quasi pro Beneficio conferre » i ra^surnat ».

Accedit quod nihil de patroni consensu in themate perhibetur, qui tamen ex doctrina Lotterii apud Leuren. ***Forum benef. Part. 3. quaest. 464. n. 3.*** foret necessarius, ne videlicet adveniente casu, quo patronus recipere debeat alimenta, pensiones revocentur. Pensiones praeter-3a constitui deberent in certa quantitate, puta centum aut quinquaginta scutorum, non autem in tertia vel quarta parte reddituum , prouti docet Garzias ***De Benef. Eccles. Part 1. cap. 5. num. 362 et seq.*** qui addit ita etiam observare Pontificem et habere stylum curiae. Constitutio demum praedictarum pensionimi neque fini, cui destinantur, neque causae, propter quam constituuntur, respondere videtur. Nedum enim pensiones impares esse ad constituendum titulum sacrae ordinationis apparet, cum unaquaeque earum vix aequet summam libellarum 135, verum etiam causam remunerationis excedere, cum proportio deficiat inter onus temporaneum solvendi aliquam summam et onus perpetuum duarum pensionum. Iamvero ***pensio debet causae commensurari et respondere ut non excedat*** Garciás ***de Benef. Eccles. Part. 1. cap. 5. numer. 328***

Cum igitur ex una parte causae deficiant, ex altera vero plura verificentur incommoda, concludi posse haud immerito videtur, expetitam conventionis approbationem minime indulgendam esse.

CONVENTIO APPROBANDA VIDETUR. Contra perpendendum occurrit, Xaverium Sarè nedum labori, sed et impensis minime pepercisse, ut bona deperdita Beneficii s. Michaelis reperiret. Aequum proinde et iustum est, prouti ipsa naturalis iustitia dictat, aliquo praemio eidem rependere. Porro cum proposita conventio huc praecise tendat, approbatione donanda videtur. Sacri enim Canones gratitudine haud exigua prosequuntur Ecclesiarum benefactores, ceu aliunde liquet ex integro titulo de iurepatronatus.

Quin de simonia insimulari valeat praedicta conventio , cum minime expostuletur aliquod temporale pro spirituali vel viceversa, sed temporale pro temporali. Revera in casu redditus Beneficii iam collati augere procuratur , ideoque aliqua, utilitas percipi desideratur. Lucrum hinc consequitur Beneficium simul ac vindican» causam lucri.

Verum etiamsi ageretur de re spirituali, conditio ad causas pias, quae in conventione apposita est, detrahendi videlicet tertiam partem fructuum recuperando-rum non favore Xaverii, sed ad constituendas duas pensiones perpetuas pro duobus Clericis, omnem simoniae speciem excluderet. Devoluta enim temporali utilitate favore causae piae, finis pravus, animus scilicet lucrandi, quem Ecclesia in simonia abhorret, penitus evanescit.

Neque in maiori pretio habenda est alia, difficultas, quod nempe in themate nihil dicatur de patroni consensu, qui ad pensiones imponendas requireretur. Praetermisso enim supremam potestatem Rom. Pontificis imponendi quascumque pensiones extendi etiam ad beneficia, quae i uri patronatus tam activo quam passivo subsunt, ceu docent Paris ***de résignât, lib. 2. quaest. 4. num. 14,*** Tondunt. ***de pension, -ap. 25 num. 1,*** et S. Rota in ***Perusina Pensionis 11 Ma-***

ii 1716 coram Herrera, animadvertendum insuper quod opus non est, ut patroni consensus intercedat, aut ulla iniiciatur patronatus derogatio. Garcias ***de benefic. p. 1. c. 5. num. 361,*** et Piton, ***de controv. patr. all. 56. num. 1, et seq.*** - ibi - « ***Communis regula est quod pensio sustineatur, absque consensu patroni.*** » Quod maximi faciendum in casu cum nulla ex, parte patroni difficultas promoveatur. Ceterum Episcopus refert: neminem interesse habentem adesse.

Hisce omnibus haud levis ponderis rationes accedunt, quae magis atque magis conventionis approbationem suadent. Siquidem adest necessitas ex parte Beneficii, cum alia non suppetant media ad fundos amissos ^indicandos. Adest evidens Beneficii utilitas, cum eius redditus, Episcopo teste, non leviter augeantur : ex quibus detrahitur tertia tantum pars. Adest utilitas insuper Dioecesis Gaudisiensis: nam Episcopus poterit in futurum constituere has duas pensiones in patrimonium sacrum pro duobus iuvenibus, qui ad sacros ordines promoveri mereantur. Adest tandem favorabile Ordinarii votum, quod a S. C. C. magno in pretio iugiter haberi solet. Quae cum ita se habeant, expetitum Beneplacitum haud denegandum videtur.

Hisce praenotatis, quaesitum fuit quomodo dictae preces essent dimittendae:

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa, sub die 5 Maii **1883,** respondit: ***Pro gratia, facto verbo cum SSmo.***

Ex QUIBUS COLLIGES.

I. Ex principiis iuris disertissimis certum est beneficia ecclesiastica conferenda esse absque ulla diminutione, et iam collatis nullimode imponi posse, neque census neque pensiones, praecipue perpetuas.

IL Attamen si id expostulare videatur tum causae piae utilitas, tum rei necessitas, suprema auctoritate Summi Pontificis fieri potest, etiam in beneficiis iurispatronatus tum activi, tum passivi, et absque patroni consensu.

III. In themate adesse rei necessitatem eruitur ex hoc quod alio modo vindicari nequeunt fundi ab alio detenti; adesse piae causae utilitatem patet quia redditus beneficii valde augentur.

MONTIS FALISOI

REDUCTIONIS LEGATI

Die S Maii 1883.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Ioseph Bacchi cum nil ex paupérrimo patre fuisset consequutus et absque descendentibus obiisset die 13 Decembris **1882,** supremis tabulis confectis, disposuit, ut bonis stabilibus divenditis, nominibus, si adessent, exactis, detractisque expensis tam pro funere quam pro successione, ab executore testamentario assignarentur libellae ducentae novem nepotibus pauperibus, haeredibus institutis, et reliqua summa impenderetur in tot missarum celebrationem iuxta suam intentionem. Modo vero praefati haeredes inscripti sacratissimum adiverunt Principem , propriisque enarratis languoribus, et extremis egestatibus , petierunt, ut missarum legatum, ceu exörbiians, reduceretur, et quod reliquum esset inter eosdem diriberetur.

Ordinarius Faliscodunen. requisitus, audito executore testamentario, haec habuit: executor retulit, vera in genere fuisse enarrata, si excipiatur indiligentia circa valorem rerum haereditariarum, qui valor assurgere poterit ad libellas circiter 3000, non vero ad 5000, uti blaterant oratores. Qui quamvis satis superque contenti esse debuissent hac indebita et imo copiosa avi liberalitate, tamen ob malum nonnullorum animum, et ob summam aliorum egestatem aliquid

aliud obtinere possent. Et ipse executor proponeret, ut summa libellarum 200 elevaretur pro unoquoque legatario vel haerede ad libellas 250, reliqua summa insumpta in celebratione Missarum, iuxta mentem Testatoris. Suam deinde sententiam hisce verbis aperuit: « Cum propter temporum, et personarum adiuncta votum executor]s testamentarii videatur mihi sagax et prudens, eidem libentissime subscribo, et adhaereo ».

Disceptatio Synoptica.

GRATIA INDULGENDA VIDETUR. Piorum fundatorum voluntatem ex iuxta ac rationabili causa commutari, et onera reduci non ambigitur ut patet ex ***Conc. Trid. Sess. 22 cap. 6; Sess. 25 cap. 4 de Reform,*** praesertim vero ad sublevandam consanguineorum fundatoris inopiam ; et eo facilius si iam Testator eos praedilexerit instituendo haeredes: S. C. C. in ***Mutinen. Reductionis Missarum 14 Februarii 1821,*** in ***Ferrarien. 26 Iunii 1824,*** et in ***Forolivien. 3J Ianuarii 1824.***

Non videtur ergo gratia oratoribus pauperrimis deneganda, eoquod promittant suffragiis sublevare avi animam per vim pecuniae quae constitueretur a suprema auctoritate Apostolica super axe haereditario, post reductionem legati missarum quam petierunt. Accedit Ordinarium et executorem alienos non esse ab aliquali reductione facienda.

GRATIA DENEGANDA VIDETUR. EX altera vero parte exploratum est pro lege habendam esse voluntatem Testatorum ***I. Verbis 120 ff. de verb. signif., et Novell. 22 Cap. 2 ibid.*** praesertim si divinum cultum respiciat, ***Can. ultima voluntas, Caus. 13 q. 2; Cap. Quia Monasteria Re Relig, domib, et Conc. Trid. Sess. 21 cap. 8 de Reform.*** Cum igitur in themate sermo sit de Legato Missarum, et Legata huiusmodi divinum cultum respiciant, omni cura eiusdem conservationi consulendum est, uti respondit S. C. C. in ***Nullius Montis Virginis- reductionis servitii Chori et***

Missarum 14 Iunii 1823; in ***Ravennaten, reductionis Missarum 29 Maii 1824.***

Verum equidem est quod benigna mater Ecclesia aliquando solet concedere reductiones pii Legati, inspecta praesertim consanguineorum Fundatorum inopia : attamen hoc semper facit ex praesumpta voluntate ipsorum Testatorum; videlicet « ***in casu, quo causa aliqua vel de novo incidat, vel Testatorem latuit, quam si scivisset, et praevidisset aliter disposuisset, ut nunc quoque si viveret contentus foret*** » uti edisserit Reiffenstuel ***lib. III tit. 26 §. 23. num. 805 de Testament. ,*** et pluries declaravit S. C. C. praesertim in ***Sutrina Translationis 10 Septembris 1800;*** in ***Civitate Castellana unionis Capellaniae 2 Maii 1818 §. Sed e contra;*** in ***Imolen. 25 Augusti 1820 §. Agitur.***

At in themate non agitur de causa, quae pio Fundatori, tempore conditi testamenti ignota fuerit, vel de egestate superveniente, ex quo dici possit quod si Testator eam praevidisset aliter disposuisset. Sermo hic est de egestate, quam Testator probe noverat, quamque sicuti cum adhuc inter vivos degebat nunquam destitit sublevare, ita et post mortem eidem remedium aliquod paravit per summam 200 libellarum singulis nepotibus relictam. Imo quoniam Testator voluit ut eius voluntas firma remaneret, nec, quocumque praetextu, ulterius commutaretur , ad hoc praecise dedit extraneum executorem testamentarium « ut (teste Ordinario) ne ob » nepotum et pronepotum immoderationem et petulantiam » voluntas eius cessisset in irritum ». Ex quo recte arguitur, Testatorem voluisse, ut haeredes contenti esse deberent summa sibi relicta. Praesumptio igitur, quae iuxta praxim S. **C.** C. constituit iustam causam commutationis voluntatis , exulare omnino videtur in casu: ideoque cum nulla alia supersit ratio, ob quam oratoribus sit indulgendum, pronum est concludere eorum preces reiiciendas omnino esse.

Quin opponi possit Legatum Missarum excedere summam haereditatis relictae, proindeque Testatorem leges naturalis

aequitatis violasse. Quandoquidem observandum imprimis est, rerum háereditarjarum valorem, teste executore testamentario, attingere «solum summam 3000, **non** vero 5000 libellarum. Ceterum Testator nulla ratione tenebatur maiorem summam nepotibus relinquere, sed satis superque satisfecit principio illo pietatis, singulis relinquens 200 libellas, praesertim cum eorum necessitatibus iam occurrisset dum adhuc inter vivos ageret.

Hisce praeiactis, quaesitum fuit quomodo preces egenorum consanguineorum essent dimittendae.

RESOLUTIO. Sacra Congr. Concilii, re discussa, sub die **5** Maii 1883, censuit respondere:

Negative.

Ex QUIBUS COLLIGES:

I. Quamquam pro lege testatorum voluntas haberi debeat, tamen suprema **R.** Pontificis auctoritas, aliquando, ex benignitate, concedit legatorum reductionem, inspecta praecipue consanguineorum inopia: non derogando, sed quasi testatorum voluntatem interpretando, **ob** nova adiuncta, testatoribus ignota.

II. In themate nil novi accidit quod Testatorem lateret; quodque occasionem praeberet pro eiusdem praesumptiva voluntate; novit enim consanguineorum incommoda, eorumdemque inopiam; quibus dum viveret et monendo medelam attulit eam, quam pietas in parentes eidem suggessit; aliud noluit, firmaque eius voluntas sit oportet.

PAPIEN.

IRREGULARITATIS

Die 2 Iunii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Papiensis Episcopus per supplicem libellum diei 28 Aprilis 1883 S. C. Congregationi exposuit, Clericum Ambrosium in 23 anno aetatis suae constitutum, pluribus abhinc annis quodam morbo laborare, et pluries, praeter expectationem, licet longis intermissis temporis intervallis, •in deliquium incidere, et uno temporis puncto usum sensuum amittere; atque hoc praesertim post insomnes ductas noctes, malasque factas digestiones et cum summo mane e lecto surgere eidem contingat.

Clericus huic morbo characterem comitialis denegare contendit, sed Medicus apposite interrogatus circa eiusdem naturam, haec retulit: etsi negari nequeat, Ambrosium affici morbo epiléptico, tamen singularis in eodem verificatur casus, quod convulsiones epilepticae eumdem aggrediantur, per longa temporis intervalla, etiam unius anni, et quod haud raro, loco accessus epileptici, afficiatur quadam momentanea stupiditate quam saepe nemo ex praesentibus advertit, et aliquando, forsan, neque ipse patiens. Qua de re concludebat Medicus : longa temporis intervalla, quibus solet patiens morbo vexari, quamquam remediis non utatur, plenumque mentalium facultatum exercitium quo gaudet post morbi accessus, argumentum suppeditant fore ut sanari queat clericus, si regulari curae sese subiiciat.

Clericus, ait Episcopus, iam in minoribus ordinibus constitutus, bonis praeditus moribus, sacrarum disciplinarum studio enixe incumbens, cupit ad maiores ordines promoveri. Quaero a **S.** C. C. an huius vota obsecundans, ad maiores ordines promovere eum possim, anno proximo, quum studia impleverit theologica; vel differre expediat, donec praestantior atque firmior eius valetudinis conditio facta fuerit.

Disceptatio Synoptica.

GRATIA DENEGANDA VIDETUR. Praeprimis ex officio animadversum fuit dubitari amplius non posse, epiléptico morbo laborantes ab ordinum exercitio, et eo fortius ab eorumdem ascensu arceri post dispositionem textus in ***Cap. In tuis 7 q. 1, Cap. Communiter 3 distinct. 33 et Glossa ibi.*** Ad rem praestat inter alios DD. audire Gonzalez ***Com. in Cap. 21 de elect. et elect. potest n. 18 - « Tam graviore quam mitiore*** (epilepsia) ***laborans, non valet ad sacros ordines ascendere »;*** cui chorum agunt Ferraris ***in Bibi. Can. v. irregularitas n. 12;*** Reiifenst. ***lib. i Decr. tit. 20 n. 19.*** Idque optime constitutum videtur cum indecens et periculosum sit, ut Sacerdos in consecratione ss. Eucharistiae, morbo comitiali victus cadat, uti animadvertit Alexander II ***in cap. 1 q. 2,***

Quapropter S. C. O. semper epilepsia correptus, tanquam irregulares habuit, nisi per plures annos signa dicti morbi non dederint ; uti videre est in ***Tudertina 19 Iulii 1704 apud*** Monacell. ***tom. 2 tit. 13 formul. 3 n. 36,*** et cum aliis tradit Ferraris ***in oper. cit. v. Irregularitas art. 1 n. 34;*** vel quamdiu ex Medicorum iudicio ad Altare tuto possint admitti, Schmalzgrueb. ***in Ius Can. tom. 1 part. 3 tit. 20 n. 11;*** vel demum, si agatur de iam promotis, usque dum unius anni spatio per Episcoporum discretionem a morbo suo liberati inveniantur, Engel, ***lib. 1 tit. 20 de corp. vitiat, ordin, vel non n. 16.*** Porro in themate de promovendo agitur, quo in casu difficilius S. C. C. dispensationem concedere solet, uti eruitur ex dispositis in ***Comen. 5 Maii 1775, 11 Iulii 1776; in Firmana 25 Maii 1723,*** et nonnisi ex necessitate vel utilitate Ecclesiae, ceu docuit S. C. C. in ***Cameracen, irregularitatis 20 Ianuarii 1821.***

Accedit ex relata medici attestatione asseri, eumdem ab anno 1868 dicto morbo aiflictari, unde epilepsia in themate ratione antiquitatis gravior diiudicanda videretur, sub-

indeque maxime ss. Canonum rigori adhaerendum, eo vel magis quod non nocturno sed matutino tempore hoc morbo ille deprehendatur. Deneganda igitur videtur dispensatio usque ad tempus quo, ex Medicorum attestatione, tuto Clericus ad Altare accedere valeat.

GRATIA LARGIENDA VIDETUR. EX altera vero parte compertum est apud DD. vitium sive defectum corporis, qui sine culpa patientis accidit, non inducere irregularitatem quoad Ordines suscipiendos, nisi talis fuerit defectus, ut vel simpliciter impediat executionem Ordinis, aut eam corporis deformitatem annexam habeat, ut functiones Ordinis secure et sin i periculo, aut offensione populi peragere non sineret, V m-Espen ***ius. Eccl. Univ. part. 2 tit. 10 de Irregul. eiusq. specieb. cap. 5 n. 11.***

Praeterea ut quis irregularis habeatur, morbus requiritur, qui incurabilis censeatur; nam infirmitas, quae curari potest, non vocatur in Iu;e corporis vitium simpliciter ***L. Inter ff. De verb. signi f.,*** nec propter aegritudinem absolute incurritur irregularitas, sed propter impedimentum perpetuum, Suarez ***De censuris disp. 51 sect. 2 n. 17.*** iamvero nihil horum verificatur in themate ; sed de simplici et curabili morbo agitur , cuius natura non adhuc bene perspecta manet, et qui nonnisi admodum raro, atque in-: terdum absque ulla adstantium et patientis ipsius offensione^ manifestatur, quique praeveniri facile potest cum in determinatis praesertim circumstantiis, teste Episcopo, locum habeat.

Nihil proinde obstare videtur quominus Clericus Ambrosius statim ordinari valeat, attento praesertim praeclaro Episcopi testimonio de eiusdem vita, moribus, scientia et ad statum ecclesiasticum vocatione, quae omnia maxime in similibus casibus S. C. C. constanter docuit et praecipue in ***Asculana 20 Februarii 1708, in Cameracen. Irregularitatis 20 Ianuarii 1821, in Camerinen. 17 Februarii 1821.***

Quibus praemissis, quaesitum fuit ab Emis Patribus, quomodo preces Episcopi essent dimittendae.

RESOLUTIO. Sacra Cong. Concilii, re cognita, sub die **2** Iunii **1883,** censuit respondere:

Dilata ad annum; et post annum clericus recurrat commendatus ab Episcopo, et cum testimonio medici curantis.

INDULTI

Die 2 Iunii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Sacerdos Aloysius Cathedralis Ecclesiae **N.** canonicus, acri ac diuturno aurium morbo laborans, saepe a sua residentia abfuit, et longas in urbe moras traxit ut heic curaretur. Non semel autem, sub infirmitatis praetextu, ultra tempus, sibi superioris consensu largitum, absentiae induisisse videtur. Ita quum die **11** februarii elapsi anni **1882** a S. C. C. mensis indultum obtinuisset, absentiam intra tempus sibi concessum non coarctavit, sed usque in praesens protraxit, quin facultatem prorogari curaret. Ideoque Episcopus eum de residentiae lege monuit, et ad redeundum compulit.

Tum vero Abbas s. Pauli sese interposuit, Episcopo favore sacerdotis Aloysii scribens, et S. C. Congregationi supplicem libellum die 7 Aprilis volventis anni offerens, in quo aiebat: « Preces ardentissimas porrigo ut mihi fas sit praedictum canonicum apud me ***per biennium*** retinere, quin ipse censuris compellatur ad residentiam ». Cui petitioni causam dederat non tam praefati canonici infirmitas (de qua tamen exhibebatur iurata medici fides), quam opus favore Basilicae s. Pauli ab eo susceptum. Conquisitus enim ab Abbate, quasdam inierat tractationes, ut bona Basilicae Ostiensis, quae tamquam religiosae familiae Cassinensis propria, iam pridem a gubernio fuerant confiscata, vindicaret. Et iam,

ait Abbas, aliquid eius opera ^indicatum est: et spes non modica affulget quod incoeptum perfici possit; talis est Canonici dexteritas et ingenii acumen.

Capitulum et Episcopus rogati fuerunt super hac re: quorum primum dolens quod Canonicus iugiter absit a choro, ait: longam illius absentiam nimis obesse sacrarum functionum decori, dum pondus divini officii integrum maneat ceteris capitularibus. Qui ut notum est ad duodecim redacti, non omnes choro adsunt: nam alius aetate, alius adversa valetudine, alius tandem distentus officiis proprii ministerii, chorum non petit. Verumtamen, attentis negotiis a Canonico susceptis, Capitulares, quodlibet parati sunt excipere Apostolicae Sedis iudicium, exorantes ut indultum ita donetur, si donandum est, ut laevius afferat damnum chorali servitio. Episcopus autem veras esse ait Ecclesiae illius conditiones, a Capitulo relatas; proposuitque ut indultum pro uno anno concederetur; ea tamen lege ut Canonicus provideat pro supplentia Missis et functionibus canonicalibus, quae ad ipsum spectant, omissa insuper, attenta tenuitate suae praebendae, tertia distributionum quotidianarum parte, quae inservientibus accrescat. Provideat autem conscientiae suae pro tempore quo illegitime abfuit.

Disceptatio Synoptica

Ex **QUAE PETITIONI ADVERSANTUR**. Receptum quidem est in iure quod gravis infirmitas, aut evidens Ecclesiae utilitas a lege residentiae excuset: verumtamen in casu neutram probari. Siquidem infirmitas, quamvis medici attestatione roborata ac iurata, tamen adeo gravis esse non videtur, quae a chori servitio, aut residentia excuset, tenim. eadem Aloysius impeditus non fuit, quominus complura ac longa itinera susciperet, hoc testante Capitulo, Episcopo atque ipso s. Pauli Abbate. Sicut eadem infirmitate prohibitus non fuit labores non módicos ac studia pro causa Abbatis s. Pauli aggredi, ac vitam agere omnino contrariam quieti ac tran-

quillitati, gravi infirmo prorsus necessariae. Ideoque merito cum Episcopo concludendum videtur, infirmitatem « vel nullam esse vel adeo levem ut implementum canonicalium obligationum non impediat ».

Pariter exulat evidens ecclesiae utilitas. Haec enim intervenire intelligitur si quis abest ad defendendum iura Ecclesiae suae ***arg. c. Eoo parte tua 13, tit. De Clericis non resident.,*** De Angelis ***Praelect. iur. canon, in tit. IV lib. III. Decret, num, 5.*** Idem fit, si abest in utilitatem Ecclesiae universalis, ut cum Concilium generale aut provinciale celebratur, Barbosa ***part. 3 de Offic, et Potest. Episc, allegat. 53 num. 14:*** vel quando quis fungitur legatione in utilitatem ipsius Ecclesiae, Toletus ***lib. 5 cap. 4 num. 3 §. Quarta,*** et apud Reiffenst. ***tit. De Cleric. non resid. §. II.*** Et quamvis haec dicta proprie sint de Episcopis, tamen ex analogia aliis quoque Clericis praebendatis applicantur, ut dd. tradunt.

Iamvero in themate ex absentia Canonici Aloysii damnum non modicum eius Ecclesia persentit, ut uno ore Capitulares ac Episcopus testati sunt; laeditur insuper lex gravissima a Conc. Trid. ***Sess. XXIV Cap. 12 de Ref.*** inculcata: et quamvis bonum aliquod exinde Ostiensi Basilicae proveniat, tamen hoc in Ecclesiae universalis utilitatem vergere non intelligitur, sed in illius tantum Basilicae aut potius religiosae familiae commodum. Porro iustitiae consentaneum non est, ut quis , cum damno suae Ecclesiae , alterius utilitati consulat. Et hoc eo vel magis quod et absque huius canonici opera idem obtineri aut prosequi posse videtur: non desunt enim in Urbe integri ac sapientes viri, qui pro Abbate s. Pauli patroni munere fungi optime valeant. Demum consideratione dignum videtur an sacerdotem deceat saeculares curias passim adire, magistratibus iniquarum legum executoribus frequentem esse, atque, ut in talibus necesse fit, blandiri.

Hisce omnibus concludendum videretur, absentiam praefati sacerdotis non solum evidenter utilem non esse, sed imo

ecclesiasticae dignitati parum conformem. Ideoque petita abessendi licentia, tamquam iusto motivo carens, deneganda prorsus videtur.

Quoad praeteritum vero recolendum est, ut canonici absentes fructus et quotidianas distributiones lucrentur, duo generatim requiri, iustam nimirum absentiae causam et legitimi superioris licentiam; Garc. ***part. 3 de benefic. c. 2 num. 99*** - Imo iuxta Conc. Trid. et ut docet S. C. **C.** in ***Verulana rest. et privat, fruct. 8 Ian. 1865*** canonici qui ultra tres menses absque legitima causa absunt, dimidia fructuum parte, praeter distributiones quotidianas, primo anno multari, secundo anno, si eadem usi fuerint negligentia omnibus fructibus quos eo anno lucrati sunt destitui; et crescente contumacia post expletum triennium praeviis monitionibus ac citationibus titulo quoque privari posse. Cum igitur absque legitima causa, et superioris licentia canonicus Aloysius ferme ultra tres menses absens a sua ecclesia fuerit, iam poenis a iure statutis subiiciendus videtur.

EA QUAE PETITIONI FAVENT. Contra vero recolere iuvat, quod ex S. C. C. praxi quoties constet de infirmitate, ex iurata medicorum fide, indultum sive vacandi a choro, sive abessendi a residentia, prout necessitas exigat, nunquam soleat denegari: neque absens ad inserviendum compellatur per substitutum ***Piscien. 23 Iunii 1764,*** neque distributiones amittere cogatur ***Regien. Indulti 14 Decembris 1850, et Massen. Residentiae 28 Augusti 1852.*** Imo absentibus non solum a choro, sed etiam a loco residentiae ubi est ecclesia, distributiones debentur, ut contra plures tenet Ventriglia in ***praxi eccl. tom. 1 annot. 19, §. 2,*** et docuit S.C.C, in ***Massen, cit.*** maxime si agatur de infirmis locum salubriorem consilio medicorum petentibus.

Iamvero in themate adest favore Canonici Aloysii iurata fides medici Nosocomii s. ioannis de Deo, qui asserit, Canonicum Aloysium adhuc curae sui morbi vacare debere, ipsique fugiendum esse aerem humidum civitatis suae in quo

primum aegrotavit. Ideo petita licentia Canonico Aloysio concedenda videtur, quin ei per substitutum servire praecipiatur, et quin distributionibus privetur; eo vel magis quod , testante Episcopo, canonicatus redditus modici et ad vivendum vix sufficientes existant.

Quod magis magisque retinendum apparet, si animadvertatur huius canonici absentiam in magnum Ecclesiae bonum vergere, ut ex facti specie constat. Vindicatio enim reddituum, quae fit, bonum duraturum parit, ideoque servitio chorali, quod quid transiens est, praeferenda videtur; insuper quamvis in particularis quidem Ecclesiae utilitatem vergat, tamen recolendum est hanc Ecclesiam Basilicam Ostiensem esse, quae ad Romanum Pontificem ***nullo medio spectat,*** ceu s. Pauli Abbas animadvertit. Neque subsumere licet munus a Canonico Aloysio suscepi um alii aeque committi posse. Respondit enim ipse s. Pauli Abbas: « Haud facile est virum adeo rerum pe-
» ritum invenire, et praeterea opera iam incoepta si
» alii tradantur, impossibile esse ad bonum exitum de-
» duci ».

Quod si saeculares curias adire atque ibi advocatum agere clericis prohibeatur ***tit. 50 lib. III decret.;*** tamen in causis religionis et ecclesiae sicut in causa propria aut consanguineorum hoc munus suscipere eisdem permittitur in ***cap. Clerici,*** et ***cap. Cum sacerdotis, De postulat.*** Quod vero a canonico iure conceditur, id clericis indecens certe non est: ideoque nec ex capite ecclesiastici decoris susceptum munus sacerdoti Aloysio interdicendum videtur.

Demum de praeteriti temporis absentia, cui Canonicus indulsit absque obtenta licentia, idem Abbas respondit : « Ipsum (nempe Aloysium) iudicasse, se ipso iure esse di-
» spensatum ob gravem infirmitatem, de qua documen-
» tum Eminentiae Tuae Rmae perhibeo, et ***ob utilitatem***
» ecclesiae suae, nonnulla enim negotia in Urbe gerebat;
> ideoque fructus facere suos et etiam distributiones qui)-

» tidianas lucrari, dum causam absentiae significaverat » Episcopo ». Et reapse comprobata infirmitate, seu legitimo residendi impedimento, oppositio canonicorum aliorumque interesse habentium, veluti iniusta et irrationabilis reputatur, ceu testatur resolutio in ***Piscien. Indulti 6 Decembris 1760,*** in ***Praten. Vacandi a Choro 25 Iunii 1764,*** et in ***Casertana Indulti abessendi 16 Dec. 1797,*** aliisque.

Quibus hinc inde praenotatis, propositum fuit enucleandum sequens

Dubium.

An et quomodo propositis precibus annuendum sit in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re discussa, sub die 2 Iunii 1883 censuit respondere:

Negative in omnibus.

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Ecclesiae universalis, aut propriae utilitatem , vel gravem infirmitatem excusare praebendatum a residentia et chori servitio.

II. In themate utramque causam excusantem exulare visum est Emis Patribus; ita ut reputaretur quod canonicus neque ea laboraret infirmitate quae non sineret chorum petere, neque longe detineretur in defensionem iurium suae Ecclesiae, aut Ecclesiae universalis.

EX S. CONGREGATIONE EP. ET REG.

VENETIARUM

LAUDI SUPER SOLUTIONE, CESSIONE FUNDI, ALIISQUE PRAESTATIONIBUS.

Die 27 Aprilis 1883.

COMPENDIUM FACTI. Auri sacra fames, ut videtur, nefastam praebuit occasionem Dominico N. longos producendi per annos lites et iurgia in fratrem Petrum Sacerdotem. Attamen hic, una cum matre ceterisque fratribus pluries apud civilia tribunalia raptus a Dominico, qui super patrimonium haereditarium commune exclusiva iactabant iura, victor evasit. Expertus autem sibi infensa Tribunalia civilia, ratus est Dominicus mitiores sibi fore iudices ecclesiasticos, ut praetensa iura adversus fratrem pertingere valeret. Gratae innixus spei, Concordiensem adivit Dominicus Antistitem, supplicem eidem offerens libellum, quo petebat, ut opera et auxilio Ordinarii finis imponeretur litibus in aevum productis. Episcopus libenti animo rem excepit : et studium definitionemque harum litium demandavit duobus Archipresbyteris Ioanni et Francisco. Hi reapse censuerunt mandatum habuisse ab Episcopo pro omnibus deficiendis litibus et controversiis inter duos fratres. Ast aliter arbitratus Petrus, censuit, duos Archipresbyteros, sibi aliud non esse quam ***amicos compositores*** minime ***arbitros aut arbitratores.*** Attamen Archipresbyteri rem, uti decuit, non perpendentes, aut despicientes, pro nihilo verba Petri habuerunt, sententiamque, uti ***arbitri*** ad lites definiendas, protulerunt Domino Petro inimicam. Nam onus Sacerdoti per eamdem imponebatur tum praestandi Dominico libellas 3300 , tum quemdam donandi fundum eius filiis, tum uti propriam in posterum habendi Dominici familiam. Sententiam quam do-

minicus toto excepit corde, Petrus per litteras repulit: utpote iniustam, et motivis innixam, supra quae nunquam ullum eisdem iudicibus mandatum dedisse aiebat. Adiecit etiam haud adpromisisse habiturum uti firmum ratumque iudicium eorumdem, quorum tantum excepit ***amicabilem mediationem.*** Tunc, incredibile dictu, Franciscus, unus ex praesumptis arbitris, partem assignatam deserens, factus est advocatus et patrocinator Dominici. Uterque autem Archipresbyter petiit ab Ordinario ut Petrus, etiam interminatis Ecclesiae censuris, ad exequendam arbitralem cogeretur sententiam.

Curia Episcopalis Concordiensis tunc apud se avocavit iudicium controversiarum inter dictos fratres; et instructo formiter processu, die 3 Septembris 1880 sententiam protulit qua reiecit petitionem Dominici N. peractam per suum procuratorem D. Franciscum Archipresbyterum adversus fratrem D. Petrum, utpote destitutam basi et probatione iuridica. Sub die vero 17 Decembris 1881 Patriarchalis Curia Venetiarum praedictis motivis et aliis quoque innixa appellationem Dominici repulit.

Neque fractus altera sententia Dominicus appellavit apud s. Sedem. Emus Patriarcha rogatus, plenam exhibuit factorum historiam; et motiva quibus sententia suae Curiae innixa est, et suam opinionem, Dominico adversam, pandidit.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO D. **PETRI. EX** officio animadversum fuit, principem quaestionem enodandam in casu positam esse in investigatione valoris iuridici ***Laudi,*** peracti ab Archipresbyteris, ceu arbitris, die 21 Februarii 1880; in hoc enim est eiusdem iudicii fundamentalis basis. Ast nullitate laborare iudicium hoc patet, ait Petrus, quia regulari atque formali destituitur compromisso, ad quod opus erat mandato in scriptis, minime oretenus, seu verbali. Etsi vero ius Pon-

tificium et Romanum nil constituerint quoad modum, quo aliis committi possit controversiamm definitio ; tamen cum agatur in themate de controversiis mere temporalibus, haud abs re videtur, quod sequi liceat Venetum codicem, in quo praescribitur ***art. 11*** compromissum fieri omnino debere per publicum actum, aut per privatam scripturam, et acceptandum esse in scriptis ab arbitris eisdem. Idque eo magis quia a ***Regni.*** Gregorii XVI ***Tit. VII §. 1749*** praescribitur: compromissum fit per actum publicum, aut per privatam scripturam ; referre debet nomen et cognomen compromittentium, arbitri, vel arbitrorum, nec non obiecta cuncta controversiarum quae decisioni subiiciuntur. Scriptura privata deponi debet apud acta publici tabellionis. Et §. 1754: neque validum, neque efficax erit compromissum, nisi acceptetur ab arbitris.

Hisce duobus extremis legum civilium caret praesens casus. Ast admissa etiam hypothesi quod compromissum fieri possit verbis tantum, hoc formiter probandum erat, et quidem cum suis omnibus conditionibus, qualitatibus et modalitatibus; quam probationem necessariam numquam exhibuit actor. Verum, hisce omnibus deficientibus requisitis, praesumpti arbitri iudicium definitivum protulerunt in vacuum aedificantes. Neque ad assertum e vincendum compromissum, attendi poterat Archipresbyterorum testimonium ; quorum tantum intererat ut legitima haberetur eorum operatio : neque alii testes acciri quibant, dum nemo adfuerit, quando fratres verbalem commissionem dabant Archipresbyteris.

Quum praeterea arbiter suum dare queat iudicium super quaestionibus solummodo in compromisso contentis, quia eius auctoritas omnino pendet a consensu partium, ideo opus est, ut in compromisso sive scripto, sive verbis peracto, referantur controversiae claris praecisisque modis, iuxta legem ***non distinguemus 32 §. 15 et §. 21 ff. de receptis et cap. cum dilectus de arbitr.*** Ast in themate defuit haec exacta et praecisa rerum determinatio: nam Archipresbyteri declararunt, sese definire "^Ue quaestiones cunctas infer fra-

tres; aliter haud excepissent onus iudicum voluntariorum. Qua in formula, utpote nimis vaga atque indeterminata, neminem latet minime constitutam fuisse qualitatem et quantitatem quaestionum enucleandarum a praefatis iudicibus. Praeterea pro valore iuridico compromissi aliae duae exiguntur conditiones; quarum prima est, ut certum constituatur tempus, intra quod arbitri sententiam proferre debeant: quo exacto eorumdem auctoritas deficit; ita ut quilibet posterior eorumdem actus irritus evadat; ***Lege quid tamen de princip. 21 §. 5 et lege non distinguemus 32 ff. §. 3 de recepi.*** Altera autem conditio est, ut in compromisso eodem declaretur an arbitrorum sententia proferenda effectus parere debeat decreti irrevocabilis, seu rei iudicatae, quod denotari solet sueta formula - ***remota quacumque appellatione*** - Ast quum de his conditionibus etiam, nil probatum fuerit in actibus litis, hinc grave dubium superest quoad validitatem ei efficaciam praetensi compromissi et Laudi.

Animadversum insuper fuit: ex quo deerat pro validitate Laudi omnis probatio scripta, oportebat saltem ut boc proferretur, sive publicaretur coram partibus interesse habentibus; ***leg. in diem 27 §. 4 ff. de recepi, et cap. ex parte de arbitris. In tua praesentia partibus constitutis.*** Ut autem partes adesse queant citari debent ad comparendum stata die, in qua proferetur sententia. Id quod in themate baud factum fuisse constat ; quinimo sententia prolata fuit posteaquam d. Petrus litteras Archipresbyteris dederat, per quas eisdem tribuebat nomina amicabilium interpositorum, denegans arbitrorum qualitatem. Sententiae quoque ***primi*** et ***secundi*** gradus favent Petro ; quia nec tacite, nec expresse assensum praebuit Laudo, sed reiecit; s. Rota Romana executionis Laudi 5 Martii 1819 n. 3 coram Isoard. ***- Nulla vel actio, vel exceptio oriri potest a Laudo quod litigatores subscriptione, silentiove non comprobarunt.***

Ex his de causis extrinsecis et praeiudicialibus utraque sententia Curiarum episcopalium praetensas Dominici repulit, nihil quaerendo de merito intrinseco quaestionis. Ete-

nim vanum et superfluum visum est disceptare de iustitia aut iniustitia Laudi, basis petitionum Dominici, perspecta processus nullitate.

Quoad meritum principale autem, accurata expositio facta fuit pro Emis Iudicibus. Quibus patefactum etiam fuit, d. Petrum enarrasse quod maxima quaestionum pars quas nunc novo Dominicus subiicere vellet iudicio, iam definita fuit per alias sententias tribunalium civilium, in rem iudicatam transactas. Per quas sententias, Dominicum debitorem esse Petri constabat. Qua de re etiam ex hoc capite Laudum nullitate laboraret, quia interdictum omnino erat Archi presbyteris novum proferre iudicium, super rebus iam iudicatis; Ferraris Bibliotheca canonica verbo ***Arbiter*** n. 62. « Nequit fieri compromissum in arbitros, super causis, iam » per legitimam sententiam decisis, iamque in rem iudica- » tam transactis; ***cap. exposita 12 de Arbitris.*** Cum enim » compromissum aequiparetur transactioni ***cap. per tuas*** q. de » arbitris, et transactio, sive compositio fieri debent de re » dubia et lite ***leg. 1 ff. de transad,*** sequitur quod non pos- » sit in arbitros compromitti super causis, per certam et » indubitatam sententiam decisis et iam in rem iudicatam » transactis, et sic iam redditis claris, ac indubiis ».

DEFENSIO DOMINICI. Contraria thesis in huius defensionem propugnata fuit; ait enim defensor Dominici, sufficere oralem commissionem, et hanc evinci posse per testes, iuxta sacrorum canonum dispositiones. Notandum siquidem est, quod etsi a iure Pontificio, et a iure Romano nihil praefinitum fuerit quoad formas et quoad modum, quibus compromitti potest aliis quaestionum definitio; tamen si consideremus quod compromissum, suapte natura, est mandatum, et quod pro mandati validitate non requiritur scriptura ; sic etiam compromissum potest esse verbale, eiusque probatio desumi potest a iudicialibus dispositionibus. Quamquam doctrina haec quamplurimos numeret oppositores, tamen praesens in tempus communior est; ***Ancharan, cons. 261, Alexandr. cons. 84 lib. 5, Tusch, lit. c. conclus. 230 per tot. Säbel, divers, tract, verbo compromissum n. 5.***

Hisce adiectum fuit: quum praeliminari conferentiae, habitae coram duobus Archipresbyteri^ adfuerit d. Petrus, ibique exhibuerit proprias animadversiones et opportuna documenta, facile ex hoc exurgit, eumdem compromisso assensum dedisse, et admisisse in Archipresbyteris auctoritatem resolvendi quaestiones a Dominico propositas.

Quibus in utramque partem animadversis, sequens enodandum propositum fuit

Dubium

An confirmanda vel revocanda sit sententia Curiae patriarchalis Venetiarum in casu.

RESOLUTIO. Sacra Congr. Ep. et Reg. re probe cognita, sub die 27Aprilis 1883 censuit respondere: ***Sententiam Curiae patriarchalis esse confirmandam et amplius.***

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Praeter iudicium proprie dictum, quod omnino necessarium est, et est proprium eorum, qui publica iudicandi auctoritate praediti sunt, adest et alia quaedam contendendi ratio, quae extra iurisdictionis necessitatem ponitur.

II. Hanc secundam contendendi rationem, quae ad sopiendas lites pertinet, poni apud eos, ad quos ex consensu et compromisso itur; quique iudices compromissarii, et plerumque arbitri nominantur.

III. Hoc voluntarium iudicium, quod, ex re arbitrium, ex facto autem litigatorum compromissum, ita dici quia litigatores compromittere, idest simul et invicem poenam promittere solent, quatenus quis eorum arbitri sententiae non steterit.

IV. Quamobrem ne iuridico destituatur valore arbitrorum iudicium, compromissum praecedat oportet inter partes litigantes et arbitros: in quo compromisso, sive scriptis redacto, sive verbis, contineri debent omnes controversiae definiendae cum propriis adiunctis.

V. Requiri etiam, ad validitatem compromissi, ut praecise determinetur tempus intra quod arbitri proferant sententiam, et ut constituatur an sententia eadem parere debeat effectus decreti irrevocabilis: quod exprimitur per formulam - ***remota quacumque appellatione.***

VI. In themate defuisse verum compromissum, his praeditum requisitis, facile deprehendi ex ipsis sententiis Curiarum episcopalium, per praesentem resolutionem confirmatis: nam hae sententiae, meritum quaestionis posthabentes, reiiciunt Dominici petitiones, ex eo quod nullo fulciatur iuridico valore arbitrorum iudicium (1).

(1) Sententia arbitri compromissarii barbaro nomine *Laudum* appellatur.

EX S. CONGREGATIONE INDICIS

DECRETUM

Feria VI die 18 Maii 1883.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio apostolico vaticano die 18 Maii 1883 damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera:

Aubé B. professeur de philosophie au Lycée Fontanes. Histoire des persécutions de l'Eglise jusqu'à la fin des Antonihs. Paris 1876. *Decr. 15 Dec. 1882.*

— Histoire des persécutions de l'Eglise — La polémique Païenne à la fin du IIme siècle. Paris, 1878.

— Les Chrétiens dans l'Empire Romaine de la fin des Antonins au milieu du IIIme siècle. Paris, 1881.

Auctor **(Regaldi G.)** *Operis cui titulus:* **La Bibia, canti, prohb.** *Decr. 7 Dec. 1852, ante mortem laudabiliter se subiecit et Opus reprobavit.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisito ribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPAE XIII per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 17 Augusti 1883.

FR. THOMAS M. CARD. MARTINELLI Praefectus.
Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Praed.
S. Ind. Congreg, a Secretis.

Loco **Sigilli,**

Die 22 Augusti 1883 ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Vincentius Benaglia M&g. Cura.

EX SACRA RITUUM CONGRÉGAME

DECRETUM

fomana seu Bergomen, beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Sor. Teresiae Eustochii Verzeri Fundatricis Instituti Sacri Cordis Iesu.

Quum per decreta Sacrorum Rituum Congregationis sub diebus 17 et 24 mensis Augusti anno 1871 a sa. me. Pio Papa IX benigne concessum fuisset, ut de Dubio signaturae Commissionis introductionis Causae praedictae Servae Dei Sor. Teresiae Eustochii Verzeri agi posset in ipsa Sacra Rituum Congregatione Ordinaria absque interventu et voto Consultorum, licet nondum elapso decennio a die praesentationis Processus Ordinarii in Actis eiusdem Sacrae Congregationis , neque ipsius Servae Dei scriptis legitime perquisitis ac revisis; cl. me. Cardinalis Prosper Caterini huiusce Causae Ponens, ad instantiam Rmi Canonici Dii i Hyacinthi Arcangeli Postulatoris constituti Causae ipsius , attentis Postulatoriis Litêeris plurium Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Reverendissimorum sacrorum Antistitum, aliorumque Virorum tam ecclesiastica quam civili dignitate praestantium, nec non Sanctimonialium Ordinum, sequens Dubium in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitiis, ad Vaticanum die 12 Maii anno 1877 habitis, discutiendum proposuit, nimirum: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum, de quo agitur 1*

Sacra porro eadem Congregatio, omnibus accurato examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. *1).* Sanctae Fidei Promotore, rescribere rata est: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Huius vero Commissionis signaturam quum eidem Summo Pontifici sa. me. differre placuisset, hinc ad iteratas, enixasque preces praefati Postulatoris Causae tum per R. P. D. Augustinum Caprara Sanctae Fidei Promotorem tum demum per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino, Nostro Leoni Papae XIII relatas , Sanctitas Sua sententiam ab eadem Sacra Congregatione uti supra latam, ratam habere et confirmare dignata est, ac propria manu signavit Commissionem Introductionis Causae Ven. Servae Dei Sor. Teresiae Eustochii Verzeri praedictae die 23 Augusti 1883.

Pro Emo et Rmo Domino Card. D. BARTOLLNI S.R.C. PRAEFECTO

C. CARD. DI PIETRO EPISC. OSTIEN. ET VELITERN.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

EPÌSTOLA ENCYCLICA SSmi D. N. Leonis XIII qua mandat atque decernit ut hoc anno peculiari religione solemnia celebrentur Deiparae Mariae Virgini a Rosario.

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS UNIVERSIS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII

Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem

Supremi Apostolatus officio quo fungimur et longe difficili horum tem poni cn conditione quotidie magis admonemur ac propemodum impelliraui , ut quo graviores incidunt Ecclesiae calamitates , eo impensius eius tutelae incoiumitatique consulamus. Quapropter , dum quantum in Nobis est , modis omnibus Ecclesiae iura tueri , et quae vel irapendent vel circumstant pericula antevertere et propulsare coaanur, assidue damus operam caelestibus auxiliis implorandis, quibus effici unice potest, ut labores curaeque Nostrae optatam sint exitum habiturae. — Hanc ad rem nihil validius potiusque iudicamus, quam religione et pietate demere ri magnam Dei Parentem MARIAM Virginem, quae pacis nostrae apud Deum sequestra et caelestium administra gratiarum , in celsissimo potestatis est gloriaeque fastigio in caelis collocata , ut hominibus ad sempiternam illam civitatem per tot labores et pericula contendentibus patrocinii sui subsidium impertiat. - Itaque proximis iam anniversariis solemnibus , quibus plurima et maxima in populum christianum per Marialis *Rosarii* preces collata beneficia recoluntur , preces hasce ipsas singulari studio toto orbe catholico adhiberi Magnae Virgini hoc anno volumus , quo , Ipsa conciliatrice , divinum Eius Filium nostris placatum et mitigatum malis feliciter experiantur. Has igitur litteras ad Vos, Venerabiles Fratres, dandas censuimus, ut, cognitis consiliis Nostris, populorum pietas ad ea religiose perficienda vestra auctoritate studioque excitetur.

Praecipuum semper ac solemne catholicis hominibus fuit in trepidis rebus dubiisque temporibus ad Mariam confugere et in materna Eius bonitate conquiescere. Quo quidem ostenditur certissima noa

modo spes, sed plane fiducia, quam Ecclesia catholica semper habuit in Genitrice Dei iure repositam. Revera primaevae labis expers Virgo, adiecta Dei Mater, et hoc ipso servandi hominum generis consors facta tanta apud Filium gratia et potestate valet, ut maiorem nec humana nec angelica natura assecuta unquam sit, aut assequi possit. Cumque suave Ipsi ac iucundum apprime sit, singulos suam flagitantes opem iuvare ac solari; dubitandum non est, quin Ecclesiae universae votis adnuere multo libentius velit ac propemodum gestiat.

Haec autem tam magna et plena spei in augustam caelorum Reginam pietas, luculentius emicuit, cum errorum vis late serpentium, vel exundans morum corruptio, vel potentium adversariorum impetus militantem Dei Ecclesiam in discrimen adducere visa sunt. — Veteris et recentioris aevi historiae, ac sanctiores Ecclesiae fasti publicas privatasque ad Deiparam obsecrationes et vota commemorant, ac vicissim praebita per Ipsam auxilia partamque divinitus tranquillitatem et pacem. Hinc insignes illi tituli, quibus Eam catholicae gentes christianorum Auxiliatricem, Opiferam, Solatricem, bellorum Potentem, Victricem, Paciferam consalutarunt. Quos inter praecipue commemorandus solemnis ille ex Rosario- ductus, quo insignia Ipsius in universum christianum nomen beneficia ad perpetuitatem consecrata sunt. — Nemo vestrum ignorat, Venerabiles Fratres, quantum laboris et luctus, saeculo duodecimo exeunte, sanctae Dei Ecclesiae intulerint Albigenses haeretici, qui recentiorum Manichaeorum secta progeniti, australem G-alliae plagam atque alias latini orbis regiones perniciosis erroribus repleverant; annorumque terrorem circumferentes, late dominari per clades et ruinas moliebantur. Contra huiusmodi teterrimos hostes virum sanctissimum, ut nostis, excitavit misericors Deus inclitum scilicet Dominiciani Ordinis parentem et conditorem. Is integritate doctrinae, virtutum exemplis, muneris apostolici perfunctione magnus, pugnare pro Ecclesia catholica excelso animo aggressus est, non vi, non armis, sed ea maxime precatione confisus, quam sacri Rosarii nomine ipse primus instituit, et per se, per suos alumnos longe lateque disseminavit. Dei enim instinctu ac numine sentiebat futurum, ut eius precationis ope, tamquam validissimo instrumento bellico, victi hostes profligatique vesanam impietate audaciam ponere cogerentur. Quod reipsa evenisse compertum est. Etenim ea orandi ratione suscepta riteque celebrata ex institutione Dominici Patris, pietas, fides, concordia restitui, haereticorum molitiones atque artes disiici

passim coepére: ad haec, plurimi errantes ad sanitatem revocati, et catholicorum armis, quae fuerant ad vim propulsandam sumpta, impiorum compressus furor.

Eiusdem precationis efficacitas et vis mirabiliter etiam perspecta est saeculo decimo sexto, cum ingentes Turcarum copiae Europae prope universae superstitionis et barbariae iugum intentarent. Quo tempore sanctus Pius V Pontifex Maximus, excitatis ad communium rerum tutelam principibus christianis, omni studio in primis egit ut potentissima Mater Dei, per Rosarii preces implorata, nomini christiano volens propitia succurreret. Nobilissimum sane spectaculum per eos dies caelo terraeque exhibitum omnium in se mentes animosque convertit. Hinc enim Christi fideles non procul a Corinthiaco sinu vitam et sanguinem pro religionis patriaeque incolumitate fundere parati, hostem interriti opperiebantur: illinc inermes pio supplicantium agmine, Mariam inclamabant, Mariam ex Rosarii formula iteratis vicibus consalutabant, ut certantibus adesset ad victoriam. Adstitit exorata Domina; nam commisso ad Echinadas insulas navali praelio, christianorum ciassis, sine magna suorum clade, fusis caesisque hostibus, magnifice vicit. Quare idem sanctissimus Pontifex in accepti beneficii memoriam, anniversarium tanti certaminis diem honori Mariae Vi«tricis festum haberi voluit: quem Gregorius XIII titulo Rosarii consecravit.

Simili modo, superiore saeculo, semel ad Temes variam in Pannonia, semel ad Corcyram insulam nobilis est de Turcarum copiis victoria reportata: idque sacris Magnae Virgini diebus, precibusque pio Rosarii ritu ante persolutis. Quae res Clementem XI Decessorem Nostrum adduxit ut grati animi ergo, solemnem Deiparae a Rosario honorem quotannis habendum tota Ecclesia decreverit.

Igitur cum sacra haec precandi formula tantopere Virgini grata esse dignoscatur, eaque ad Ecclesiae populique christiani defensionem et ad divina beneficia publice privatimque impetranda apprime conferat; mirum non est, eximiis eam praeconiis alios quoque Decessores Nostros efferre atque augere studuisse. Sic Urbanus IV *quotidie per Rosarium christiano populo bona provenire* testatus est. Sixtus IV hunc orandi ritum *ad honorem Dei et Virginis, et ad imminentia mundi pericula propulsanda opportunum;* Leo X *adversus haeresiarchas et gliscentes haereses institutum,* et Iulius III *romanae Ecclesiae decorem* dixerunt. Itemque de eo sanctus Pius V, *hoc,* inquit, *orandi modo evulgato, coepisse fideles iis meditationibus accensos, iis precibus iriflammatos, in alios*

viros repente mutari, haeresum tenebras remitti, et lucem catholicae fidei aperiri. Demum Gregorius XIII, *Rosarium a beato Dominico ad iram Dei placandam et Beatae Virgulis intercessionem implorandam fuisse institutum.*

Hac Nos cogitatione, exemplisque Decessorum Nostrorum permoti, opportunum omnino censemus solemnes hoc tempore supplicationes ob eam caussam institui, ut invocata per Rosarii preces Virgine augusta parem necessitatibus opem a Iesu Christo eius Filio impetremus. — Perspicitis, Venerabiles Fratres, Ecclesiae labores dimicationesque diuturnas et graves. Christianam pietatem, publicam morum honestatem, fidemque ipsam quae summum est bonum virtutumque ceterarum principium, maioribus quotidie periculis videmus oppositam. Item difficilem conditionem variosque angores Nostros non modo cognoscitis, sed facit caritas vestra ut quadam Nobiscum societate et communione sentiatis. Miserrimum autem est, ac longe luctuosissimum, tot animas Iesu Christi sanguine redemptas, quodam aberrantis saeculi veluti correptas turbine, praecipites in peius agi atque in interitum ruere sempiternum. Igitur divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor quam cum magnus Dominicus ad publica sananda vulnera Marialis Rosarii usum invexit. Ille vero caelesti pervidit lumine, aetatis suae malis remedium nullum praesentius futurum, quam si homines ad Christum, qui *via veritas et vita* est salutis per Eum nobis partae crebra commentatione rediissent; et Virginem illam, cui datum est *cunctas haereses interimere,* deprecatricem apud Deum adhibuisset. Idcirco sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostrae mysteria ordine recolerentur, et huic meditandi officio mysticum innecteretur sertum ex angelica salutatione contextum, interiecta oratione ad Deum et Patrem Domini Nostri Iesu Christi. Nos igitur haud absimili malo idem quaerentes remedium, non dubitamus, quin eadem haec a beatissimo viro tanto cum orbis catholici emolumento inducta precatio, momenti plurimum habitura sit ad levandas nostrorum quoque temporum calamitates.

Quamobrem non modo universos christianos enixe hortamur, ut vel publice vel privatim in sua quisque domo et familia pium hoc Rosarii officium peragere studeant et non intermissa consuetudine usurpent, sed etiam INTEGRUM ANNI LABENTIS OCTOBREM MENSEM caelesti Reginae a Rosario sacrum dicatumque esse volumus. •— Decernimus itaque et mandamus, ut in orbe catholico universo hoc item anno solemnia Deiparae a Rosario peculiari religione et cultus

splendore celebrentur ; utque a prima die proximi octobris ad secundam subsequentis novembris, in omnibus ubique curialibus templis, et si Ordinarii locorum utile atque opportunum iudicaverint, in aliis etiam templis sacrariisve honori Deiparae dedicatis, quinque saltem Rosarii décades, adiectis Litaniis Lauretanis religiose recitentur : optamus autem ut ad has preces conveniente populo , eodem tempore vel sacrum ad altare fiat, vel Sacramento augusto ad adorandum proposito, sacrosancta deinceps hostia pius supplicandum coetus rite lustretur. — Magnopere probamus, sodalitates a Rosario Virginis solemni pompa vicatim per urbes, accepta maioribus consuetudine , publicae religionis caussa procedere. Quibus autem in locis id iniuria temporum forte non licet, quidquid publicae religioni ex hac parte detractum est, frequentiore redimatur ad sacras aedes accursu ; et diligentiore virtutum christianarum exercitatione fervor pietatis eluceat.

Eorum autem gratia , qui quae supra iussimus facturi sunt, libet caelestes Ecclesiae thesauros recludere, in quibus ipsi incitamenta simul et praemia pietatis inveniant. Omnibus igitur qui intra designatum temporis spatium, Rosarii cum Litaniis publicae recitationi interfuerint, et ad mentem Nostram oraverint, septem annorum itemque septem quadragenarum apud Deum indulgentiam singulis vicibus obtinendam concedimus. Quo beneficio frui pariter posse volumus, quos supplicationibus publicis supra dictis legitima causa prohibeat, hac tamen lege ut eidem sacrae exercitationi privatim operam dederint , itemque Deo ad mentem Nostram supplicaverint. — Eos vero qui supra dicto tempore decies saltem , vel publice in sacris templis, vel iustas ob causas privatis in domibus eadem peregerint, et, expiatis rite animis, sacra de altari libaverint , piaculo omni et statis admissorum poenis ad pontificalis indulgentiae modum exsolvimus. — Plenissimam hanc admissorum suorum veniam omnibus etiam elargimur, qui vel in ipsis beatae Mariae Virginis a Rosario solemnibus, vel quolibet ex octo consequentibus diebus, ablutis pariter salutari confessione animis , ad Christi mensam accesserint, et in aliqua aede sacra pro Ecclesiae necessitatibus ad luentem Nostram Deo et Deiparae rite applicaverint.

Agite vero, Venerabiles Fratres; quantum Vobis curae est et Mariae honos et societatis humanae salus, tantum studete populorum in Magnam Virginem alere pietatem, augere fiduciam. Divino quidem munere factum putamus, ut, vel turbulentissimis hisce Ee-

clesiae temporibus, in maxima christiani populi parte stet ac vigeat antiqua in augustam Virginem religio et pietas. Nunc vero exhortationibus his Nostris excitatae , vestrisque vocibus incensae «hristianae gentes vehementiore in dies animi ardore sese in Mariae tutelam fidemque recipiant ; et adamare magis ac magis insistant Marialis Rosarii consuetudinem, quam maiores nostri non modo uti praesens in malis auxilium, sed etiam nobilis instar tesserae christianae pietatis habere consueverunt. Obsecrationes concordes ac supplices libens excipiet humani generis Patrona caelestis, illudque facile impetrabit, ut boni virtutis laude crescant; ut devii sese ad salutem colligant ac resipiscant; ut vindex scelerum Deus ad clementiam ac misericordiam conversus rem christianam remque publicam, amotis periculis, optatae tranquillitati restituat.

Hac spe erecti, Deum ipsum, per Eam in qua totius boni posuit plenitudinem, summis animi Nostri votis enixe obsecramus, ut maxima quaeque Vobis , Venerabiles Fratres , caelestium bonorum munera largiatur : in quorum auspicium et pignus, Vobis ipsis et Clero vestro et populis cuiusque vestrum curae concreditis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud s. Petrum die i Septembris A. MDCCCLXXXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LEO PP. XTTT.

Sanctissimi Domini Nostri Leonis divina providentia Papae XIII Epistola ad Archiepiscopum Vindobonensem ob memoriam saecularem Vindobonae liberatae.

VENERABILI FRATRI
CAELESTINO IOSEPHO ARCHIEPISCOPO VINDOBONENSI

LEO PP. XIII.

Venerabilis frater salutem et apostolioam benedictionem

Delectarunt Nos tuae litterae, quibus significabas, solemnia istic apparari ad memoriam faustissimi eventus pridie Idus Septembris recolendam , scilicet Vindobonam duobus ante saeculis eo ipso die teterrima obsidione liberatam : simulque orabas, ut in tali re ac

tempore singularia quaedam pontificalis indulgentiae munera populo tuo in expiationem animarum tribueremus. Te quidem precibus compotem, dato iam in id diplomate, fecimus: idque eo libentius, quo ea, quae benigne coneessimus, non modo ad decorem saecularis celebritatis, sed, quod pluris est, ad pietatis exercitationem et incrementum valent. — Ceterum praeclara illa ex hoste potentissimo victoria, quam proxime commemorabitis, fuit profecto eiusmodi, ut eius recordatione non minus Ecclesia quam respublica iure laetetur ; propterea quod utriusque consilio operaque parta, utrique fuit maiorem in modum salutaris. Plures enim iam menses circumsederant civitatem hostes maximis copiis: et quamvis in propugnatione cives cum militibus de virtute certarent, in eo tamen Vindobona erat, ut in hostium veniret potestatem , eamdem expertura fortunae conditionem , quae civitates non paucas iam afflixerat. Capta autem urbe imperii maxima, facile intelligitur quid fuisset ceteris imperii partibus , quid ipsi augustae Principum stirpi metuendum. Quid vero si, expugnata Vindobona, elatus victoria hostis impressionem in Occidentem fecisset?

Sed et calamitatis longe gravioris imminebat periculum. Neque enim de imperio solum rebusque publicis, sed de ipsa religione fideque catholica ad Vindobonam dimicabatur. Hostiles illi discursus eo nimirum spectabant ut, deleto Evangelio christiano, Mahumedana superstitio per Europam propagaretur : quo semel facto , refugit animus easque dicere reformidat ruinas , quibus esset oppressus Occidens. Quod igitur Deus foederatis principibus largitus est, ut e certamine Vindobonensi superiores discederent , mirabiliter fuit catholico nomini salutare. Ac merito quidem tunc successu gestiens christianus orbis pro magnitudine beneficii studuit singulares gratias Deo bellorum potenti persolvere. Tu vero, Venerabilis Frater, ceterique ex Austria Episcopi, redeunte iam tanti eventus saeculari memoria, opportune decrevistis pietatis significationes renovandas, quas maiores vestri prae ceteris, re recenti, ediderunt.

Cum vero in unius urbis liberatione incolumi tas rei christianae ageretur , consequens erat ut eam ob caussam tantum contenderet Apostolica Sedes , quantum reapse contendit. Constat enim inter omnes, quod libentes commemoramus hoc loco, clarum illud facinus, fructusque qui consecuti sunt, magna ex parte ad laudem huius Apostolicae Sedis pertinere. Siquidem romani Pontifices decessores Nostri, muneris sui memores, nihil antiquius habere consueverunt, quam ut integritatem fidei catholicae , propulsandis inimicorum

iniuriis, tuerentur. Propterea quemadmodum plures ex iis antea de Hierosolymis liberandis curarant, posteaque s. Pius V auspicatissima expeditionis navalis auctor extiterat ; eodem modo anno MDCiiXxxin suasor et adiutor rei gerendae Innocentius XI fuit. Is ut Turcarum vim prospexit rei catholicae imminentem , deprecari periculum oportere omni ratione iudicavit. Quamobrem excitatis catholicorum principum studiis, illud assecutus est ut imperator Leopoldus I foedus faceret cum Ioanne Sobieski rege Poloniae, qui maxime necessario tempore civitati subvenit, foederatis copiis summo cum imperio praefectus. Praeterea ancipiti re et suspensis animis inter spem metumque , cunctantes Innocentius impulit, timentes confirmavit ; res ad bellum necessarias magnam partem contulit : supplicationes propitiando Deo singulares indixit, denique ad percipiendos conservandosque victoriae fructus prudenter animum appulit. — Itaque in tam difficili tempore rursus apparuit, spem salutis publicae exploratam et verissimam in concordia principum cum Apostolica Sede esse positam: suspicionum et simultatum serere inter utramque potestatem caussas , iustitiae simul esse prudentiaeque contrarium, nec minus civitati quam Ecclesiae perniciosum.

"Res vero , quas maiorum vidit aetas , admonitioni et exemplo posteris esse oportet : magnorumque eventuum tunc futura est utilis et opportuna recordatio, si salubria ex illis documenta capiantur. Truditur aetas aetate ; fuga temporum casus quotidie affert genere varios: verumtamen sunt quaedam in ipsa varietate similitudines. Profecto fuit illa christianarum gentium magna calamitas, quod diu multumque debuerint Mahumedanorum vim atque arma extimescere, qui animo proposuerant, quod maxima Orientis parte effecerant, despoliare Occidentem sapientia christiana, doctrinaeque et legum et morum deterrimum genus imponere. Quod si indignum prohibere iugum, si tantos impetus continere licuit, coniunctioni animorum tribuatur viribusque consociatis romanorum Pontificum, et Principum, et populorum christianorum. R-es enim erat cum hostibus validissimis ; et summa illa vel religionis vel humanitatis bona, in extremum vocata discrimen, conservari sine tali concordia minime potuissent. — Item aetate hac nostra acerbe exercetur Ecclesia, quamquam aliis et inimicis et artibus. Inferunt arma catholico nomini non tam externi , quam domestici , incruento sed acri tamen funestissimoque certamine. Eodemque tempore ipsam potestatem principum convellere adorti sunt, pessimisque doctrinis perturbant funditus disciplinam civitatis. Iamvero ad sanandum tantum

malum inest in Ecclesiae catholicae institutis virtus mirifica : ita ut, utriusque potestatis amice conspiratis viribus , multo posset expeditius praesentiusque parari remedium. Atque haec, quae Nos tam saepe commemoramus , utinam in animos hominum aliquando penetrarent. Cuius rei caussa vellemus, quotquot ubique sunt qui Ecclesiam vere diligant, communem parentem suam fortes et animosi defenderent, eidemque , quo posset munus suum ad salutem privatam ac publicam commodius efficere, suam singuli operam praestaret. Quoniam vero usitatum inimicis est scriptis praesertim quotidianis ad nocendum abuti , intelligant catholici viri, quanti referat , ut in hac dimicationis forma non segnior defensio quam oppugnatio sit. Ex multis tuendae religionis rationibus, haec Nobis videtur valde probabilis, ct omnino accommodata temporibus, scripta scriptis refutare, et insidiosa adversariorum artificia convincere.

Tu vero, Venerabilis Frater, tuique istic in episcopatu collegae, quos tecum pariter per has litteras Nostras alloquimur, date operam, ut expectationem desiderii Nostri auctoritate sapientiaque vestra pro viribus expleatis. G-avisuri sumus nec Ecclesiae solum, sed etiam Imperio , si saecularis memoria nobilissimi triumphi ad firmandam valuerit totius nationis vestrae cum Apostolica Sede concordiam ac benevolentiam, cuiusmodi in illo temporis vestigio fauste feliciter eluxit. Nos quidem vobiscum animo et voluntate coniuncti, nominatim in hos proximos dies , hoc orare Deum omnipotentem enixe studebimus, ut carissimum in Christo filium Nostrum FRANCISCUM IOSEPHUM Imperatorem, augustamque domum Eius sospitet , tueatur; et universo Imperio benigne largiatur salutem et sine ulla offensione tranquillitatem. Tibi interim ceterisque Episcopis. Clero, populoque ex Austria, ex Hungaria , uberrimam caelestium munerum copiam imploramus: quorum auspicem et praecipuae benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud s Petrum die xxx Augusti \. MDCCCLXXXIH. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PINNEN. ET ATRIEN.
AC NULLIUS MONTIS CASSINI

APERITIONE ORIS ET IURISDICTIONIS.

Die 5 Maii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Abbatia s. Vincentii in Volturno, Nullius Dioecesis, iam a IX saeculo pleno iure, oppidum vulgo ***Cellino*** possedit duplici iurisdictione; nempe civili et ecclesiastica; nec unquam, usque ad promulgationem Concilii Tridentini, exturbata fuit in hac duplici possessione; quin imo pluries, tum a Romanis Pontificibus, tum a principibus saecularibus insignita fuit privilegiis atque honoribus.

Vertente tamen saeculo XVI. post Concilii promulgationem, quo tempore Abbatia in commendam concedebatur alicui Praelato una cum duplici iurisdictione, quaestiones et dissidia inceperunt enasci Abbatem inter et Episcopum Pinnensem, qui innixus decretis conciliaribus autumavit penitus, vel saltem ex parte, destructam fuisse iurisdictionem Abbatis, hoc tamen contradicente. Imo eo usque res pervenerunt, ut Sixtus V coactus fuerit ad pacem restituendam inter contendentes constituere Cardinalem Ioannem Antonium tituli ss. Quatuor Coronatorum tamquam arbitrum quaestionis. Is revera, re mature perpensa, Pontifici quamdam proposuit concordiam, quae deinde ab ipso confirmata fuit. Concordia haec, praeter alia, concedebat tum Episcopo Pinnensi, intra cuius Dioecesis fines erant oppida controversa, tum Abbati

iurisdictionem alternativam, exercendam ab unoquoque per annum.

Res ita compositae rite processerunt usque ad annum 1700; quando plenaria iurisdictio Abbatiae s. Vincentii in Volturno incorporata fuit Dioecesi Montis Oasini per publicum instrumentum. Quum tamen praedicta concordia ostium aperuerit innumeris incommodis, Episcopus Pinnensis et Abbas in substitutionem huius alternativae iurisdictionis quamdam permutationem locorum proposuerunt, quae nihilominus nunquam ad exitum perducta fuit. Quandoquidem Episcopus Pinnensis, implorato auxilio Regis utriusque Siciliae Ferdinandi secundi, die 31 Augusti 1852 Decretum obtinuit S. C. Consistorialis, motu proprio firmatum, in quo haec statuebatur: « Ut super ipso oppidulo, vulgo ***Cellino,*** eiusque incolis, territorio, rebus et iuribus ordinaria iurisdictio sit cuique Pinnensi pro tempore Antistiti exclusive dehinc penitus attributa, perpetuoque concredita, reservato tamen quocumque iure patronatus, si quod ante praefatam concordiam favore Abbatis pro tempore Cassinensis inibi extiterit. >• Verum in perennem huiusce rei memoriam honorificae quidem recognitionis gratia, ex mandato eiusdem S. S. quotusquisque Pinnensis pro tempore Antistes teneatur quottannis in pervigilio festi s. Benedicti Abbatis sex cereos trilibres Abbatiali EW^esiae Cassinensi religiose offerre ac tradere.

Abbas vero illius temporis coactus, praesertim ex decretoria Regis voluntate, Decreto obtemperavit et, emissa contra ipsum legitima protestatione, prius in natura dein in numerata pecunia tributum accepit usque ad annum 1872; quo tempore Episcopus cessavit etiam hoc tributum Abbati rependere. Nunc vero, ob mutatas rerum circumstantias hodiernus Abbas animadvertens, nullum modo a saeculari potestate impedimentum metuendum esse, recursum habuit ad S. C. C. humillime implorans: ut decretum revocetur ceu obreptitium, et laesivum iurium suorum.

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO PRAESULIS CASSINENSIS. Huius patronus ait: Cassinensis Abbas nunquam oppugnavit nec hodie oppugnat al ternati vae tollendae propositum. Cum vero non modo alternativam habeat cum Episcopo iurisdictionem, sed pri vati vum etiam ius beneficia omnia conferendi, cum scilicet apostolica auctoritate praecipuam partem possideat in hac potestatis divisione, unum quaerit ut sibi cuncta cedenti ***aliquid vicissim concedatur*** ab Episcopo qui omnia accipit. Episcopus contra voluisset quidem ad initio omnia accipere sed ita ut nihil compensationis loco concederet. Ipse Episcopus confessus est S. Cong. Episc, et Reg. sibi enixe commendavisse, ut rem cum Abbate componeret. Hinc arbitratus, idem Antistes negocium permutationis ope componendum esse scripsit ad Abbatem, sese haud alienum esse a cessione alicuius oppidi. Et Abbas rescripsit libenter excipere aequae permutationis propositum. Etsi vero permutatio ab Episcopo proposita aequa non videretur, tamen Abbas eamdem prudenter amplexus est. Hinc res eo pervenerat ut nihil ad permutationis robur deesset, praeter utriusque « potestatis sanctionem. Sed Episcopus consilium mutavit et gratuitam concessionem non a Cassinensi Monasterio, sed Pontificis iussu meditari coepit. Et re quidem vera quum die 31 Augusti decretum S. C. Consistorialis editum fuerit, liquere ait defensor, tum quod omnia multo ante parata erant: et decreti fundamentum hoc fuisse videri, nempe concordiam de permutatione perfici non potuisse - ***Verum omne ad hanc conciliandam rem consilium incassum prorsus abiit*** - atque ideo Pinnensi Antistiti iurisdictionem omnem esse tribuendam.

Dum contra, iuxta Abbatis patronum, haec esset summa rerum, nempe ex litteris evinci, inter utramque partem de permutatione convenisse inter oppida ***Cellini*** et ***Cepagatti:*** negocium in suspenso relictum fuisse ab Episcopo qui ad

aliud tempus ablegavit. Interea hunc adivisse. Romanum Pontificem, qui hortatus est ut conventionem cum Abbate iniret. Attamen, dum haec agerentur, inopinato decretum empisse.

Hisce in facto positis, de obreptione imprimis disserit Abbatis Cassinensis defensor, quam luculentissime probari, ait, ex decreti verbis - ***Verum omne ad hanc conciliandam rem consilium incassum prorsus abiit.*** - Quippe alienissimum a veritate est conciliationem perfici non potuisse. Episcopus enim permutationem obtulit cum oppido ***Cepagatti.*** Praesule Cassinensi consentiente, ille resiluit; sed ita resiluit ut tractatus infra annum esset resumendus. Abbas interea loca lustrare ac deinde consilia cum Episcopo conferre debebat: quod Episcopus aequissimum censuit. In his vero adiunctis atque in ipso tractatu Pontifici narratum est conventionem fieri non posse atque idcirco aliter esse consulendum. Id igitur non modo veritatis occultationem sed deceptionem appellavit. Nam Episcopus non modo nunquam Abbati significavit se nolle rem componere: immo vero semper se permutationi pertractandae paratum significavit, atque ita permutationis propositum semper utrimque confirmatum fuit.

Atque hic defensor primo Episcopi narrationem bona fide sustineri non posse ostendit, qui Pontifici dixit - ***ad hanc conciliandam rem consilium incassum prorsus abiit -.*** Quippe de Episcopi tractatibus nihil s. Congregatio scire poterat nisi vel ab ipso Episcopo vel ab aliis, Episcopi nomine, accepisset, qui unus omnia gesserat. Atqui permutationis tractatum nunquam in uteris partes deseruerunt : ast ipsa pendente visitatione, Episcopus omnia in irritum cessisse Pontifici exposuit.

Ut vero ostenderet quod posita formidolosa occultatione quaeri non debeat, utrum cognita veritas Pontificem nec ne removisset, testem invocat ***Innocentium III in Uteris ad canonicum Pictaviensem cap.*** *20* ***de rescriptis.*** Ac vulgatum inter prudentes adfirmavit, in his adiunctis supervacaneam esse investigationem, utrum aliae concedendi causae

extiterint, utrum mendacium in grave argumentum inciderit, aliave eiusmodi. Satis enim est, **data** opera corruptam fuisse veritatem, teste ***Fagnan. in cap. super Uteris de rescriptis num. 10 seqq.*** et ***Schmalzgrueber lib. 1 tit. 3 §. 3 num. 15*** qui tradit **-** ***Distinctio illa an Papa vel princeps adhuc dedisset literas nec ne, solum locum habet quando obreptio vel subreptio contingit per simplicitatem vel ignorantiam, non vero quando per dolum: tunc enim in poenam doli et malitiae indistincte vitiatur rescriptum*** **-.**

Quaestionem praeterea de Pontificis mente exploranda, in facto inutilem defensor appellavit. Si enim Pontifex veritatem novisset, scilicet compensationem adhuc pertractari, vel decretum non tulisset, vel ita tulisset, ut Abbas aequa compensatione iacturam rependeret. Hoc imprimis evinci tradit ex decreti textu, in quo una statuendi causa apparet, quod nulla inter partes conventio fieri potuit. Hac vero causa sublata, nihil aliud restat quam incomoda alternativae iurisdictionis : quae tamen eadem ratione deleri potuissent, adhibita inter partes permutatione. Et re quidem vera, ceu scripsit Episcopus ad Abbatem, Pontifex, paucis ante decretum mensibus, voluit negocium dirimi per conventionem; nec per imperium diremit, nisi quia falsis suasionibus deceptus impossibilem conventionem putavit. Unde conclusit non modo insidiose praereptam concessionem fuisse, sed ea falsitate, quam si s. Congregatio et Pontifex no vissent, **a** concessione abstinuissent.

Tum alterum obreptionis fundamentum ex iurisdictionis titulo desumit, quem Pontifex ignoravit atque ignorantiae causa contempsit. Scilicet rem iudicatam quam et Episcopus et Abbas Cassinensis unanimi suffragio acceptam scripto voluerunt, Xystus **V.** Apostolica constitutione ac motu proprio confirmavit iis verbis - ***Auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus et approbamus, illique plenariae et inviolabilis firmitatis robur adiicimus*** -, iis omnibus clausulis adiectis quae **a** quolibet Pontifice aliter decernente expressam derogationem requirunt. Nam post cia-

usulam - ***sublata*** - ac decretum irritans, illud etiam adiunxit - ***Non obstantibus... statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Uteris Apostolicis etc.***

Consistoriale decretum huic Apostolicae Constitutioni non derogavit: immo vero eius ne mentionem quidem in decreto incidit. Unum Pontifici narratam fuit - ***Inter Pinnensem Ordinarium et Abbatem Cassinensem iam inde ab anno 1859 initam fuisse concordiam.*** - At Sacra Congregatio quae decrevit, et Pontifex qui decretum sancivit, prorsus ignorabunt, Xystum V qui iudicem delegaverat post sententiam, post partium agnitionem Apostolicis Uteris legem dicere voluisse.

Omissionem vero eiusmodi esse ait Cassinensis Praesulis defensor ut semper voluntatem concedentis removeat: iuris enim praesumptione censetur eum non concessurum, vel saltem alia ratione concessurum fuisse si praecedentem apostolicam constitutionem cognovisset. Quibus in terminis nova concessio perinde habetur ac si facta non sit, auctore ***Alexandro III in cap. 3 de r eser.*** et ***Schmalzgrueber in lib. 1 tit. 3 §. 9,*** qui haec addit « ***Ratio est quia si Papa vel princeps recordatus fuisset prioris rescripti, posterius vel omnino non, vel non eodem, modo concessisset, ut adeo censeatur citra eius consensum extortum.*** »

Quae cum ita sint, obsequii potius quam necessitatis causa hoc in capite aperitionem oris se implorasse adfirmavit: obreptionis enim vitium ita novissimum decretum et Pontificiam sanctionem inficit ut ***ipso iure*** irrita censeantur. Neque obiciendum posteriora prioribus derogare, cum inter se contraria sint. Hoc enim in generali tantum lege obtinet, non in speciali, cuiusmodi est Cassinensis iurisdictionis controversia. Imo vero ne in generali quidem lege posteriora derogant prioribus, siquidem haec extra corpus iuris posita sint, teste eodem ***Schmalzgrueber in lib. 1 tit. 2 §. 52.***

His expensis, alia quoque ex causa decretum revocari exposcit defensor. Ita enim Apostolica Sedes iustitiam et

aequitatem gentibus ministrat, ut nunquam scienter ab **iis** deflectere censeatur. Si quando alienis undecumque suasionibus deflecte re contingat, idque coram eadem s. Sede probetur, actus ea iubente corruit, quia deliberata et consulta defuit statuendi voluntas : teste ***Rota in Romana aperitionis oris quoad decretum 30 maii 1804 lunae 21 aprii. 1823 coram Corsi § 1 seqq.*** quae docuit ***- Admittenda statim est oris aperitio adversus supremi Principis ac praesertim Summi Pontificis gratiam vel rescriptum, ubi constet alterius iura graviter eco eopessumdata ac laesa fuisse -,*** atque iterum ***- Ex hoc enim satis declaravit Pontifex si rescriptum iuri adversetur et alteri iniuriam attulerit tamquam alienum a voluntate sua, nullius momenti esse aestimandum. -***

Atqui iniuriam quam Episcopus per decretum irrogavit monasterii iuribus apertissime flagrare adfìrmavit. Duo decreti fundamenta sunt: concordia, eiusque incommoda, ex quibus decretum concludit iurisdictionem esse Episcopo adscribendam : sed conclusio nulla iustitiae, aequitatis, prudentiae ratione sustineri posset. Licet enim alternativa iurisdictio delenda esset, licet per concordiam removeri non posset atque uni esset adscribenda, licet ratione commoditatis in regimine praeferendus esset Episcopus, decretum in hac nova rerum conditione nullam de monasterii iuribus rationem habuit, quae tamen potiora et antiquiora erant. Cum enim par inter Abbatem et Episcopum esset iurisdictio alternis annis exercenda, beneficiorum tamen collatio privative ad Monasterium pertinebat. Commutari igitur haec iura poterant, deleri non poterant.

Neque obiiciendam, ait, publicae utilitatis rationem. Cum enim aliena iura invadere publicae utilitatis causa contingat, ei qui iacturam facit aestimatio debetur. Si' episcopus in sua dioecesi cum alterius damno lucratus est, damnum aequa ratione emendare tenetur. Nec movet Episcopo impositum annum illud sex cereorum onus ***- honorificae quidem recognitionis gratia-.*** Quippe **non** de honore ageba-

tur, sed de iure. Posset quidem huiusmodi tributis compensatio quaeri, cum alia aequior compensando causa reperiri nequeat. In causa vero cuilibet ex partibus suum territorium est: alteri oppidum accrescit, alteri non cereos sed territorium rependi decet. Cum igitur s. Consistorialis Congregatio et Pontifex, corrupta rerum veritate, aliud pro alio crediderint, eo negocium reverti postulat Abbatis defensor unde incoeperat; scilicet ad permutationem, quam Episcopus semper agnoverat. Abbas exceperat, Pontifex demandaverat.

Neque obreptionis vitium abstergi ait ex clausula - ***Motu proprio-:*** si enim Pontifex nemine postulante decernit, abstergi vitium potest, non autem si ad cuiusquam preces editis Uteris Apostolicis clausula illa cum ceteris ex communi quodam usu sit apposita. Praeterea, si constat animum concedentis deceptum fuisse, ea verba nullo in pretio haberi possunt: teste ***De Mosa par. 1 cap. 6 n. 109*** qui docet ***- Motus autem proprius non firmat gratiam contra voluntatem concedentis -.***

DEFENSIO EPISCOPI. EX alia vero parte observari potest quod nunquam licet adversus Constitutiones SSmi Pontificis conqueri, et oris aperitionem concedi, nisi evidentissime constet, eas infici labe et aliquo vitio subreptionis et obreptionis laborare Pontificemque in eis concedendis fuisse deceptum et circum ventum, Card. De Luca ***de iurisd. disc. 8 num. 6;*** Pv,ota ***coram Emo Crescentio decis. 116 num. 5, et decis. 141 num. l*** et in ***Reatina Applicationis dotium super aperitione oris 17 Iunii 1735*** §. ***Ratio coram SSmo.***

Porro nihil horum verificatur in themate. S?me ut dici possit manifeste constare de obreptione et subreptione Pontificemque circumventum fuisse, prae oculis haberi deberent exemplares preces, in quibus vel falsitas insidiaretur, vel veritas reticeretur. At in casu huiusmodi preces Episcopi Pinnensis, impetrantis Decretum a S. C. Consistoriali nos omnino latent. Nefas proinde esse videtur praesumere preces obreptitias vel subreptitias fuisse cum non agnoscantur. Imo hoc in casu contrarium prorsus dici deberet videlicet

preces omnino veritati consonas fuisse, siquidem quoadusque manifestissime non probetur eas aliqua labe infici, praesumendum est pro valore actus et Decreti; quia subreptionem non posse de facili verificari in iis, quae fiunt per Papam praevia consultatione s. Congregationis docet De Luca in *Annot. ad Concil, disc. 8 n. 10.*

Verum hoc etiam omisso, ea quae in Decreto habentur omnem obreptionis suspicionem respuere videntur. Siquidem ea omnia veritati consona sunt, nec aliquid relatum invenitur, quod cum facto concordare non appareat. Imprimis enim dicit Decretum, inter Abbatem et Pinnensem Ordinarium iam inde ab anno 1589 *concordiam* quamdam intercessisse, qua spiritualis iurisdictionis exercitium super oppidulo, vulgo *Cellino,* ab Episcopo et Abbate quotannis alterna vice peragendum continuo erat ; et hoc praecise confirmatur ex ipsa assertione Abbatis Cassinensis.

Narratum deinde, legitur in ipso Decreto, fuisse Pontifici ex promiscuo huius alternae iurisdictionis exercitio, gravia quandoque evenisse detrimenta, et quod quamvis quaedam alterutrimque proposita fuerant ad istiusmodi promiscuum iurisdictionis exercitium composite e medio tollendum, rem incassum prorsus abiisse.

Neque dicatur id culpae Episcopi tribuendum esse, qui quamvis nunquam destitisset uteris Abbatem hortare ut mutua concordia rem componeret nihilominus deinde ad alia consilia se contulit. Hic enim quaerendum non est cuius culpa vel quanam de causa hoc evenerit, sufficit quod factum Pontifici innotuerit. Relatum siquidem fuerat Pontifici quod proposita concordia perfici non potuit. Ergo si eo tempore quo edebatur Decretum concordia revera peracta non fuit, ut in facto constat, Decretum sustinetur, nec falsitatis nota infirmari ullimode potest. Proinde deneganda omnino videtur aperitio oris in casu.

Verum dato etiam et non concesso, preces obreptitias et subreptitias existere, tamen Decretum cum clausula - *Motus proprii* - tollere vitium subreptionis apud DD. explorata

res est. Audiatur sane inter ceteros Fagnanus in ***cap. Super Uteris de Rescript, n. 37.*** « Limita tertio nisi literae fue-
» rint obtentae motu proprio Papae, quia tunc subreptio
» etiam scienter facta non vitiat, et hoc propter virtutem
» motus proprii ipsius Principis, quae omnem subreptionem
» excludit ». ***Clement. Si Romanus de praebend. cap. Si motu proprio eod. tit. lib. 6 secundum B ero hic in secunda lectura num. 42; Rota decis. 353 num. I part. 4 recent.*** Haec enim clausula importat, Principem in rescribendo non processisse tantum ex iis, quae in supplicatione exposita, sunt seu ex causis in petitione allegatis, sed ex aliis causis, quas non revelavit motum esse; De Angelis in ***Praelect. iuris Can. lib. 1 tit. 3 num. 4.***

Nec interest utrum Decretum cum clausula **motus** proprii nemine postulante latum fuerit, nec ne. Siquidem Mandosius ***in Reg. 16, q. 4. num. 9.*** haec habet: « Insu-
» per responderi potest quod dato quod supponeremus impe-
» trantem supplicasse, et institisse coram Principe pro gratia
» obtinenda, non tamen ex hoc cessat quin possit dici esse
» verus motus proprius, et operetur omnes effectus veri et
» naturalis motus proprii. In mente enim Principis duo si-
» mul motiva concurrere possunt, scilicet concedendi motu
» proprio, et ad petitionem partis, et stant ista simul quod
» Princeps fuerit requisitus, et tamen potius dicatur motus
» ex seipso quam ad instantiam alterius, prout pulchre per
» Bald, in ***cap. Nisi specialis de offic legati, Cur. Sen.***
» cons. 65 super praemissa post num, S vers, non per
> ***hoc*** Nec audiretur ad effectum excludendi motum proprium
» opponens quod ad alterius instantiam gratia concessa sit:
» **Tum** quia Papa de mendacio redargueretur ad Ioan. Andr.
» in ***capitul. si motu proprio de praeb. lib. 6:*** tum quia
» (ut dixi) constat Papam uti voluisse hac clausula >. Posito igitur constare Decretum s. C. Consistorialis motu proprio editum esse, iniquum videtur de subreptione insuper loqui, cum omne vitium, si fortasse adfuit in precibus, sublatum censeri debeat ab inso Decreto motu proprio lato.

Quod magis magisque valere debet in themate ubi expresse cavetur ne supra huiusmodi vitium unquam disquisitio fiat.

Neque opponi posse videtur hoc posterius Decretum (diei 31 Augusti 1852) tantam vim. in se non habere i n firman d i priorem Constitutionem Sixtinam, exornatam omnibus iis clausulis, quae expressam derogationem requirunt. Quandoquidem Pontifex licet illis expresse non derogaverit nihilominus idipsum voluisse clare ostendit Consistoria^ Decretum, in quo tradit solummodo ex peculiaribus circumstantiis illas formulas derogatorias omisisse. Sensus igitur huius Decreti, motu proprio firmati hic est. Voluit Pontifex omnino rescindere illam concordiam anno 1589 peractam ; at obstabat Constitutio Sixtina cum clausulis irritantibus quae expressam derogationem requirere videbantur: decrevit proinde quod quacumque ratione ac modo habita fuerit illa concordia etiam si firmata per aliquam Constitutionem cum clausulis, quae specialem mentionem exposcerent, penitus abrogantur; quia adiuncta non perniittebant ut de illis specialis ratio haberetur nec in solemniori Bulla recenserentur. Iamvero notissimum est in iure quod quando verba clara sunt, uti in themate, non possunt ex generalibus iuris regulis restringi, ceu perbelle docet Fagnanus in ***c. Super Uteris 18 de Rescript, n. 34*** - ibi - « Ex his collige de-
» clarationem ad plenam regulam huius textus, quod lite-
» rae Apostolicae ad intellectum iuris sint reducendae: pro-
» cedit enim ubi verba hoc patiuntur; ubi vero nulla est
» ambiguitas, cessat haec communis interpretatio ***L. Ille***
> ***aut ille, §. Cum in verbis ff. De Leg. 3.*** Innoc. ***hic.***
» num. 2 et 3 in fin. Compost, ***num. 10;*** Abb. ***in 1 no-***
» tab. vers. Quod intelligo ».

Neque dicatur hoc secundum Decretum motus propri* college non posse ius tertii, seu ius quaesitum in prima Constitutione. Quandoquidem haec regula non valet quando in mota proprio eidem fuerit expresse derogatum, ad tradita, per Fagnanum in ***cap. Super Uteris de Rescript, num. .>'">*** cum Rota ***apud Caesar, de Gr sas. decis. 9 alias 3 de He-***

script, et decis. 1 num. 10 de verb. signif. quae decisiones fuerunt postea multoties approbatae, Seraph, ***decis. 1082 num. 6 et seqq.*** Quod autem in casu Pontifex huic regulae expresse derogaverit satis est ea perlegere quae in articulo II Decreti habentur.

Ex hoc igitur descendere etiam videtur, nullius momenti dise argumentum pro aperitione oris, desumptum ex gravi laesione iuribus Abbatis per decretum Consistoriale illata. Siquidem tunc solum ex hoc capite oris aperitio conceditur cum deest deliberata et consulta principis statuendi voluntas, quia SSmus Pontifex, iustitiae et aequitatis cultor et vindex, non praesumitur cuiquam nocere, non vero ubi haec deliberata voluntas adest, ut in casu. Tunc enim cessat huiusmodi praesumptio, et Decretum ex hoc capite amplius non potest infirmari. Cum enim Pontifex habeat in beneficiis et ipsorum bonis omnimodam et absolutam potestatem ; ***cap. 2 in princ, de prebend. lib. 6*** praesertim intercedente legitima cau^a, teste Fagnano ***in lib. Decr. c. 7 tit. Ne Cleric. vel Monachi num. 30,*** « potest unire Ecclesias, sup- > primere dignitates et alteram alteri subiicere, et iura » unius alteri dare ». Imo etiam sine causa Papam posse iura unius Ecclesiae auferre et dare alteri, si vult, aperte docent Lud. Roman, ***cons. 400 circa primum in 1 col., et in 10 col.,*** Corneus ***cons. 349 num. 6,*** dicentes hoc esse expressum ***in c. Ex multiplici, de decim. et in Clement. Dudum §. Nos de Sepult.***

Cum igitur luce meridiana pateat neque ex capite obreptionis et subreptionis, neque ex capite gravis laesionis infirmari posse Decretum s. C. Consistorialis diei **31** Augusti 1852, optimo iure concludi posse videtur aperitionis oris arbitrium in themate indulgendum haud esse. Idque eo vel magis quia iam a pluribus annis hoc Decretum executioni mandatum sit post enim executum Breve pontificium motu proprio elargitur, postque tempus pacifice praeterlapsum multo fortius os adversus illud obstructum et obclausum est; ***Rota in recent. 485 num. 5 part. 4 tom. 2 coram Coc-***

cino; decis. 1434 n. 7 et 27, et coram Molin. decis. 381 n. 3. Qualecumque autem futurum sit iudicium, expo-sci? ait Episcopus, ne ad priorem concordiam reditum fiat, ob damna et incommoda quae adhuc enascerentur ex alternativa iurisdictione. Neque rationabiliter Abbatis de Monte Cassino iurisdictioni subiici posset oppidulum illum, quia Cellino **a** Monte Cassino distat ducentis kilometris.

Neque ope permutationis res componi posset, quia deest iusta utilitatis Ecclesiae causa; quinimo in themate quaecumque permutatio obesset: quia fieri tantum posset cum dissitis ecclesiis Dioecesis Pinnensis. Et sollicitudo pastoralis animarum detrimentum caperet ex magna distantia, quae intercedit inter Dioecesim Pinnensem et Monasterium Montis Casini. Hinc rationabile est ut res permaneant in illo statu in quo reperiuntur spatio triginta annorum, nempe post decretum S. C. Consistorialis diei 31 Augusti 1852. Nam in themate etiam praescriptio favore Episcopi magis valet, quia per eam reditus fit ad ius commune. Quo in casu ss. canones adsistunt adeo ut nec titulus requiratur ; Fagnanus de Offic. Ord. cap. cum ab Ecclesiarum 3 num. 32.

Accedit etiam quod huiusmodi quaestio, teste Episcopo praeberet occasionem rixarum et altercationum.

Posito igitur ex una parte quod assertionibus Episcopi deferendum sit, cum Episcopus apprime informatus suarum Ecclesiarum existat, Scarfantonius in ***Addit. 22 num. 82; Rota decis. 397 num. 6 et seqq. part. 13 rec. decis. 685 num. 9 coram Cerro*** etc. et ex altera vero quod passim propter scandala vitanda multa concedantur, quae alias non concederentur, prout etiam multa prohibentur quorum prohibitio alias denegaretur, recedendo etiam a regulis iuris, et inconsueta tolerando; iacobutius ***de concil, lib. 3 art. 12 num. 114 et lib. 9 art. 3 n. 28 tom. 13 part. 1 fol. 339 et 346;*** Barbat. ***de praestant. Cardin, quaest. 1 basii. 1 num. 37 et 38 tom. 13 par. 2;*** Henric. Bott. ***de Synod. Episc. art. 2 conci. 1 num. 101;*** Stephanus Gratianus ***Discept. Forens. cap. 658 num. 9:*** iure meritoque con-

ciudi posse videtur in casu nihil innovandum esse, ne per innovationem via aperiatur scandalis, quae ab Episcopo timentur.

Hisce omnibus pro utraque Darte praemissis, enodanda proposita fuerunt sequentia

Dubia

I. ***An intret arbitrium pro aperitione oris in casu.***

Et quatenus affirmative.

II. ***An et quomodo sit consulendum in casu.***

Ad primum. ***Negative.***

Ad secundum. ***Provisum in primo: et Episcopum teneri ad solvendam annuam praestationem ad formam Decreti diei 31 Augusti 1852, etiam quoad praeteritum.***

Ex **QUIBUS COLLIGES.**

I. Oris aperitionem concedi tantum si evidenter constiterit, Constitutiones Pontificias infici labe et vitio subreptionis et obreptionis; ita ut in eisdem edendis Pontifex deceptus et circumventus fuerit (1).

II. Verba decreti s. C. Consistorialis in themate cum clausula ***motus proprii*** omnem obreptionis suspicionem respuere videri ; nam omnia quae ibidem narrantur veritati consona sunt, neque a facto ullimode discrepant.

III. Praeterea rescripta R. Pontificis, ex motu proprio exarata, infici nequire vitio subreptionis; quae omnino excluditur per virtutem motus proprii ipsius Principis: nescitur enim an Princeps processerit ex causis in petitione allegatis, seu ex aliis etiam, quas non revelavit.

(1) Pontifex indulget *arbitrium apertionis oris* quando disceptandum est de lite ad a nam finiendam decreta pontificia lata fuerint.

IV. Neque **dici** posse gratiam factam fuisse ad alterius instantiam, quaado adest clausula motus proprii; ne Papa de mendacio redargui videatur : etenim stare insimul possunt quod Princeps fuerit requisitus, et tamen potius dicatur motus a seipso.

V. In themate ergo videri non posse dubitari de subreptione; ex quo constat, decretum S. C. Consistorialis editum fuisse motu proprio ; quo sublatum fuisse censendum est quodcumque vitium, si adfuit.

VI. Quum enim Pontifex omnimoda et absoluta gaudeat potestate in beneficiis et ipsorum bonis, potest unire Ecclesias, si bonum animarum id expetat, supprimere, alteram alteri subiicere, et iura unius alteri dare ex deliberata voluntate; neque praesumitur velle alicui nocere; cum sit ipse iustitiae et aequitatis cultor et vindex.

VII. In themate neminem ambigere posse quod animarum bonum expetierit ut oppidulum ***Cellino*** omnimodae subiceretur Episcopi Pinnensis iurisdictioni, in cuius Dioecesi positum est et longe distet a Monte Cassino, ut expeditius bono animarum consuli queat.

EX 8. COIR, EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RIPANA

IURIUM PAROCHIALIUM.

Die 27 Aprilis 1883.

COMPENDIUM FACTI. Ex "remotissimis temporibus una tantum extitit paroecia in vetusto Oppido Grrottammare,dicata s. Ioanni Baptistae. Anno 1779 acciditut vehemens turbo quamplurimas excuteret domus istius paroeciae. in littore maris aedi-

ficatas. Pontifex Pius VI aliquam ingenti ruinae ferre cupiens medelam, onus Architecto dedit, ut in solidiori basi novae eximerentur domus, inter litus maris et montis radices; ubi paroecialis Ecclesia immota mansit. Apud domus, iussu Pontificis noviter ex solo excitatas, in bonum spirituale christifidelium Ecclesia constructa fuit, et s. Pio V dicata anno 1785. Ne spiritualis deficeret adsistentia, Presbyter constitutus fuit in nova Ecclesia cum onere Missam celebrandi diebus festis, doctrinam christianam pueros edocendi, catechismum peragendi, sacramenta in genere administrandi , et infirmis adsistendi. Anno 1787, ut firmiori ratione fidelibus consuleretur per Vicarium curatum, congrua eidem quinquaginta scutatorum constituta et, dimidium emolumentorum stolae concessum fuit, ex audientia SSmi.

Parvae inter Parochum et Vicarium curatum, successu temporis, agitatae fuerunt controversiae, quae insolutae manserunt. Nunc autem praesens prudentiae EE. Iudicum supponitur quaestio cuius haec est species. Marchio Laureati, divitiis et pietate conspicuus, humilitatis gratia, iussit ut proprium cadaver in Ecclesiam s. Pii V more pauperum efferretur. Post eius mortem, dispositio haec religiosam consecuta est executionem, neque Parochus obstitit. Quum tamen eidem innotuerit, marchionis filios, ***die trigesima,*** nobile velle funus pro anima patris explere, sibi solummodo, ait, ius esse funera, intra suae paroeciae limites peragendi; ita ut si haec in Ecclesia s. Pii explerentur, illuc accederet ad sacrum explendum ritum. Huiusmodi declaratio Vicario Parocho haud arridens, lis inter eos nata est, a quo ritus solemnis conficeretur. Episcopalis Curia interdum, prudenti consilio, Parocho s. Ioannis Baptistae litteras dedit, ut sacram perficeret functionem, nomine et delegatione Episcopi. Dein iussit utramque partem deductiones facere, in sui iuris tutelam ; quae deductiones haud respiciebant solemne funus tantum, sed indolem in genere et independentiam a parochia, nec non relationes Parochum inter et Vicarium curatum. Quibus expletis, eadem episcopalis Curia sententiam protulit, quoad quinque quaestiones principales, qua iura Ecclesiae matricis prorsus servantur. Constituit enim sententia, ad parochum huius Ecclesiae, ceu unicum Parochum, pertinere ius funera explendi etiam in Ecclesia

s. Pii V; super quam, utpote quae sit Ecclesia haud independens, neque exempta, sed filialis improprie, adiutrix, vel succursalis, plenam iurisdictionem Parochus habet; ceu plena est animarum cura, ad quam exercendam idem parochus ius et onus habet super omnes singulosque incolas, nedum antiquarum, sed etiam novarum domorum.

Ab hac sententia Vicarius curatus appellare statuit apud s. Congregationem Ep. et Reg. sub die 7 Februarii 1881: sed quum annus et ultra iam transiisset, neque appellationem prosecutus esset, Parochus s. Ioannis petiit ut appellatio perempta declararetur, aut saltem confirmaretur sententia Curiae episcopalis.

Disceptatio Synoptica.

Duplex in themate fuit enucleanda quaestio; quoad nempe appellationis interpositae peremptionem, et quoad iura quae sibi quisque vindicavit Parochus et Vicarius Curatus.

ANIMADVERSIONES QUOAD PRIMAM QUAESTIONEM. Quoad appellationem ex officio animadversum fuit, eam peremptam esse, et sententiam Curiae episcopalis iam transiisse in rem iudicatam. Quando enim ille, cui adversa fuit sententia appellationem interponit, sed prosequi actus eiusdem appellationis, tempore utili, negligit, facto appellationi nuncium mittit, sententiamque excipit: ***Iura enim vigilantibus succurrunt, dormientibus obstant.*** Hinc pluribus in casibus appellatio interposita et postea deserta, nullius momenti reputatur: idque rite fieri certum est; eoquod evenire posset ut mala partis victae cupiditate, inutiles fièrent sententiarum effectus, litesque in aevum produceretur. Quamobrem Gregorianus Codex §. 969, 970, 97 hisce ut obviam iret incommodis sex integros indulget menses appellanti ad appellationem prosequendam; quo tempore inutiliter elapso iure pleno appellatio perimitur.

Ex iure canonico iam annus designatus fuerat prosequendae appellationis gratia, ad tradita per Huth ***Ius Canonie tit. 28 de-appellat, resp. 4.*** « Annus incipit decurrere » a die interpositae appellationis. Intra id temporis, si ap- » pellans, iusto impedimento cessante, appellationem suam

» non fuerit prosecutus, deserta censebitur; ita tamen de » appellatione introducta, sed non continuata pronuntiet » iudex ad quem >. Idem praescribit Clementina ***3 de appel.*** «. quod si, iusto impedimento cessante, non fecerit, de» bebit eius appellatio deserta censeri >. Iure ergo in themate appellatio perempta censeri debet; ex quo annus et ultra elapsus sit et actus ad iudicem secundi gradus haud transmissi sint.

Attamen haud omittendum esse, leges canonicas m suis dispositionibus praeferre in praxi specialem aequitatem; si praecipue constet de appellantis voluntate, et quod usque ab initio adhibita non fuerit forma processus stricte regularis. Idque evenisse in themate ipsa episcopalis Curia deposuit. Exemplum vero recens prostat in ***Viterbien.*** appellationis die 13 Iunii 1879 (1): in qua haud admissa fuit praescriptionis appellatio, quamvis pars succumbens, quum obtinuisset ***audiatur,*** per tres annos litem non curaverit.

DEFENSIO PAROCHI. Relate autem ad sententiam Curiae episcopalis animadversum fuit quod novae domus iussu Pontificis Pii VI extructae, usque adhuc non constituerat paroeciam distinctam et a prima dismembratam. Quamvis autem rescriptum extet s. Congregationis Ep. et Reg. diei 16 Aprilis 1869, per quod facultas facta fuit Ordinario dismembrandi illam Ecclesiam ; tamen rescriptum hoc nullius fuit roboris, quia municipium numquam congruam conditionem impositam implevit.

Haud admittit eadem sententia in Ecclesia s. Pii V erectam fuisse veram propriamque vicariam perpetuam; quia documenta non adsunt, neque dismembratio antiquae paroeciae facta, neque territorii limites designati fuerunt. Ex quibus deduxit, numquam in Ecclesia s. Pii V institutum fuisse Vicarium perpetuum, qui iure aequiparari possit Parochis: quoniam dari nequit in aliqua Ecclesia adesse vicarium perpetuum absque praecedenti erectione vicariati; Leurenius ***For. Eccles, p. 1 q. 115.*** Idque eo fortius verificatur in Ecclesia s. Pii V, cuius Vicarius curatus onere missae pro populo numquam auctus fuit. Neque prodest, ut censeatur vicarius perpetuus, quod Cardinalis Corandini nomen dederit vicarii curati Sacerdoti praeponendo Sacramento-

(1) Prostat quaestio haec Vol. XII pag. 631.

rum administrationi in Ecclesia s. Pii V. ex quo alia deficiunt requisita. De Luca ait in quaestione huic consimili ***disc. 33 de pa roch.*** n. 11 « Sacerdos in ista nova Ecclesia > praepositus, non rector sed vicarius, seu adiutor rectoris » dicendus esset ».

Pariter neque relevat quod hic vicarius curatus institutionem ab Episcopo accipiat, post Municipii praesentationem; quia in iure novum non est quod parocho alicui designetur ab Episcopo cappellanus aut vicarius, qui parocho opem ferat in animarum ministerio; De Luca ***loc. cit.*** « Est quidem iste famulatus, sed necessarius, ut scilicet quis » cogatur habere illum famulum, vel ministrum, seu adiu- » torem, quem superior illi, quamvis invito, assignet. »

Praeterea eadem Curiae sententia recolit duo rescripta quae respiciunt statum vicarii curati, ut colligat eiusdem indolem. Per rescriptum diei 18 Augusti 1785 indulgetur duorum beneficiorum translatio ab Ecclesia matrici in Ecclesiam s. Pii V; et rector alterius ex illis deputatur in cappellanum curatum, adiectis certis oneribus. Per aliud vero rescriptum diei 31 Augusti 1787 indulta fuit reductio missarum Parocho Ecclesiae matricis, ut hic praestaret viginti scutata in annum pro congruae Vicarii curati complemento. Ex quibus ergo rescriptis emergit, Ecclesiam s. Pii V nil aliud esse quam succursalem, vel adiutricem veteris paroeciae, pro sollicitiori curae animarum implemento: et vicario curato eiusdem Ecclesiae nil aliud fuisse datum , quam determinata onera, cum certo emolumento. In actu institutionis nullum ius tributum umquam fuit vicario curato, qui nullum exercuit officium parochiale. Et re quidem vera numquam baptizare valuit, matrimoniis adsistere, communionem paschalem administrare, admittere ad primam communionem pueros, funera explere, statum animarum conficere, et alia exequi quae parochi sunt propria; quaeque a Parocho Ecclesiae s. Ioannis Baptistae peraguntur. Ex quibus colligit: 1. curam et ius parochiale integrum permanere apud Ecclesiam matricem; 2. unicam in oppido Grottammare esse paroeciam, et unum eius rectorem; 3. sacerdotem novae ecclesiae praepositum nil aliud esse, quam parochi Ecclesiae matricis coadiutorem, iuxta De Luca ***cit. disc. n. 10.*** « Cum > formalis erectio novae parochia*9- independentis, ex hac parte

* praeterea, secuta non esset, ita ut revera unica parochia
» esset dicta antiqua, seu matrix, moderna vero per quam-
^> dam improprietatem, potiusquam proprie dicta filialis, esset
» adiutrix, eiusque pars vel membrum: consequenter sacer
» dos in ista praepositus non rector, sed vicarius seu adiutoi
» rectoris dicendus est ».

Tandem quoad dimidium emolumentorum stolae, vicario tributum per rescriptum diei 31 Augusti 1787, animadvertit sententia episcopalis Curiae, Parochum illius temporis apud Episcopum proprium reclamavisse propter aequivocationem in rescripto incursam: etenim dici debuit, quarta pars, loco dimidii. Praeterea hanc divisionem numquam ad actum inductam fuisse notatum fuit: hinc nec ex consuetudine, quae deest, cogi potest Parochus matricis nuncium mittere iuri parochiali; id quod numquam fecerunt eius praedecessores. Hisce ergo innixus argumentis expetit Parochus matricis ut sententia Curiae episcopalis plene confirmetur.

DEFENSIO VICARII CURATI. Duplex, ait iste, est vicariorum genus: sunt enim in iure canonico vicarii temporanei, et vicarii perpetui; quorum indolem determinat, Ferraris ***V. Vicarius parochialis.*** « Vicarius perpetuus dicitur
» qui auctoritate Episcopi canonice est institutus ad de-
» serviendum alicui Ecclesiae loco. principalis rectoris ,
» cum assignatione congruae portionis fructuum, quos inde
» percipere debet. Dicitur canonice institutus, nam vicarii
» perpetui habent verum titulum. Vicarius vero temporalis
» dicitur qui auctoritate Episcopi pro peragendo ecclesia-
» stico servitio, in locum alterius, ad tempus, sive ad volun-
» tatem constituentis sufficitur ».

Vicarium s. Pii V esse perpetuum erui ex canonica institutione ab Episcopo facta, absque ulla clausula, quae innuat officii amovibilitatem; quin Parochus matricis sese ingerere queat in eius praesentationem aut nominationem. Eadem res eruitur quoque ex conventione adstipulata praestandi emolumentorum dimidium, et ab onere sibi invicem coadiuvandi in casu necessitatis.

Quoad iura vicarii perpetui animadvertendum est quod vicarius perpetuus in Ecclesia parochiali ***canonice institutus*** acquirit ius in re, verumque titulum canonicum in tali beneficio.

Quod firmavit etiam sequenti animadversione; nempe Vicarii perpetui in quos tota cura animarum translata est, dicuntur habere vere titulum Ecclesiae parochialis, et curam animarum non tantum in exercitio, sed etiam in habitu; et quamvis proprie non dicantur rectores curae animarum, cum enim canonico titulo sunt subrogati in animarum curam, ad omnia tenentur, ad quae tenentur rectores. Unde pro regula constituitur, ut dispositio loquens de parochiali habeat locum in Vicario perpetuo, qui venit appellatione beneficii curati.

Ex hac animadversione eruit Vicarius curatus; sese esse Vicarium perpetuum in Ecclesia s. Pii V, propter suam canonicam institutionem, et possessionem, ob stolae emolumenta ab eodem percipienda, ob celebrationem missae in quolibet die Hebdomadae maioris, et ob domorum benedictionem in Sabbato sancto. Et consequenter, quum iura sua certa ac determinata sint, Parochus matricis nequibat, invito Vicario , sacram implere functionem ab haeredibus marchionis Laureati, Vicario commissam. Docent enim Liturgistae, exequias defunctorum post tumulationem, haud accenseri posse iuribus parochialibus; Baruffaldi ***tit. de exequiis n. 9.*** « Ius » celebrandi exequias non comprehenditur inter iura paro- » chi alia ».

Prosequutus suam defensionem Vicarius ait: sese haud esse servum necessarium, sed Vicarium cum institutione, qui habet exercitium curae in actu; ex quo arguit illegalem fuisse praesentiam Parochi matricis in praedicto funere. Neque maiora sibi tribuit iura illis quae sibi indulgent citata Pontificis rescripta; quae a dismembratione qualibet praescindunt. Si enim dismembratio adfuisset, duae existèrent paroeciae distinctae, quaestioque praesens exularet, quae innititur existentiae Paroeciae et Vicariati perpetui. Sed si Vicarius est perpetuus habet ius in re, et titulum canonicum; et tota cura actualis, seu cura quoad exercitium, competit Vicario. Neque dici potest Vicarius temporalis, quia hoc in casu inutilis foret patroni praesentatio et immissio in possessionem ***cum omnibus oneribus et emolumentis in dictis rescriptis Sanctitatis Suae assignatis;*** quae clausulae innuunt conditionem rectoris esse vicarii perpetui.

Parum vero vel nihil refert quod territorium formiter

non fuerit divisum; sufficit enim factum materialis divisionis; cum fideles veteris oppidi, numero 449 omnino distincti sint a fidelibus novi oppidi numero 1449; et quisquis ex contendentibus suas agnoscat oves, eas benedicit, servatque in benedicendo domus, die Sabbati sancti, materialem divisionem, quam sequitur in funeribus et in reliquis.

Ex eo autem quod vicarius s. Pii V missam pro populo iiOn applicat, colligi nequit, ut facit contraria sententia, illum non esse vicarium, sed adiutorem rectoris. Nam citata Pontificis rescripta consulere noluerunt Parochi commodo, sed novae Ecclesiae; ut inibi divina officia fierent, christifideles missam audirent, sacramenta, aliaque spiritualia exercitia reciperent. Cum ageretur de bono populi provehendo, Parochus matricis haud interfuit neque auxilium petiit.

Exclusa cappellani auxiliaris **idea**, manet vicarii curati conceptus; quo in casu facile intelligitur curnam ad Pontificis auctoritatem usque recursum fuerit, et qua de causa huius vicarii curati, cum onere residentiae, determinatae fuerint obligationes, eiusque favore constitutum emolumentorum dimidium.

Ex quibus omnibus conclusit orator, vicarium s. Pii V esse perpetuum et inamovibilem; et proinde Parochum matricis nequivisse sese ingerere in funus marchionis Laureati. Quia quum curae exercitium demandatum sit vicario curato, ***cura actualis*** ablata fuit a Parocho matricis; et quia exequiae expletae, non praesente cadavere, non cooptantur inter functiones paroeciales, et conficiendae erunt a vicario curato.

Hisce aliisque praemissis, duo enucleanda proposita fuere

Dubia.

I. ***An locum sit peremptioni appellationis in casu.***

Et quatenus negative

II. ***An, et quomodo confirmanda, vel infirmanda sit sententia Curiae episcopalis in casu.***

RESOLUTIO. Sacra Congr. Ep. et Reg. re ponderata, sub die **27** Aprilis 1883 censuit respondendum:

Ad I. ***Providebitur in secundo.***

Ad IL ***Resolutionem Curiae episcopalis esse confirmandam.***

Ex **QUIBUS COLLIGES !**

I. Duplicis esse generis vicarios parochiales; perpetuos, nempe et temporales: perpetui ab Episcopo instituuntur loco principalis rectoris, cum assignatione congruae portionis fluctuum ad inserviendum cuipiam ecclesiae; temporales vero sufficiuntur pro peragendo ecclesiastico servitio in locum alterius, ad tempus, seu ad voluntatem constituentis superioris.

il. innumera autem esse argumenta quae suadent, vicarios perpetuos praeferendos esse vicariis temporalibus, qui non sunt instituti in ecclesiis: decet enim ut quaelibet Ecclesia proprium habeat sacerdotem, ceu sponsa virum , qui eam caste et sincere regat.

III. Naturale vitium est negligere quod a pluribus communiter possidetur, neque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur.

IV. Vicarios temporales, ad nutum amovibiles ecclesiam minus diligere, nec ovium sollicitam curam gerere; quum saepe removeantur, etiam sine causa, quia verum titulum non habent, et nomine alieno agunt.

V. Vicarios perpetuos in quos tota cura animarum transfertur, quique habent verum titulum ecclesiae paroecialis, constitui non posse, nisi prius erigatur vicaria perpetua.

VI. Vicariam perpetuam in themate erectam non fuisse videri; deficiunt enim acta et documenta, quae id probent: neque vetus paroecia reapse unquam dismembrata fuit, neque vicarius onere missae pro populo unquam auctus est.

VII. Hinc vicarium in themate frui siquidem perpetuitate; sed qua rector beneficii perpetui ad quod praesentatur a municipio patrono, et in quo instituitur ab Episcopo: minime vero qua vicarius in exercitio curae animarum in ecclesia succursali. Ex quo enim vetus paroecia dismembrata non fuit, unica manet Ecclesia matrix, et ipse vicarius non rector, sed adiutor rectoris dicendus est

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

OSTIEN. ET VELITERNEN.

Dubia quoad officium votivum in octava alicuius festi et quoad lectiones legendas in primo nocturno in festo s. Dominici.

Hodiernus Redactor Kalendarii pro usu Dioeceseos Ostien. et Veliternen. a Sacra Rituum Congregatione haec declarari humillime expetivit, nimirum:

I. Quotiescumque infra Octavam alicuius Festi eam habentis non occurrat Duplex vel Semiduplex, neque ullum Festum ad tramitem novarum rubricarum reponendum sit, fieri ne prorsus debet de Octava, aut licitum est recitare Officium votivum respectivum prouti ex Decreto Urbis et Orbis diei 5 Iulii vertentis a* ni indultum fuit?

IL In Festo sancti Dominici confessoris, nuper a SSMI> Dno Nostro Leone Papa XIII ad ritum duplicem maiorem evecto, quaenam lectiones in primo Nocturno legendae sunt?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii sic rescribendum censuit:

Ad L *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.*

Ad IL *Legendae sunt Lectiones de Communi Confessoris non Pontificis secundo loco.* BEATUS VIR.

Atque ita declaravit, rescripsit ac servari mandavit die 13 Augusti 1888.

OFFICIA VOTIVA PER ANNUM

Officia haec Votiva per annum ritu Semiduplici pro singulis hebdomadae Feriis a Summo Pontifice LEONE XIII per Decretum Urbis et Orbis Sacrorum Rituum Congregationis die 5 Iulii 1883 generali Indulto concessa, persolvi possunt, iuxta idem Indultum, loco Officiorum Ferialium occurrentium, quocumque anni tempore, exceptis Feria IV Cinerum, Feriis totius temporis Passionis, ac Sacri

Adventus a die 17 ad 24 Decembris inclusive. Habent iuxta Rubricas prout alia Festa Semiduplicia novem Lectionum, tum Commemórationes Feriae et Festi simplicis occurrentis, tum nonam Lectionem de Homilia super Evangelium eiusdem Feriae, aut de Sancto. Adduntur Commemorationes communes, seu Suffragia Sanctorum ut in Psalterio, si faciendae sint, omissa Commemoratione eius, de quo fit Officium Votivum. Si die praecedenti aut sequenti occurrat Officium aliud quodcumque novem Lectionum, Vesperae Officii Votivi currentis ordinandae erunt iuxta Rubricam de *Concurrentia Officii.*

PRO FERIA IL

OFFICIUM VOTIVUM

DE SANCTIS ANGELIS

SEMIDUPLEX

In I. Vesperis.

Antiph.* Angeli Domini, *cum reliqu. de Laud. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apost.

Capitulum. Exod. 23. d.

Ecce ego mittam Angelum meum, qui praecedat te, et custodiat in via, et introducat in locum quem paravi. Observa eum, et audi vocem eius.

Hymnus.

Te splendor et virtus Patris,
Te, vita, Iesu, cordium,
Ab ore qui pendent tuo,
Laudamus inter Angelos.
Tibi mille densa millium
Ducum corona militat :
Sed explicat victor crucem
Michael, salutis signifer.
Draconis hic dirum caput
In ima pellit tartara,
Ducemque cum rebellions
Coelesti ab arce fulminât.
Contra ducem superbiae
Sequamur hunc nos principem,
Ut detur ex Agni throno
Nobis corona gloriae.
Patri simulque Filio,
Tibique ,sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit iugiter
Saeclum per omne gloria.
Amen.

***f.* In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus. R). Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.**

***Ad Magni/: Ant.* Omnes sunt* administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui haereditatem capiunt salutis.**

Oratio.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius*; ut a quibus tibi ministrantibus in coelo semper assisti tur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum.

Ad Matutinum.

Inuit. Regem Angelorum Dominum; * Venite, adoremus.

Ps. Venite exultemus.

Hymnus. Te splendor, *ut supra.*

In I. Nocturno.

Ant. Multa magnalia * de Michaele Archangelo, qui fortis in praelio fecit victoriam.

Ps. 8. Domine, Dominus noster.

Ant. Gabriel Archangelus locutus est Mariae dicens : Ecce concipies in utero et paries Filium et vocabis nomen eius Iesum.

Ps. it. in Domino confido.

Ant. Benedicite Deum coeli,* dixit Angelus Raphael, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

Ps. 14. Domine, quis habitabit.

f. Stetit Angelus iuxta aram templi.

R). Habens thuribul um aureum in manu sua.

Lectio I. Nocturni de Scriptura occurrente.

R), i. Venit Michael Archangelus cum multitudine Angelorum, cui tradidit Deus animas sanctorum, * Ut perducat eas in paradisum exultationis.

f. Emitte, Domine, Spiritum sanctum tuum de coelis, spiritum sapientiae et intellectus. Ut perducat.

R), ii. Respondit Angelus Domini, et dixit; Domine exercituum, * Usquequo tu non misereberis Ierusalem et urbium Iuda, quibus iratus es?

f. Iste enim septuagesimus annus est. Usquequo.

R), iii. In conspectu Gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adorate et timete Dominum: * Angelus enim eius vobiscum est.

f. Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Angelus.

Gloria Patri. Angelus.

In quadragesima vero et feria II. Rogationum dicuntur sequentes Lectiones.

De libro Exodi.

Lectio i. Cap. 23. d.

Ecce ego mittam Angelum meum, qui praecedat te, et custodiat in via, et introducat in locum quem paravi. Observa eum, et audi vocem eius, nec contemnendum putes : quia non dimittet cum peccaveris, et est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius, et feceris omnia quae loquor, inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligentes te. Praecedetque te Angelus meus.

R). Venit Michael.

Ex Zacharia Propheta.

Lectio II Cap. 1. b. ii.

Pactum est verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiae, filii Addo, prophetam, dicens: Vidi per noctem, et ecce vir ascendens super equum rufum, et ipse stabat inter myrteta, quae erant in profundo : et post eum equi rufi, varii, et albi. Et dixi: Quid sunt isti, Domine mi? Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me : Ego ostendam tibi quid sint haec. Et respondit vir, qui stabat inter myrteta, et dixit : Isti sunt, quos misit Dominus ut perambulent terram. Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta, et dixerunt : Perambulavimus terram, et ecce omnis terra habitatur, et quiescit.

R). Respondit Angelus.

Lectio iii. Cap. 2.

Et levavi oculos meos, et vidi: et ecce vir, et in manu eius funiculus mensorum. Et dixi : Quo tu vadis ? Et dixit ad me : Ut metiar Ierusalem, et videam quanta sit latitudo eius, et quanta longitudo eius. Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, et Angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum: curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitatur Ierusalem prae multitudine hominum et iumentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu ; et in gloria ero in medio eius.

R). In conspectu.

In II Nocturno.

Ant. Ascendit fumus * aromatum in conspectu Domini de manu Angeli.

Ps. 18. Coeli enarrant.

Ant. Immittet Angelus Domini * in circuitu timentium eum, et eripiet eos.

Ps. 23. Domini est tepra.

Ant. Laudemus Dominum , * quem laudant Angeli, quem Cherubim et Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant.

Ps. 33. Benedicam Dominum.

f. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, R). De manu Angeli.

De Sermone S. Gregorii Papae.

Ex Homilia 34. in Evang.

Lectio iv.

Quia Angelorum nomina interpretando perstrinximus, superest , ut ipsa officiorum vocabula breviter exsequamur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa et miracula frequentius fiant. Potestates etiam vocantur hi, qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes

adversae subiectae sint, quorum potestate refraenantur, nec corda hominum tantum tentare praevaleant, quantum volunt.

R). Omnes Angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium : * Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum. *f.* Adorate Dominum omnes Angeli eius. Et ceciderunt.

Lectio v.

Principatus etiam vocantur, qui ipsis quoque bonis Angelorum spiritibus praesunt, qui subiectis aliis dum quaeque sunt agenda disponunt, eis ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur, qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere: dominari vero est etiam subiectos quosque possidere.Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper Deus omnipotens praesidet. Unde et per Psalmistam dicitur: Sedes super thronum, qui iudicas aequitatem.

R). Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua, et data sunt ei incensa multa : * Et ascendit fumus aromatum de manu Angeli in conspectu Domini, *f.* In conspectu Angelorum psallam tibi : adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo, Domine. Et ascendit.

Lectio vi.

Cherubim quoque plenitudo scientiae dicitur ; et sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur. Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina, quae ex singulari propinquitate Conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim namque ardentes vel incendentes vocantur; quorum profecto flamma amor est: quia quo subtilius claritatem divinitatis eius adspiciunt, eo validius in eius amore flammescunt.

R). In conspectu Angelorum psallam tibi, et adorabo ad templum sanctum tuum: * Et confitebor nomini tuo, Domine.

>. Super misericordia tua et veritate tua: quoniam magnificasti super nos nomen sanctum tuum. Et. Gloria Patri. Et.

In III. Nocturno.

Ant. Misit Dominus * Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, et bellatorem, et principem exercitus regis Assyriorum.

Ps. 95. Cantate Domino.

Ant. Adorate Dominum * omnes Angeli eius : Audivit, et laetata est Sion.

Ps. 96. Dominus regnavit.

Ant. Benedicite Domino * omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius.

Ps. 102, Benedic anima mea Domino.

f. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

R). Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Sequentia sancti Evangelii secundum Ioannem.

Cap. L

In illo tempore : Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, et dicit de eo : Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

In Ps. Que habitat» Sermo 11.

Lectio vii.

Quae vero sunt sanctorum Angelorum viae? Profecto illae, quas Unigenitus enarravit, dicens: Videbitis Angelos ascendentes et descendentes super Filium hominis. Ascensio igitur et descensio viae illorum; ascensio propter se, descensio, vel potius condescensio propter nos. Sic beati illi spiritus ascendunt per contemplationem Dei, descendunt per compassionem tui, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Ascendunt ad vultum eius, descendunt ad nutum eius: quoniam Angelis suis mandavit de te. Nec tamen vel descendendo visione gloriae fraudantur, quia semper vident faciem Patris.

R). Angelus Domini descendit cum Azaria et sociis eius in fornacem, et excussit flammam ignis de fornace : * Et non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit. *f.* Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, et eruit servos suos, qui crediderunt in eum. Et non.

Lctio viii.

Cum ascendunt ad contemplationem, inquirunt veritatem, de qua et desiderando satiantur, et satiando desiderant, Cum vero descendunt, faciunt nobiscum misericordiam, ut custodiant nos in omnibus viis nostris. Administratorii enim spiritus sunt, missi in ministerium propter nos. Plane ministri nostri, non domini nostri. Et in hoc Unigeniti formam imitantur , qui non venit ministrari, sed ministrare, qui stetit inter discipulos tamquam qui ministrat. Fructus angelicarum viarum , quod ad ipsos spectat, sua ipsorum beatitudo, et obedientia est caritatis: quod autem ad nos pertinet, inde quidem obtentus divinae gratiae, hinc vero custodia viae nostrae: siquidem Angelis suis mandavit

de te, ut custodiant te in omnibus indigentiis tuis.

R). TU, Domine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechia, rege Iuda, et interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quinque millia : * Et nunc Dominator coelorum mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timore et tremore magnitudinis brachii tui.

f. Ut metuant qui cum blasphemia veniunt adversus sanctum populum tuum. Et. Gloria Patri. Et.

Lectio ix.

Interim ergo mandavit Angelis suis Deus, non quidem ut amoveant te a viis tuis, sed in eis ipsis te custodiant, et quasi per vias suas, vias tuas dirigant in vias ipsius. Quonam modo, inquis? Nempe ut quod Angelus ex sola caritate purius agit, ut propria saltem necessitate compulsus et admonitus, descendas, et condescendas; exhibere scilicet proximo misericordiam : et rursum cum eodem Angelo levans desideria tua, tota animi cupiditate ascendere studeas ad summam et perpetuam Veritatem. Hinc enim monemur levare corda nostra cum manibus; hinc audi mus quotidie: Sursum corda. Hinc quoque negligentes arguimur, et dicitur nobis : ÌTilii hominum, usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium ? Exoneratum enim cor et leve levatur magis, ut quaerat et diligat veritatem.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes et per Horas.

Ant. 1. Angeli Domini * Dominum benedicite in aeternum.

Ps. Dominus regnavit cum reliquis.

2. Angelis suis * Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

3. Angeli eorum * semper vident faciem Patris mei, qui est in coelis.

4. Laudate Deum,* omnes Angeli eius, laudate eum, omnes virtutes eius.

5. Angeli, Archangeli,* Throni et Dominationes, Principatus et Potestates, Virtutes coelorum, laudate Dominum de coelis, alleluia.

Capitulum, ut in primis Vesperis.

*Hymnus**

Christe, sanctorum decus Angelorum,
Gentis humanae Sator et Redemptor,
Coelitum nobis tribuas beatas.
Scandere sedes.
Angelus pacis Michael in aedes
Coelitus nostras veniat, serenae.

Auctor ut pacis lacrimosa in orcum
Bella releget.
Angelus fortis G-abriel, ut hostes
Pellat antiquos, et amica coelo,
Quae triumphator statuit per orbem,
Templa révisât.
Angelus nostrae medicus salutis
Adsit e coelo Raphaël, ut omnes
Sanet aegrotos , dubiosque vitae
Dirigat actus.
Virgo dux pacis, Genitrixque lucis
Et sacer nobis chorus Angelorum
Semper assistat, simul et micantis
Regia coeli.
Praestet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque Sancti
Spiritus, cuius resonat per omnem
G-loria mundum. Amen.

f. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus. R). Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Ad Benedictus. Ant. Angelus, qui loquebatur * in me, et suscitavit me, quasi virum qui suscitatur a somno suo.

Oratio.

Deus, qui miro ordine, *ut supra.*

Ad Tertiam.

Ant. Angelis suis.

Capit. Ecce ego. *ut supra.*

R), *br.* Stetit Angelus * Iuxta aram templi. Stetit.

f. Habens thuribulum aureum in manu sua. Iuxta. Gloria Patri. Stetit.

f. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini.

R). De manu Angeli.

Ad Sextam,

Ant. Angeli eorum.

Capitulum. Apoc. 5. c.

Audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum: et erat numerus eorum millia millium, voce magna dicentium: Salus Deo nostro.

R), *br.* Ascendit fumus aromatum * In conspectu Domini. Ascendit.

f. De manu Angeli. In conspectu. Gloria Patri. Ascendit.

f. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus. R). Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Ad Nonam.

Ant. Angeli, Archangeli.

Capitulum. Apoc. 12. b.

Factum est praelium magnum in coelo : Michael et Angeli eius

praeliaDantur cum dracone, et draco pugnabat, et angeli eius: et non praevaluerunt, neque locus inventus est eorum amplius in coelo.

R), *br.* In conspectu Angelorum * Psallam tibi, Deus meus. In.

>.Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Psallam. Gloria Patri. In.

>. Adorate Deum. R). Omnes Angeli eius.

In II. Vesperis.

Ant. Angeli Domini, *cum reliquis, de Laud. Psalmi ut in primis Vesperis ; et loco ultimi.*

Ps. 137. Confitebor tibi Domine in toto corde meo : * quoniam audisti.

Capit, et Hymnus ut supra in I. Vesperis.

f. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus. k). Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Ad Magni/. Ant. Sancti Angeli, * qui Deo in coelis semper adsistitis, defendite nos in praelio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

•COO-

PRO FERIA III.

OFFCIUM VOTÍVUM

DE SANCTIS APOSTOLIS

SEMIDUPLEX

Omnia de Communi Apostolorum iuxta diversitatem temporis, praeter sequentia.

Oratio.

Deus, qui nos per beatos Apostolos tuos ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam et profiriendo celebrare, et celebrando proficere. Per Dominum nostrum.

In I. Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente. In Quadragesima vero. Sic nos existimet homo. *de communi Apostolorum.*

In II. Nocturno.

De Sermone S. Augustini Episcopi.

Sermo 43. de Sanctis.

Lectio iv.

Isti sunt lux mundi: quia per ipsos lumen fidei, et verae scientiae primum Dominus huic mundo tradidit et ab errorum ac peccatorum tenebris gentes et populos eruit. Isti sunt sal terrae:

quia per eos terrigenae condimentum saporis vitae aeternae perceperunt, ut restringerent carnis lasci viam, et a putredine peccatorum et vitiorum vermibus servarentur illaesi. Isti sunt lapides pretiosi, quos in fundamento coelestis aedificii positos Ioannes in Apocalypsi sua describit: quia praedicatio eorum Ecclesiae fundamenta locavit. Unde et Paulus ait: Vos estis cives Sanctorum et domestici Dei, superaedificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum.

R). Vidi coniunctos viros habentes splendidas vestes, et Angelus Domini locutus est ad me, dicens: * Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. *f.* Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium coelum, voce magna clamantem et dicentem. Isti.

Tempore Paschali.

R). L U X perpetua lucebit sanctis tuis, Domine, * Et aeternitas temporum, alleluia, alleluia. *f.* Laetitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium et exultationem obtinebunt. Et.

Lectio v.

Hoc ergo considerantes, fratres carissimi, quae tanti duces populi nos docuerunt, studeamus factis implere, quae illi iusserunt. Discamus eorum exemplo mundi divitias contemnere, praesentis saecali voluptatem non amare, regnum coeleste desiderare, Christo nihil praeponere, sed eius mandatis in omnibus obedire, paupertatem praesentium rerum diligere, virtutum divitias habere, sapientiae thesaurum appetere, spirituales delicias quaerere, nulli in videre, sed omnes homines diligere, amicos in Deo et inimicos propter Deum : quia haec est vera et sola dilectio.

R). Beati estis cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me : * Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis.

f. Cum vos oderint homines, et cum separaverint vos et exprobraverint, et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter .Filium hominis. Gaudete.

Tempore Paschali.

R). Virtute magna reddebant Apostoli * Testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri, alleluia, alleluia, *f.* Repleti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. Testimonium.

Lectio vi.

Isti ergo Principes nostri, in amore Dei perfectissimi, et in proximorum dilectione impleti, hinc potuerunt mundi impetum vincere, et cruentum saeculum

domare. quia nihil ama verunt in omni re nisi Dei voluntatem. Ita et nos, fratres, diligamus in omnibus rebus Dei facere voluntatem, et creatorem nostrum amemus in semetipso, creaturam vero in conditore suo, et sic habebimus ordinatissimam caritatem : quia Deus caritas est, et qui diligit hanc dilectionem , diligit Deum. Et si ita dilexerimus, diligit nos ipse Deus, diligunt nos et sancti Apostoli iudices nostri, et exorant pro nobis, ut in universali iudicio Christi cum ipsis in perpetuum coronemur.

R). Isti sunt triumphatores, et amici Dei, qui contemnentes iussa principum,meruerunt praemia aeterna: * Modo coronantur et accipiunt palmam.

f. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modo. Gloria Patri, Modo.

Tempore Paschali.

R). Isti sunti agni novelli, qui annuntiaverunt , alleluia : modo venerunt ad fontes. * Repleti sunt claritate, alleluia, alleluia.

f. In conspectu Agni amicti sunt stolis albis, et palmae in manibus eorum. Repleti.

Gloria Patri. Repleti.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. *Cap. 19.*

In illo tempore : Dixit Petrus ad Iesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episcopi.

Comm. in Matth. cap. 20.

Apostoli dictis Domini haec reddunt, reliquisse se omnia, et cum ipso esse. Quibus Dominus, cum sederit in maiestatis suae sede, sessuros super sedes duodecim, ac totidem tribus Israël iudicaturus spopondit;omnibusque qui universa reliquerint propter nomen eius , fructum centupli praemii reservatum : multos autem ex novissimis primos, et ex primis futuros novissimos. Multa sunt quae non sinunt nos simplici intellectu dicta Evangelica suscipere.

R). Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo : * Calicem Domini biberunt, et amici Dei facti sunt.

f. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. Calicem.

Tempore Paschali.

Ego sum vitis vera, et vos palmites: * Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, alleluia, alleluia, *f.* Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi tos. Qui.

Lectio viii.

Interpositis nonnullis rebus, quae ex natura humani sensus sibi contrariae sunt , rationem quaerere coelestis intelligentiae admonemur. Apostoli dicunt , et sequi se Christum, et se omnia reliquisse. Quomodo igitur fiunt tristes, et quomodo metuunt dicentes, salvum esse neminem posse ? Namque et ab aliis fieri poterat , si quid fecissent ipsi. Deinde cum fecissent ipsi; quare metus, vel unde susceptus est? Additur etiam in responsione Domini, haec apud homines impossibilia, possibilia apud Deum. Numquid apud hominem impossibilia erant, quae et Apostoli fecisse se gloriantur, et fecisse eos Dominus agnoscit?

u). Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam :
* Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna.

f. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam. Quorum. Gloria Patri. Quorum.

Tempore Paschali.

^. Candidi facti sunt Nazaraei eius, alleluia : splendorem Deo dederunt, alleluia: * Et sicut lac coagulati sunt, alleluia, alleluia.

f. Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo , sapphiro pulchriores. Et. Gloria. Et.

Lectio ix.

Omnis itaque hic sermo est spiritalis. Quid autem Dei virtuti tam possibile est, quam ut per fidem salvet? ut per aquam regeneret ? ut per crucem vincat? ut per Evangelia adoptet? ut per resurrectionem ex morte vivificet ? Quibus auditis Apostoli cito credunt, seseque omnia reliquisse profitentur. Sed hanc eorum obedientiam cito Dominus remuneratur, omnem difficultatem superioris quaestionis absolvens, cum dicit: Vos, qui secuti estis me. in regeneratione, iudicabitis duodecim tribus Israël. Haec en i m illa regeneratio est, quam Apostoli sunt secuti, quam lex indulgere non potuit, quae eos super duodecim thronos in iudicandis duodecim tribubus Israël, in duodecim Patriarcharum gloria copulavit.

Te Deum laudamus.

PRO VERÍA IV.

OFFICIUM VOTIVUM

DE S. IOSEPH SPONSO B. M. Y,

CONFESSORE ET CATHOLICAE ECCLESIAE PATRONO

SEMIDUPLEX

In I. Vesperis.

Ant. de Laud.; reliqua ut in Comm. Conf. non Pont.. praeter sequentia.

Capitulum. Gen. 49. d.

Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium aeternorum: fiant in capite Ioseph, et in vertice Nazaraei inter fratres suos.

Hymnus.

Te ioseph, celebrent agmina coelitum :
Te cuncti resonent christiadum chori.
Qui clarus meritis, iunctus es inclytae
Casto foedere "Virgini.

Almo cum tumidam germine coniugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi Flammis Angelus
Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Aegypti profugum tu sequeris plagas ;
Amissum Solymis quaeris, et invenís.
Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque eméritos gloria suscipit:
Tu vivens, superis par, frueris Deo,
Mira sorte beatior.

Nobis, summa Trias, parce precantibus,
Da Ioseph meritis sidera scandere :
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum.
Amen.

f. **Constituit eum dominum domus suae. R). Et principem omnis possessionis suae.**

Ad Magnif Ant. **Cum esset desponsata * Mater Iesu Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.**

Oratio.

Deus qui ineffabili providentia beatum Ioseph sanctissimae Genitricis tuae sponsum eligere dignatus es: praesta,quaesumus; ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamus in coelis : Qui vivis et regnas.

Ad Matutinum.

Ino it. **Laudemus Deum no-**

strum * In veneratione beati Ioseph, protectoris nostri.

Ps. Venite, exultemus.

Hymnus. Te, Ioseph, *ut supra.*

In I. Nocturno.

Ant. Ascendit Ioseph * a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam, in civitatem David, quae vocatur Bethlehem, ut profitetur eum Maria.

Ant. Venerunt pastores * festinantes: et invenerunt Mariam, et Ioseph, et infantem positum in praesepio.

Ant. Ecce Angelus Domini * apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem eius et fuge in Aegyptum.

f . Confitebor nomini tuo.

u). Quoniam adiutor et protector factus es mihi.

Lectiones de Scriptura occurrente.

R), i. Clamavit populus ad regem, alimenta petens : Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph, *f* .Salus nostra in manu tua est : respice nos tantum, et laeti serviemus regi. Quibus.

R), ii. Fecit me Deus quasi patrem regis, et dominum universae domus eius: * Exaltavit me, ut salvos faceret multos populos.

f . Venite a d me, e t ego dabo vobis omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam terrae. Exaltavit.

R), iii. Iam laetus moriar quia vidi faciem tuam, et superstitem te relinquo. Non sum fraudatus aspectu tuo: * Insuper ostendit mihi Dominus semen tuum. *f.* Qui pascit me ab adolescentia mea, benedicat pueris istis, et invocetur super eos nomen meum.

Insuper. Gloria Patri. Insuper.

In Quadragesima vero, Feriis Quatuor Temporum, et Vigilia Ascensionis dicuntur sequentes Lectiones.

De libro Genesis.

Lectio i. *Cap. 39.*

Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum, emitque eum Putiphar, eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Aegyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere agens : habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat Dominum esse cum eo, et omnia quae gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Ioseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei: a quo praepositus omnibus , gubernabat creditam sibi domum et universa quae ei tradita fuerant: benedixitque Dominus domui Aegyptii propter Ioseph et multiplicavit tam in aedibus quam in agris cunctam

eius substantiam : nec quidquam aliud noverat, nisi panem quo vescebatur. Eral autem luseph pulchra facie, et decorus aspectu.

R). Clamavit populus.

Lectio ii. *Cap. 41.*

Placuit Pharaoni consilium, et cunctis ministris eius, locutusque est ad eos : Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad loseph : Quia ostendit tibi Deus omnia quae locutus es, numquid sapientiorem et consimilem tui invenire potero? Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet; uno tantum regni solio te praecedam. Dixitque rursus Pharao ad Ioseph : Ecce constitui te super universam terram Aegypti. Tulitque annulum de manu sua, et dedit eum in manu eius: ve. stivitque eum stola byssina, et collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante praecone, ut omnes coram eo genu flecterent, et praepositum esse scirent universae terrae Aegypti.

RV Fecit me Deus.

Lectio iii.

Dixit quoque rex ad Ioseph: ego sum Pharao: absque tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, et vocavit eum lingua aegyptiaca Salvatorem mundi. Deditque illi uxorem Aseneth, filiam Putiphare , sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Aegypti (triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis), et circuivit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas septem annorum : et in manipulos redactae segetes congregatae sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici ut arenae maris coaequaretur, et copia mensuram excederet.

R). Iam laetus moriar.

In II. Nocturno.

Ant. Consurgens Ioseph, * accepit puerum et matrem eius nocte, et secessit in Aegyptum: et erat ibi usque ad obitum Herodis.

Ant. Defuncto Herode, * Angelus Domini apparuit in sommis loseph in Aegypto dicens : Surge, et accipe puerum et matrem eius, et vade in terram Israel : defuncti sunt enim qui quaerebant animam pueri.

Ant. Accepit Ioseph * puerum et matrem eius, et venit in terram Israel.

>. Respice de coelo et vide, et visita vineam istam.

R). Et perfice eam.

Sermo S. Bernardi Abbatis

Homilia 2 super Missus.*

Lectio iv.

Desponsata est Maria Ioseph, vel potius (sicut ponit Evangelista) viro, cum nomen erat Ioseph: virum nominat, non quia maritus, sed quod homo virtutis erat: vel potius quia iuxta alium Evangelistam, non vir simpliciter, sed vir eius dictus est, merito appellatur quod necessario putatur. Debuit ergo vir eius appellari, quia necesse fuit et putari: sicut et pater Salvatoris non quidem esse, sed dici meruit, ut putaretur esse, dicente hoc ipso Evangelista : Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph.

R). Dedisti mihi protectionem salutis tuae, et dextera tua suscepit me: * Protector meus, et cornu salutis meae, et susceptor meus.

f. Ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. Protector.

Lectio v.

Non est dubium, quin bonus et fidelis homo fuerit iste Ioseph, cui Mater desponsata est Salvatoris. Fidelis, inquam, servus et prudens, quem constituit Dominus suae Matris solatium, suae car nis nutritium, solum denique in terris magni consilii coadiutorem fidissimum. Huc accedit, quod dicitur fuisse de domo David. Vere enim de'domo David. Vere de regia stirpe descendit vir iste Ioseph, nobilis genere, mente nobilior. Plane filius David, non degenerans a patre suo David; prorsus, inquam, filius David, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed devotione, quem tamquam alterum David Dominus invenit secundum cor suum, cui tuto committeret sacratissimum atque secretissimumsui cordis arcanum : cui, tamquam alteri David, incerta et occulta sapientiae suae manifestavit, et dedit illi non ignarum esse mysterii, quod nemo principum huius saeculi agnovit.

R). Statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis eius morabitur : protegetur sub tegmine illius a fervore : * Et in gloria eius requiescet, *f*. Sperate in eo, omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra. Et.

Lectio vi.

Cui denique datum est, quod multi reges et prophetae cum vellent videre, non viderunt, audire et non audierunt, non solum videre et audire, sed etiam portare, deducere, amplecti, deosculari, et nutrire et custodire. Non tantum autem Ioseph, sed et Maria descendisse credenda

est de domo David: alioquin non esset desponsata viro de domo David, si non esset et ipsa de domo David. Ambo igitur erant de domo David : sed in altera completa est veritas, quam iuravit Dominus David, altero tamen conscio et teste adimpletae promissionis.

R). Si consistant adversum me castra non tenebit cor meum: * Si exsurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo. ,v. In te cantatio mea semper, quoniam tu adiutor fortis. Si. Gloria Patri. Si.

In III. Nocturno.

Ant. Audiens Ioseph * quod Archelaus regnaret in Iudaea pro Herode, patre suo timuit illo ire.

Ant. Admonitus in somnis,* loseph secessit in partes Galilaeae, et veniens habitavit in civitate quae vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaraeus vocabitur.

Ant. Erat pater Iesu * et mater mirantes super his quae dicebantur de illo; et benedixit illis Simeon.

f. Invocavi Dominum, Patrem Domini mei.

R). Ut non derelinquat me in die tribulationis.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 3.* c.

In illo tempore: Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus et Iesu baptizato et orante, apertum est coelum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. 23. contra Faust, cap. 7. 8.

Sic de coelo dictum est super aquam Iordanis; Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: quemadmodum dictum est et in monte. Neque enim quia et ibi de coelo vox ipsa sonuit, Filius Dei ante non fuit: quandoquidem ex utero Virginis ille accepit formam servi, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo. Denique idem Apostolus Paulus alio loco apertissime dicit: Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut filiorum adeptionem reciperemus. Ipse ergo est Filius Dei, qui et Dominus David secundum divinitatem, et idem ipse Filius David ex semine David secundum carnem.

R). loseph, fili David, noli timere accipere Mariam, coniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, * Et vocabis nomen eius Iesum. *f.* Ipse enim salvum

faciet populum suum a peccatis eorum. Et vocabis.

Lectio viii.

Quod si nobis credere non prodesset, non hoc tam attente idem Apostolus Timotheo commendaret dicens: Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis, ex semine David, secundum Evangelium meum. Quid ergo iam moveat sancti Evangelii sectatorem, quod sine concubitu Ioseph Christus natus ex Virgine, filius tamen David appellatur, eum generationum seriem non usque ad Mariam , sed usque ad loseph Matthaeus Evangelista perducat? Primo quia mariti eius fuerat propter virilem sexum potius honoranda persona: neque enim quia concubitu non per mixtus, ideo non maritus, cum ipse Matthaeus narret ab Angelo Mariam coniugem ipsius appellatam, qui narrat, quod de Spiritu Sancto conceperat.

R). Surge et accipe puerum et matrem eius, et fuge in Aegyptum: * Et esto ibi, usque dum dicam tibi.

***)r.* Ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophe tam dicentem: Ex Aegypto vocavi filium meum. Et. Gloria Patri. Et.**

Lectio ix.

Cum vero unus idemque narrator utrumque dicat, utrumque commendet, et virum Mariae loseph, et Christi Virginem Matrem, et Christum ex semine David, et Ioseph in serie progeneratorum Christi ex David: quid restat, nisi et Mariam non fuisse extraneam a cognatione David, et eam Ioseph coniugem non frustra appellatam propter ordinem sexus et animarum confoederationem; et Ioseph potius propter dignitatem virilem ab ordine generationum illarum non fuisse separandum, ne hoc ipso videretur ab illa femina separatus, cui eum coniungebat mentis affectus?

Te Deum laudamus.

Ad Laudes et per Horas.

***Ant. 1.* Iacob autem * genuit Ioseph, virum Mariae, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.**

Ps.* Dominus regnavit *cum relig.

2. Missus est * Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galileae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat loseph.

3. Ascendit autem * Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth, in Iudaeam, in civitatem David, quae vocatur Bethlehem.

4. Et venerunt festinantes, * et invenerunt Mariam, et Ioseph, et infantem positum in praesepio.

5. Et ipse Iesus * erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius loseph.

Capitulum Gen. 49. d.

Benedictiones patris tui *ut supra.*

Hymnus.

Coelitum, Ioseph, decus, atque nostrae
Certa spes vitae , columenque mundi,
Quas tibi laeti canimus, benignus
Suscipe laudes.
Te Sator rerum statuit pudicae
Virginis sponsum voluitque Verbi
Te patrem dici, dedit et ministrum
Esse salutis.
Tu Redemptorem stabulo iacentem,
Quem chorus Vatum cecinit futurum,
Aspicis gaudens, humilisque natum
Numen adoras.
Rex Deus regum , Dominator orbis,
Cuius ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur aether,
Se tibi subdit.
Laus sit excelsae Triadi perennis,
Quae tibi praebens superos honores,
Det tuis nobis meritis beatae
Gaudia vitae.
Amen.

f. Dedisti mihi protectionem salutis tuae. R). Et dextera tua. suscepit me.

Ad Bened, Ant. Ioseph, fili Daviil * noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

Oratio.

Deus qui ineffabili providentia, *ut supra.*

Ad Tertiam.

Ant. Missus est.

Capit. Benedictiones. *ut supra.*

R). 6/' . Constituit eum * Dominum domus suae. Constituit.

f . Et principem omnis possessionis suae. Dominum. Gloria Patri. Constituit.

f. Confitebor nomini tuo.

R). Quoniam adiutor et protector factus es mihi.

A4 Sextam.

Ant. Ascendit autem.

Capita luía. G<'ii. *49. c .*

Deus patris tui erit adiutor tuus, et Omnipotens benedicet tibi benedictionibus coeli desuper.

R), *br.* Confitebor. * Nomini tuo. Confitebor.

f. Quoniam adiutor et protector factus es mihi. Nomini. Gloria Patri. Confitebor.

> • Iustus germinabit sicut lilium, R). Et florebit in aeternum ante Dominum.

Ad Nonnm.

Ant. Et ipse Iesus.

Capitulum. Gen. 49. c.

filius accrescens Ioseph, fili v s accrescens, et decorus aspectu : filiae discurrerunt super murun *t.*

R), *br.* **Iustus germinabit * Sicut lilium. Iustus, *f.* Et florebit in aeternum ante Dominum. Sicut. Gloria Patri. Iustus.**

f. **Plantatus in domo Domini, R). In atriis domus Dei nostri.**

In II. Vesperis.

Omnia ut in primis Vesperis, praeter:

f. **Sub umbra illius quem desideraveram sedi.**

R). Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Ad Magni/. Ant. **Fili, quid fecisti * nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.**

PRO FERIA V.

OFFICIUM VOTIVUM

DE SS. EUCHARISTIAE SACRAM,

SEMIDUPLEX

ut in Appendice Breviarii Rom.

In quadragesima vero Lectiones primi Nocturni erunt ut in Festo, nempe Feria V post Dominicam Ssmae Trinitatis.

PRO FERIA VI.

OFFCIUM VOTIVUM

DE PASSIONE D. N. I. C.

SEMÍDUPLEX

In 1. Vesperis

Ant. **Calicem salutaris * accipiam: et nomen Domini invocabo.**

Ps. Ilo. **Credidi.**

Ant. **Cum bis * qui oderunt pacem, eram pacificus: dum loquebar illis impugnabant me gratis.**

Ps. 119. **Ad Dominum cum tribularer.**

Ant. **Ab hominibus * iniquis libera me Domine.**

Ps. *139.* **Eripe me Domine.**

Ant. **Custodi me * a laqueo quem statuerunt mihi, et a scandalis operantium iniquitatem.**

Ps. 140. **Domine clamavi ad te.**

Ant. **Considerabam * ad dexteram, et videbam, et non erat qui cognosceret me.**

Ps. 141. **Voce mea ad Dominum.**

Capitulum. Philipp. 2.

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit , formam servi accipiens, in similitudinem hominum iactus, et habitu inventus ut ho-

mo. Humiliavit semetipsum, iactus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Hymnus.

Moerentes oculi, spargi te lacrimas,
Et luctu resonent intima cordium:
Illatas refero Numini ab impiis
Poenas, et fera vulnera.

Accincta, heu ! gladiis turba satellitum
Arreptam Dominum fustibus impetit,
Nunc caedit colaphis, nunc quatit horridis
Divinum caput ictibus.

Haud finis sceleri : traditur improbo
Christus carnifici; nec mora, barbarus
In regem superum non timet impio
Ausu vertere dexteram.

Audi te, o populi,Numen amabile,
Manante ex humeris undique sanguine,
Lictoris rabidi sustinet impetum,
Et vocem premit innocens.

Quis non illacrimet? Iam nova condidit
Tormenta indomitae gentis iniquitas:
Infigit cerebro, proh dolor! efferis
Sertum vepribus asperum.

Heu crimen ! trahitur funibus improbis
Funesti Dominus supplicii ad locum;
Illic oppetiit funere, spiritum
Patri restituens suo.

Passo pro miseris tam fera vulnera
In terris resonet debita gloria;
Sacrumque assidue nomen in aethera
Humanum genus efferat. Amen.

y. Oblatus est quia ipse voluit.

R). Et livore eius sanati sumus.

Ad Magni/. Ant. O vos omnes * qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor m^us.

Oratio.

Domine Iesu Christe, qui de coelis ad terram de sinu Patris descendisti, et sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum f udisti: te humiliter deprecamur; ut in die i idicii, ad dexteram tuam audire mereamur: Venite benedicti. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus.

Ad Complet, et per Horas diei, in fine Hymnorum dicitur:

Sit laus Patri, ac Paraclito,
Natoque Patris unico,
Nostrae dedit qui prodigus
Pretium salutis sanguinem.
Amen.

Ad Matutinum.

Invit. Christum Regem crucifixum * Venite, adoremus.

Hymnus

Aspice, infami Deus ipse ligno
Pendet, effuso madidus cruore;
Aspice, immiti manus alme clavo
Finditur alte.

Hunc, velut pravi sceleris ministrum,
Inter indignos medium latrones
Cerne: crudelis fuit ista gentis
Dira voluntas.

Pallet heu! vultus; caput ecce lassum
Flectitur: clausis oculis Redemptor
Spiritum sacro meritis onustum
Fundit ab ore.

O cor, aes durum superas, gemendo
Ni scelus tergas; tua culpa Christum
Stipiti affixit, tua culpa morti
Subdidit atrae.

Sit Deo aeternum decus omne in aevum,
Qui pius nostri generis Redemptor,
Criminis labem miseris nocentem
Sanguine tersit. Amen.

In 1. Nocturno.

Ant. Astiterunt reges terrae, * et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum eius.

Ps. 2. Quare fremuerunt gentes.

Ant. Multiplicati sunt * qui tribulant me; multi insurgunt adversum me.

Ps. 3. Domine quid multiplicati sunt.

Ant. Diviserunt * sioi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Ps. 21. Deus, Deus meus respice in me.

f. Oblatus est; quia ipse voluit.

R). Et livore eius sanati sumus.

Lectiones de Scriptura occurrente.

R), i. Vinea mea electa, ego te plantavi, dicit Dominus, et tu facta es mihi nimis amara: * Quia parasti crucem Salvatori tuo.

y. Popule meus, quid feci tibi aut in quo contristavi te? responde mihi. Quia.

R), ii. Ego eduxi te de Aegypto, demerso Pharaone in mare rubrum, et ante te praeivi in columna nubis: * Et tu me tradidisti principibus sacerdotum, et me duxisti ad praetorium Pilati.

y. Populus meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi, Et.

R), iii. Ego propter te flagellavi Aegyptum cum primogenitis suis. * Et tu me flagellatum tradidisti, * Qui, tamquam agnus coram tondente se, obmutui, et non aperui os meum.

y. Popule meus, quid feci tibi aut in quo contristavi te? responde mihi. Et tu. Gloria Patri. Qui, tamquam.

In Quadragesima vero, et

Feriis Quatuor Temporum dicuntur sequentes Lectiones.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio i. *Cap. 5.*

Commendat caritatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius: multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiae, et donationis, et iustitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Iesum Christum.

R). Vinea mea.

Lectio ii.

Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obeditionem, iusti constituentur multi. Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia. Ut sicut regnavit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

R). Ego eduxi.

Lectio iii. *Cap 6.*

Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo ? An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, et ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam vivemus cum Christo.

R). Ego propter.

In II. Nicturno.

Ant. Inimici mei * dixerunt mala mihi: Quando morietur, et peribit nomen eius?

Ps. 40. Beatus qui intelligit.

Ant. Alieni insurrexerunt * in me, et fortes quaesierunt animam meam.

Ps. 53. Deus in nomine tuo.

Ant. Conculcaverunt me * inimici mei tota die; adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

Ps. 55. Miserere mei Deus, quoniam.

y. Proprio Filio suo non pepercit Deus. R). Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Sermo sancti Bernardi Abbatis, *Feria 4. Hebd. S. Ser in. de Passione Domini.*

Lectio iv.

In passione dominica, fratres, tria specialiter convenit intueri: opus, modum, causam. Nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in causa caritas commendatur. Patientia autem singularis, quod videlicet: cum supra dorsum eius fabricarent peccatores; cum sic extenderetur in ligno, ut dinumerarentur omnia ossa eius; cum fortissimum illud propugnaculum, quod custodit Israël, undique foraretur; cum foderentur manus eius et pedes, sicut agnus ad occisionem ductus sit et tamquam ovis coram tondente non aperuit os suum. Non adversus Patrem murmurans, a quo missus fuerat; non adversus humanum genus, pro quo, quae non rapuit, exsolvebat; non denique vel contra populum ipsum peculiarem sibi, a quo pro tantis beneficiis tanta mala recipiebat.

R). Ego propter te Chananaeorum reges percussi, et dedi tibi sceptrum regale: * Et tu dedisti capiti meo spineam coronam, et percussisti arundine caput meum. y. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et.

Lectio v.

Modum ipsum, si diligenter attendas, non modo mitem, sed et humilem corde cognosces. Nempe in humilitate iudicium eius sublatum est, cum nec ad tantas blasphemias, nec ad falsissima, quae sibi obiiciebantur crimina responderet. Vidimus, inquit, eum et non erat ei aspectus, nec speciosum forma prae filiis hominum, sed opprobrium hominum et tamquam leprosum, novissimum virorum, plane virum dolorum a Deo percussum et humiliatum; ita ut nulla esset ei species, neque decor. O novissimum et altissimum! O humilem et sublimem ! O opprobrium hominum et gloriam Angelorum I Nemo illo sublimior, neque humilior. Denique sputis illitus est, opprobriis saturatus est, morte turpissima condemnatus est, cum sceleratis deputatus est. Nihilque merebitur vel ista humilitas, quae hunc habet modum; imo quae tam est

ultra modum? Sicut est patientia singularis, sic et humilitas admirabilis; utraque sine exemplo.

R). Ego duxi te per desertum quadraginta annis, et manna, cibavi te: * Et tu me cecidisti alapis et flagellis.

y. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et.

Lectio vi.

Utramque tamen magnifice causa ipsa commendat, nimirum caritas est. Propter nimiam enim caritatem suam, qua dilexit nos Deus, ut servum redimeret, nec Pater Filio, nec sibi Filius ipse pepercit. Vere nimiam, quia et haec mensuram excedit, modum superat, plane supereminens universis. Maiorem, inquit, caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Tu maiorem habuisti, Domine, ponens eam etiam pro inimicis. Cum enim adhuc inimici essemus, per mortem tuam et tibi reconciliati sumus et Patri. Quaenam ergo alia videbitur esse, vel fuisse, vel fore huic similis caritati? Vix pro iusto quis moritur. Tu pro iniustis passus es, moriens propter delicta nostra, qui venisti iustificare gratis peccatores, servos facere fratres, captivos cohaeredes, exsules reges.

R). Ego exaltavi te magna virtute: * Et tu me suspendisti in patibulo crucis, * In qua expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem.

y. Popule meus , quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et. Gloria Patri. In qua.

In II L Nocturno.

Ant. Filii hominum * dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus.

Ps. 56. Miserere mei Deus; miserere mei.

Ant. Intende runt arcum * rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Ps. 63. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor.

Ant. Factus sum * sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Ps. 87. Domine Deus salutis meae.

y. Factus est obediens usque ad mortem.

R). Mortem autem crucis.

Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem.

Lectio vii. *Cap. 19.*

In illo tempore: Sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Et reliqua.

Homilia S. Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Comment, in Ioannem. Lib. 12. cap. 35.

Cum luculenter omnia impietate Iudaeorum essent peracta,

nec quidquam ad summam crudelitatem deesset, tandem sanctissima caro Christi naturale quid patitur. Multis enim, ac variis doloribus exsiccata, siti torquetur. Multum enim possunt dolores ad commovendam sitim; innatum enim calorem exagitantes, vel, quod in profunditate humidum est, consumunt et igneis ardoribus dolentis viscera urunt. Sicut igitur ceteras passiones, sic hanc etiam sponte Christus perpessus est. Bibere igitur petit: illi autem adeo longe ab omni humanitate aberant, ut pro iuvante potu atque iucundo nocentem et acerbum attulerint, et humanitatem, qua moveri videbantur, in impietatem converterint. Nam cum petenti dabant, caritatis habitum suscipere videbantur; sed non est possibile mentiri Scripturam, in qua ex persona Christi dicitur: Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.

R). Ego te potavi aqua salutis de petra: * Et tu me potasti felle et aceto.

f. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et.

Lectio viii. *Idem Cap. 36.*

Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est: et inclinato capite tradidit spiritum.Consummatum iam esse Salvator dicit, quia saeviendi Iudaeorum potestas in ipsum per mortem suam terminum habuit. Quid enim non excogitarunt, aut quid supremae inhumanitatis relictum sibi est? Quis caedendi, quis contumeliandi modus non adhibitus? Merito igitur consummatum esse, ait. Cumque tempus iam esset, ut etiam spiritibus apud inferos praedicaret (venit enim, ut tam vivorum quam mortuorum dominaretur), mortem pro nobis suscepit: et hanc naturae nostrae propriam passionem sponte subiit secundum carnem, quamvis, ut Deus vita naturaliter sit, ut s p n liatis inferis, primitiae dormientium, et primogenitus (ut Scripturae dicunt) mortuorum iactus, recursum ad vitam naturae nostrae largiretur.

R). Ego ante te aperui mare: * Et tu aperuisti lancea latus Salvatori tuo, * Qui redemit mundam in sanguine suo. •>. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et. Gloria. Qui.

Lectio ix

Inclinavit igitur caput. Accidit enim morientibus, vigore carnis iam consumpto et anima, quae corpus retinet, abeunte, inclinatio capitis. Quamobrem verbis, hoc modo usus Evangelista est. Sic et tradidisse spiritum, a consuetudine nostra sibi dictum est; multi enim sic exstingui, et mori dicuntur. Quamvis mihi videatur

ideo non simpliciter mortuum esse, sed tradidisse spiritum Evangelista dixisse; quia in manus Dei Patris animam suam commendavit, nt ipse dixit: Pater 1 in manus tuas commendo spiritum meum. Quod nobis magnae spei fundamentum, atque originem praebet.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes
et per Horas.

Ant. 1. Fui flagellatus * tota die, et castigatio mea in matutinis.

Ps. Dominus regnavit, *cum reliq.*

2. Veni ad montem myrrhae * et ad collem tliuris; tamquam agnus ad occisionem ductus, obmutui, et non aperui os meum.

3. Foderunt manus meas * et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.

4. Consol ante m me * quaesivi, et non inveni: dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.

5. Cum accepisset Iesus * acetum, dixit: Consummatum est; et inclinato capite emisit spiritum.

Capitulum. Philipp. 2.

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, *ut supra.*

Hymnus.

Saevo dolorum turbine
laetatur, atris obrutus
Poenis, acerba sustinens
Redemptor afflxus cruci.
Pedes manusque horribili
Clavi cruentant vulnere;
Cor, vultus, artus, pectora
Sacro redundant sanguine.
Flet, orat, et clamans obit:
Cor matris ictum concidit;
Heu, Mater! heu, Fili! dolor
Ingrata frangat pectora.
Montes, sepulchra, saxaque
Scinduntur; arva, flumina,
Rupes et aequor contremunt,
Templique velum scinditur.
Sol, luna, coelum, sidera
Plangunt, et orbis iuge mit:
O vos viri, vos parvuli,
Nuptae, puellae, plangite.
Adstate moerentes cruci,
Pedes beatos ungite,
Lavate fletu, tergi te
Comis, et ore lambite.
Tu, caritatis victi aia,
Ut nostra tollas crimina,
Nobis salubri perficis
Adoptionem sanguine
Nostra ergo pax et gaudium
Sis, vita, Iesu, et praemium;
Sis ductor et lux in via,
Merces, corona in patria. Amen.

y. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

R). Et attritus est propter scelera nostra.

Ad Beilud. Ant. Ad Iesum autem * cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura; sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.

Oratio.

Domine Iesu Christe, *ut supra.*

Ad Primam.

In R), br. y. Qni pro nobis pati dignatus es.

Ad Tertiam.

Ant. Veni ad montem myrrhae.

Capit. Fratres : Hoc enim. *ut supra.*

R), *br.* Oblatus est, * Quia ipse voluit. Oblatus est.

y. Et livore eius sanati sumus. Quia. Gloria Patri. Oblatus est.

y. Proprio Filio non pepercit Deus. R). Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Ad Sextam.

Ant. Foderunt manus meas.

Capitulum. Zach. 13.

Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.

R), *br.* Proprio Filio suo * Non pepercit Deus. Proprio.

y. Sed pro nobis omnibus tradidit illum. Non. Grloria. Proprio.

y. Factus est obediens usque ad mortem.

R). Mortem autem Crucis.

Ad Nonam.

Ant. Cum accepisset Iesus.

Capitulum. Is. 53.

Generationem eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viventium : propter scelus populi mei percussi eum.

R), *br.* Factus est obediens: * "Usque ad mortem. Factus.

y. Mortem autem crucis. Usque. Gloria Patri. Factus.

f. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

r). Et attritus est propter scelera nostra.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I., praeter sequ.

f. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

R). Et attritus est propter scelera nostra.

Ad Magni/. Ant. Deponens Ioseph * corpus Iesu involvit sindone, et posuit eum in monumento exciso. Fuit planctus magnus in illa die; mulieres autem sedentes contra sepulchrum dolebant, sicut doleri solet in morte primogeniti.

PRO SABBATO

OFFICIUM VOTIVUM

DR IMMACULATA CONCEPTIONE I M. Y.

SEMIDUPLEX

ut in Appendice Breviarii Romani

In Quadragesima vero et sabbatis Quatuor temporum Lectiones primi Nocturni erunt ut in die 8 Decembris.

ROMAE

PRO FERIA III.

OFFICIUM VOTIVUM

DE 88. " APOSTOLIS PETRO ET PAULO

SEMIDUPLEX

Omnia de Comm. Apost, pro diversitate temporis, praeter sequentia.

In utrisque Vesperis.

f. **Constitues eos principes super omnem terram.**

R). **Memores erunt nominis tui, Domine.**

Ad Magni/. Ant. **Petrus Apostolus, * et Paulus Doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tu^m, Domine.**

Oratio.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et coapostolum eius Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, et concede ; ut amborum meritis aeternitatis gloriam consequamur : Qui vivis.

In I. Nocturno.

Lectiones de Scriptura Occur» rente.

In Quadragesima vero, dicuntur sequentes Lectiones.

Incipit Epistola prima beati Petri Apostoli.

Lectio i. *Cap 1.*

Petrus. Apostolus Iesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae et Bithyniae,secundum praescientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus , in obedientiam, et aspersionem sanguinis Iesu Christi: gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in haereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in coelis in vobis, qui in virtute Dei custodi-

mini per ñdem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

Lectio ii.

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus : ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem, in revelatione Iesu Christi: quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes, creditis: credentes autem exsultabitis laetitia inenarrabili et glorificata: reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum.

Lectio iii.

De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetae,qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: praenuntians eas quae in Christo sunt passiones, et posteriores glorias : quibus revelatum est quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quae nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de coelo, in quem desiderant Angeli prospicere.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

De Sermone S. Leonis Papae.

Ex hom. 82. in Natal.Ss. Ap. Petri et Pauli.

Neronis furor per omnium vitiorum inflammatus excessum, in hunc eum usque torrentem suae praecipitavit insaniae , ut primus nomini Christiano atrocitatem generalis persecutionis inferret quasi per sanctorum Apostolorum Petri et Pauli neces gratia Dei posset extingui; quibus hoc ipsum erat maximum lucrum, ut contemptus vitae huius occiduae, perceptio fieret felicitatis aeternae. Pretiosa est ergo in conspectu Domini mors sanctorum eius: nec ullo crudelitatis genere destrui potest sacramento crucis Christi fundata religio.Non minuitur persecutionibusEcclesia, sed augetur : et semper Dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quae singula cadunt multiplicata nascuntur. Unde duo ista praeclara divini seminis germina in quantam sobolem germinari nt, beatorum millia Martyrum protestantur, qui apostolicorum aemuli triumphorum, Urbem no stram purpuratis, et longe lateque rutilantibus populis ambierunt, et quasi ex multarum honore gemmarum conserto uno diademate coronarunt.

Lectio v.

De quorum praesidio, dilectisiimi, divinitus nobis ad exemplum patientiae et confirmationem fidei

praeparato, universaliter quidem in omnium sanctorum commemoratione laetandum est: sed in horum excellentia Patrum merito est excellentius gloriandum, quos gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesiae membra provexit, ut eos in corpore, cui caput est Christus, quasi geminum constitueret lumen oculorum. De quorum meritis atque virtutibus, quae omnem loquendi superant facultatem, nihil diversum, nihil debemus sentire discretum: quia illos et electio pares, et labor similes, et finis fecit aequales.

Lectio vi.

Sicut autem et nos experti sumus, et nostri probavere maiores, credimus atque confidimus, inter omnes labores istius vitae, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuvandos: ut, quantum propriis peccatis deprimimur, tantum apostolicis meritis erigamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, cui est cum Patre et sancto Spiritu eadem potestas, una divinitas, in saecula saeculorum. Amen.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. *Cap. 19.*

In illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

In Ps. 118. Sermo 8. post init.

Ecce nos omnia dereliquimus, et secuti sumus te. Hoc est, non quaesivimus quae saeculi sunt, non quaesivimus partem de possessionibus, sed te elegimus portionem. Reliquisti ergo omnia, Petre, quae habebas; unde habes quod habere te dicis? Surgit claudus, et sono tui sermonis erigitur: sanitatem aliis donas, qui indigebas ipse tuae salutis auxilio. Reliquisti ergo quae habebas, et coepisti, quae non habebas. Christus tibi portio, Christus tibi possessio est: illius nomen tibi munificum, illius nomen tibi est fructuosum, illius nomen tibi tributa dépendit, et bona tributa, non pecuniae, sed gratiae.

Lectio viii.

Quicumque reliquerit patrem, aut matrem, aut domum, aut fratres aut sorores, centuplum accipiet in hoc saeculo, et vitam aeternam possidebit. Multos quidem in hoc saeculo, qui sub pauperibus donaverunt, uberiore thesauro locupletatas fuisse cognovimus. Est pulcherrimus locus, ut etiam ad misericordiam provocentur. Sed non debent a Domino saecularem huiusmodi exigere mercedem, nec

sperare quae mundi sunt; sed magis, quia iis, quia omnia reliquerint, Deus portio est. Ipse est utique merces perfecta virtutum, qui non centupli enumeratione, sed perfectae plenitudinis aestimatione censetur. Ego, inquit, Deus tuus sum: Non dixit: Ero, sed: Iam sum, iam in h abito, iam possideo.

Lectio ix.

Habes, homo, inter multa proposita, etiam huiusmodi portionem. Proposuit tibi Dominus in portione possessiones, in portione aurum, in portione argentum, in portione honores, in portione nobilitatem proposuit etiam in portione seipsum. Ha'ues igitur plurimas portiones; elige quam putas; non te numerus perturbet, sed excitet gratia; non te labor avertat, sed fructus invitet.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes.

f. In omnem terram exivit sonus eorum.

R). Et in fines orbis terrae verba eorum.

Ad Bened. Ant. Gloriosi principes terrae , * quomodo in vita sua dilexerunt se, ita et in morte non sunt separati.

MISSAE VOTTVAE PER ANNUM

Hae Missae celebrantur diebus singulis dasignatis iuxta Apostolicum Indultum generale per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis die 5. Iulii 1883. Secunda et tertia Oratio erunt ut in Semiduplicibus pro diversitate temporis. Fient quoque Commemorationes de Simplici, ac de Feria cum eius Evangelio in fine Missae, prout de iis actum est in respondente Officio Votivo per annum, juxta Rubricas Missalis Dicitur *Gloria* et omittitur *Credo.*

PRO FERIA II.

DE SANCTIS ANGELIS

Missa Benedicite Dominum omnes Angeli eius : *quae inue~nitur inter Missas votivas.*

Secunda et tertia Oratio pro diversitate temporis ut in Semiduplicibus.

Non dicitur Credo.

PRO FERIA III.

DE SANCTIS APOSTOLIS

Introitus. *Ps. 138.*

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Ps. ibid. Domine, probasti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam: et resurrectionem meam.

y. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui nos per beatos Apostolos tuos ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare , et celebrando proficere. Per Dominum nostram Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Secunda et tertia Oratio pro diversitate temporis ut iti ^emiduplicibus.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. *Ephes.4.b.*

Fratres : Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.Propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terrae ? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores, et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi; donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum , in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

Graduale Ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine.

y. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi.

Alleluia, alleluia.

y. *Ps. 138.* Nimis honorati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia.

Post Septuagesimum, omissis Alleluia, *et Versu sequenti, dicitur :*

Tractus. Ps. 125. Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent.

y. Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua.

y. Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos.

ffi Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Matth. 19. d.

In illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis ? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius

hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, indicautes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem , aut matrem , aut uxorem , aut filios , aut agros , propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit.

Non dicitur Credo.

Offertorium. Ps. 18. Inomnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terrae verba eorum.

Secreta.

Gloriam, Domine, sanctorum Apostolorum tuorum perpetuam venerantes : quaesumus ; ut eam, sacris mysteriis expiati, dignius celebremus. Per Dominum.

Praefatio de Apostolis.

Communio. Matth. 19. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes », iudicantes duodecim tribus Israel.

Postcommunio.

Perceptis, Domine, sacramentis , suppliciter exoramus: ut, intercedentibus beatis Apostolis tuis, quae pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Tempore Paschali.

Missa ut supra, praeter sequentia.

Introitus. Ps. 63.

Protexisti me, Deus, a conventu malignantium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia.

Ps. Ibid. Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor : a timore inimici eripe animam meam.

y. Gloria Patri.

Post Epistolam»

Alleluia, alleluia.

y. *Ps. 88.* Confitebuntur coeli mirabilia tua , Domine : etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Alleluia.

f. Ioan. lo. Ego vos elegi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat. Alleluja.

Offertorium. Ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine, in omni progenie et generatione, alleluia, alleluia.

Communio. Ps. 18. In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terrae verba eorum , alleluia, alleluia.

PRO FERIA IV.

DE S. IOSEPH SPONSO B. M. V.

Confessore et Catholicae Ecclesiae Patrono.

Introitus. Ps. 32.

Adiutor, et protector noster est Dominus: in eo laetabitur cor nostrum, et in nomine sancto eius speravimus.

Ps. 79. Qui regis Israel, intende : qui deducis, velut ovem, Ioseph.

y. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui ineffabili providentia beatum Ioseph sanctissimae

xenitricis tuae sponsum eligere dignatus es: praesta, quaesumus; ut [uem protectorem veneramur in serris, intercessorem habere mereanur in coelis: Qui vivis et regnas.

Secunda et tertia Oratio pro lioersitate temporis ut in Semifuplicibus. Quo tempore Oratio i cunctis , *dicenda veniet, in eadem omittitur nomen S. Ioseph»*

Lectio libri Génesis. *Gen. 49.* c.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens , et decorus adspectu: filiae discurrerunt super murum. Sed exasperaverunt eum, et iurgati sunt, inviderunique illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius et dissoluta sunt vin cula brachiorum, et manuum illius per manus potentis Iacob : inde pastor egressus est, lapis Israël, Deus patris tui erit adiutor tuus, et Omnipotens benedicet tibi benedictionibus coeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvae. Benedictionibus patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium aeternorum.: fiant in capite loseph, et in vertice Nazaraei inter fratres suos.

Graduate. Ps. 20. Domine, praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

y. Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi.

Alleluia, alleluia.

y. Fac nos innocua m, Ioseph, decurrere vitam : sitque tuo semper tuta patrocinio. Alleluia.

Post Septuagesimum, omissis Alleluia, *et Versu sequenti, dicitur :*

Tractus. Ps. 111. Beatus vir, qui timet Dominum : in mandatis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius : generatio rectorum benedicetur.

y. Gloria, et divitiae in domo eius : et iustitia eius manet in saeculum saeculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et eius loco dicitur :

Alleluia, alleluia.

>. De quacumque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos, et ero protector eorum semper. Alleluia.

y. Fac nos innocuatn, Ioseph, decurrere vitam : sitque tuo semper tuta patrocinio. Alleluia.

¡53 Sequentia sancti Evangelii secundum Lucarn. *Luc. 3. d.*

In illo tempore : Factum est autem cum baptizaretur omnis populus , et Iesu baptizato , et orante, apertum est coelum: et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum : et vox de coelo facta est : Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph.

Non dicitur Credo.

Offertorium. Ps. 147. Lauda

Ierusalem Dominum : quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.

Secreta,

Sanctissimae Genitricis tuae sponsi patrocinio suffulti, rogamus, Domine, clementiam tuam '• ut corda nostra facias terrena cuncta despicere , ac te verum Deum perfecta caritate diligere : Qui vivis.

Communio. Matth. 1. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Postcommunio,

Divini muneris fonte refecti, quaesumus, Domine Deus noster : ut, sicut nos facis beati Ioseph protectione gaudere ; ita eius meritis et intercessione , coelestis gloriae facias esse participes. Per Dominum,

PRO FERIA V.

DE SS. EUCHARISTIAE SACRAMENTO

Missa Cibavit eos ex adipe frumenti: *quae invenitur inter Missas votivas.*

Secunda et tertia oratio pro diversitate temporis, ut in Semiduplicibus.

Non dicitur Credo.

Praefatio de Nativitate. Quia per incarnati Verbi mysterium.

PRO FERIA VI.

DE PASSIONE D. N. I. C.

Missa Humiliavit: *quae invenitur inter Missas votivas.*

Secunda et tertia Oratio pro diversitate temporis.

Non dicitur Credo.

Praefatio de Cruce. Qui salutem humani generis.

PRO SABBATO

DE IMMACULATA CONCEPTIONE B. M. ?.

Missa Gaudens gaudebo: *ut in Festo die 8 Decemb'is.*

Secunda Oratio de Sptntu Sancto, tertia Ecclesiae vel pro Papa.

Non dicitur Credo.

In Secreta vero dicitur: Salutarem hostiam, quam in commemoratione Immaculatae Conceptionis.

Praefatio de B. Maria Virg. Et te in Conceptione Immaculata.

ROMAE

PRO FERIA III.

Missa Votiva de Ss. Apostolis

PETRO ET PAULO

Missa Mihi autem: *quae invenitur inter Missas votivas in Missali Romano.*

Tempore Paschali dicitur eadem Missa praeter Introitum, Graduale, Offertorium et Communionem, quae sumenda sunt in Missa votiva de Ss, Apostolis.

EX 8. CONGREGATIONE CONCILII

ANDRIEN.

IURIUM ET PRIVILEGIORUM

Die 2 Iunii 1883.

COMPENDIUM FACTI, Suppressa per decretum s. C. c. diei 23 Aprilis 1857 cura animarum habituali et actuali, quae principaliter a Capitulo Cathedralis subsidiarie vero a Capitulo Collegiatae s. Nicolai super universa urbe Andriensi ab immemorabili exercebatur, sex noviter Paroe«iae in totidem Ecclesiis ab ipso decreto designatis erectae fuerunt, quarum una in Ecclesia divo Augustino dicata, Ordini olim Discalceati rum s. Augustini pertinente.

Praefatum decretum vero decernebat « 1. Super paroecia cathedralis, sic extincta ac suppressa, sex noviter erigendas et instituendas esse paroecias cum pleno iure parochialitatis, praesertim cum fonte baptismali, aliisque de iure ac consuetudine competentibus, peracta territoriali circumscriptione, assignato unicuique proprio ambitu cum aequali, quo magis neri poterit, animarum numero. 2. Huiusmodi paroeciarum erectionem faciendam esse in determinatis Ecclesiis, intra ambitum civitatis Andriensis existentibus, ut infra: nimirum primam in Ecclesia cathedrali, alteram in collegiata Ecclesia s. Nicolai, tertiam in collegiata Ecclesia Mariae V. ab Angelo salutatae, quartam in Ecclesia s. Augustini.... omnesque sic erectas de respectivo providendas esse rectore Sacerdote **a** Clero saeculari, per formalem concursum eligendo, ac liberae habendas esse collationis Rmi Episcopi pro tempore, una excepta paroecia, in Cathedrali Ecclesia erigenda >.

In Ecclesia sancti Augustini iam a 44 circiter anni* reperiebatur Clerus collegialis Sanctissimae Annuntia;atqui sub initio anni 1813 in eamdem ***iuribus integris*** **ua/islatus**, non modo omnes functiones chorales **^aruin etiam** alias ab antiquo ibi fieri solitas usque ad hanc **ii*:a p*cifvft** peregit, nec non SSmae Eucharistiae Sacramentum * **rite** erectionem novae paroeciae perpetuo inibi asservavit

Modo vero cum hodiernus Parochus nonnulla iura in medium protulisset, quae iuribus et privilegiis Cleri adversari videbantur, hic per supplicem libellum diei 4 Februarii 1882 **S. C. C.** adivit varia proponens dubia

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO CLERI SSMAE ANNUNTIATAE. Clerus hic praeprimis totus in eo fuit ut probaret sibi unice competere rectoriam Ecclesiae s. Augustini. Quod ut evinceret ab initio suae allegationis demonstrare contendit se veram collegialitatem habere et verum Capitulum esse. Quamvis enim decretum erectionis canonicae amplius non reperiatur, tamen Clerus talia possidere indicia collegialitatis affirmavit, ut collegialitas ipsa satis abunde praesumatur, imo probetur. Sane defectum decreti erectionis nihil obesse collegialitas alicuius Ecclesiae, ubi ipsa a centum annis, sive ab immemorabili indicia et dotes collegiatarum exhibeat, docent passim dd. et praecipue Pitorrius ***disc. eccl. 116; num. 30;*** Lotter. ***de ref. benef. lib. 1 qu. 14 num. 52;*** De Luca ***disc. 51 num. 4 et 5 de jpraeem.***

Iamvero in Ecclesia ss. Annuntiatae ab antiquissimo tempore, teste Capitulo Cathedralis, adfuit determinatus numerus Canonicorum, qui cum Priore unum corpus efficiebant, qui collegiatarum insignibus ornati, distinctum stallimi habebant in choro, qui et divina officia, non exclusa Missa conventuali, celebrabant, qui conventus capitulares agebant, et capitulari utebantur sigillo, qui separatas praebendas obtinebant, quae, tes+e Episcopo, conferebantur cum

Bulla collationis, ceu beneficia. Ecclesia vero ab anno 1570 usque ad nostra tempora ***Collegiata*** appellari consuevit, non solum ab Episcopis in actis visitationis, sed etiam a SSmis Pontificibus Innocentio XI et Alexandro VII.

Haec autem esse certissima collegialitatis indicia, etiamsi sumantur seiunctim, docent dd. Revera Petra ***ad Const. 7*** Innoc. IV ***sect. 2 num. 34*** pro tessera collegialitatis assignat « Si Ecclesia fuerit habita uti collegiata et in actis visitationis ab Ordinario talis asseratur » ; Barbosa ***Ius. Can. lib. 2 cap. 6.*** « Potissima collegialitatis coniectura est, si » in Ecclesia adsit aliquis uti caput, et clerici vel Canonici > ut membra; » Card. De Luca ***disc. 51 num. 4 et 5 de praeemin. «*** Cum constat quod usque ab armo 1292 in istis » Ecclesiis adessent Canonici, soliti provideri in titulum, quo- » rum numerus praefinitus erat, atque Ecclesiae enuncien- > tur collegiatae . . . hinc adesse dicitur centenaria, qua » occurrente de plano resultat probatio dicti privilegii (col- » legialitatis) quoniam centenarius possessor allegare potest > privilegium apostolicum, et quemcumque titulum melio- » rem, unde non indigent adminiculativa probatione, deducta > ex signis; cum ipsa sola diurna possessio ad id sufficiat, » ex dicto privilegio centenariae possessionis >; Lotter. ***de ref. benef. qu. 14 num. 41 ex cap. Cum Eccl. num. 2 de off. Ord.;*** Ferraris ***v. collegium*** et S. C. C. in ***Montisfalisci Collegiatae 15 Septembris 1856.***

Probata igitur collegialitate, et per consequens capacitate possidendi, Clerus prosecutus est asserens, sibi tribuendam esse rectoriam Ecclesiae s. Augustini, utpote qui in ipsam usque ab initio huius saeculi translatus fuerit legitima approbatione...atque investitus fuerat a competenti auctoritate de rectoría et administratione dictae Ecclesiae, domusque annexae. Ad cuius rei demonstratione m primo loco in medium attulit quemdam contractum emphyteuticum, initum die 21 Decemb. 1821, quo eidem Clero concedebantur nonnullae partes fabricae suppressi caenobii Augustinianorum. Praeterea citavit ad id «vincendum etiam inscriptionem in

Ecclesia s. Augustini existentem; nec non quemdam publicum instrumentum diei 22 Ianuarii 1813 continens concordiam initam inter ipsum Clerum et Capitulum Cathedralis super ius peragendi functiones in antiqua Ecclesia SSmae Annuntiatae.

Cum igitur Clerus praedictus in Ecclesiam s. Augustini, nemine eam possidente, translatus fuerit a legitima auctoritate, sponte sua sequitur, ipsum exclusivum dominum eiusdem Ecclesiae evasisse et rectorem.

Verum , hisce etiam omissis, Clerus sibi competere rectoriam arguit ex pacifica possessione iurium inde manantium usque ad hanc diem. Exploratissimum enim est in iure possessionem relevare ab onere probandi, cum pariat dominii praesumptionem ***cap. 2 de Rest, spoliat, in 6,*** ita ut iuxta ***Reg. 36*** Cancell. Apostolicae, etiam pacifica triennalis possessio satis sit ad aliquem in suo beneficio manutenendum. Fortius autem id valere debet in casu ubi possessio firmatur consuetudine et praescriptione quadraginta quatuor annorum cum titulo aequipollens centenariae seu immemoriali, ad tradita per De Luca ***de haered. disc. 33 sub num. 13 vers. Si igitur, et de iudiciis disc. 21 num. 42,*** qua praescribi possunt res omnes omniaque iura, quia est melior titulus et fortior de mundo ad reddendos tutos possessores iuxta Pitonium ***de Contr. Patron, alleg. 58 num. 10. et 11.***

Neque dici posse videtur Clerum amisisse possessionem rectoriae Ecclesiae s. Augustini per erectionem Paroeciae. Quandoquidem cum in decreto erectionis iuribus cleri expresse non fuerit derogatum, hoc facile praesumi non potest. Princeps enim non praesumitur velle tertio praeiudicare ***I. 2 §. Si quis a Principe ff. Ne quid in loc. pub. et in cap. Super eo de off. deleg.,*** multo autem minus stante regula Cancellariae de non tollendo iure quaesito, Fagnanus ***in cap. Cum olim de sent. et re iud. num. 23.*** Unde recte arguunt dd. quod etiamsi Papa det alicui facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, semper subintelligitur, nisi possessio sit plena, Alex. ***cons. 83 col. 2 vol. 2;***

Dec. cons. 95, et 96 part. 1 cól. 7; Fagnan. ***in cit. cap. num. 39.***

Constito itaque quod Ecclesia s. Augustini iam occupata fuerit a 44 annis a Clero ante Parochum, et Pontifex Cleri iuribus non derogaverit, prono alveo fluere videtur ipsum unicum dominum esse Ecclesiae s. Augustini eiusque exclusivum rectorem, quia qui prior est tempore potiorem esse iure constat ex ***cap. ult. 75 distinct, cap. Concilia §. hinc etiam 17 dist. cum concord.***

Hoc vero in vado posito ad Clerum quoque pertinere tum collectionem tum administrationem eleemosynarum dicendum est, ad tradita per Pitonium ***de contr. Patron, alleg. 54 num. 3 et 38*** et in ***alleg. 34 num. 10;*** Sperell. ***dec. 117 num. 32. et 20 part. 11 rec;*** et De Luca ***de Praeemin. disc. 11 num. 17*** - ibi - ***oblationes quae fiunt in Ecclesia ad ipsam eiusque rectorem pertinent eoo deductis apud Merlin, dec. 257 alias dec. 37 part. 5 recent.*** Atque hoc ad exclusionem Parochi, ceu respondit S. R. C. in ***Decreto Urbis et Orbis diei 12 Ianuarii 1704 ad dubium 28.***

Quoad secundum dubium recolendum est, quod cum Ecclesia s. Augustini pertineat ad Clerum, hic peragere valet eas functiones, quas antea in Ecclesia SSmae Annuntiatae et post translationem et Paroeciae erectionem, in Ecclesia s. Augustini usque modo explere consuevit. Canonicis enim independenter a Parocho fas est in propria Ecclesia eas omnes functiones peragere quae parochiales non sunt, ut tridua, novendiales supplicationes aliaque istiusmodi, nec non conciones assuetas haberi ceu colligitur ex decisione S. C. Ep. et Reg. ***in Senogallien. 6 Aprilis 1623*** relata a Ferraris in sua ***Biblioth.Can. v. Collegiatam n. 61 et 65;*** ex Decreto Urbis et Orbis S. R. C. ***12 Ianuarii 1704;*** et ex resolutionibus S. C. C. ***in Hortona 5 Iunii 1738, in Pinnen. Iurium et praeeminentiarum 26 Aug. 1826¿*** in quibus haec vel laicorum Confraternitatibus absque Parochorum consensu competere decernitur.

Hisce positis cum celebratio Missae solemnis feriae V in

Coena Domini et benedictio fontis baptismalis in Sabbato Sancto, uti omnes aliae functiones Hebdomadae sanctae, non sint de iuribus ***mere parochialibus,*** iuxta Decretum ***Urbis et Orbis S. R. C. in dubio 7',*** et Menaceli, ***formul, leg. part. 2 tit. 13 formul. 1 n. 54;*** ita ad Clerum haec omnia modo spectare videntur. Atque hoc eo vel magis quia haec etiam capellanis Sodalitatum in suis Ecclesiis permittuntur, teste Benedicto XIV in ***Instit. Eccl. 105*** §.7'. ***n. 114.***

Ad tertium dubium gradum faciens clerus sibi competere autumavit asservationem clavis Tabernaculi, SSmae Eucharistiae administrationem, nec non ius funerandi. Haec autem erumpere dicit ex recognitione horum privilegiorum facta a Capitulo cathedralis Ecclesiae.

Quae iura quum obtineret clerus dum residebat in ecclesia SS. Annuntiatae, translatione sequuta, eadem iura translata dicenda sunt in novam ecclesiam; ***Glossa in cap. privilegium de reg. Iuris in VI;*** Innoc. ***cap. ex iniuncto sub n. 2 de oper. non nunciatione.*** In specie autem asseruit Clerus ex indulto Apostolico sese frui privilegio asservandi habitualiter SS. Eucharistiam.

Ceterum etiam admisso quod sive pro asservatione SS. Eucharistiae, sive pro iure funerandi authenticis indultis et privilegiis caruerit Clerus; nihilominus quoniam per centenariam consuetudinem vel praescriptionem quicumque tituli praesumantur, ceu tradit Rota ***cor. Coccin, dec. 2226 n. 14,*** hinc facile ingenio suo quisque videt, in themate etiam praesumi posse titulos indulti et privilegii, tum pro asservatione Smae Eucharistiae, tum pro iure funerandi. Notum enim est quod quamvis Parochi habeant iuris adsistentiam in funeribus decedentium in propria Paroecia, tamen ius funerandi potest alteri etiam competere ex privilegio speciali, prouti docet s. Rotae Auditorium ***in Romana Iurium parochialium 4 Iulii 1654 cor. Z or ate.***

Nec abolita dicenda sunt haec Cleri privilegia post erectionem Paroeciae, quandoquidem Pontifex ea sarta tectaque servare voluit cum in secreto erectionis caverit quod « ad

praecavenda iurgia ratio habeatur ad cuiuscumque Ecclesiae antiquitatem, splendorem, praerogativas ac privilegia, si quae habeant. »

Quoad quartum dubium clerus admisit ius esse Parocho celebrandi primam missam; quia id firmatum fuit consuetudine et decreto dioecesano. Attamen haud tolerare potuit quod parochus horam saepe mutet sub specie populi commoditatis, et praesumat quod nemo ex capitularibus missam celebret vel ante, vel tempore missae paroecialis.

Cum igitur constet decreta Synodi dioecesanae Clericos et laicos subiectos ligare, uti resolvunt Massobr. ***de Synodo Episcopi cap. 4 dub. 77 et 78;*** Gavant, ***v. Synod, dioeces, num. 65;*** B irljosa. ***in Collect, in Conc. Trid. sess. 24 de Reformat, cap. 2 num. 35;*** cumque iniquum sit ut unius negligentia alter gravetur, quia negligentia seu culpa sua sibi cuique imputa ri debet, ***I. in condemnatione §. unicuique ff. de reg. iuris cap. mora sua lib. 6 I. subtracto C. de furt. I. transactione finita C. de transad.***, Aneli, ***cons. 141 col. 1 num 2,*** Mandosius ***in Reg. 31 quaest. 10 num. 13;*** merito deducitur Clerum in celebratione missarum ad libitum Parochi ligatum non esse.

Ad ultimum tandem dubium Clerus deveniens sibi competere ait facultatem excludendi Parochum a sacristia et aliam eidem assignandi. Ipse enim post contractum emphyteuticum dominus evasit sacristiae, et quoniam iuris regula assistit domino, ut illa pro lubito uti valeat, ex vulgari axiomate ***quod quilibet est rei suae moderator et arbiter,*** potest prohibere aliis ne propriam domum seu fundum eo invito ingrediantur; De Luca ***de praeemin. disc. 12 num. 2.*** Accedit etiam quod Clerus, utpote emphyteuta, debet cavere ne super re emphyteutica servitus perpetua imponatur, ex deductis per Affiict. ***decis. 380 n. 2 et*** 3, Fulgin. ***de Emphyt. tit. de renunc. quaest. 3 num. 1 et seq.,*** De Luca ***de Servit, disc. 22 num. 2.***

DEFENSIO PAROCHI. EX altera vero parte Parochus s. Augustini evincere studuit sib* tribuendam esse rectoriam su-

per eamdem Ecclesiam. Sane Parochus, qui **habet suum** populum distinctum et separatum cum territorio suis finibus designato, habet pro se praesumptionem libertatis **et** independentiae; Fagnanus in ***cap. Ad audientiam num. 10 de Eccl. aedi f.*** Rota in ***Recen, decis. 569 num. 1 et 24 part. 19y in Aretina Iurium parodi. 27 Februarii 1704 §. Depulso coram Ansaldo,*** ac proinde habet in iure fundatam intentionem libere exercendi in sua Ecclesia omnes ss. functiones, primumque locum in eis tenendi supra **cete**ros, qualibet maiori dignitate seu maioritate fulgentes, etiam si agatur de Capitulo collegiata, Gratianus ***disc. for. 298 num. 89;*** Barbosa ***de Off. et Potest. Parochi part. 1 cap. 9.*** In sua enim Ecclesia et paroecia Curatus reputatur Praelatus ***arg. in cap. in Apib. 7 quaest. 1,*** Abbas in ***cap. Decernimus num. 16 de Iudic,*** **et** quodammodo Episcopus ac illius vices gerens, ut praeter adductos Fagn. in ***cap. Literae num. 18 de Matrim, contract. contra interdici. Ecclesiae.***

Ast nedum praesumptio, verum facta quoque militare videntur favore parochi: nam Ecclesia s. Augustini in Paroeciam erecta fuit per verba « ***hanc Ecclesiam divo Augustino dicatam in Paroeciam erigimus.*** » Hinc per hoc factum institutionis in paroeciam, ecclesia illa addicta fuit Parocho, ceu rectori. Qua de re nullum verbum adest in Bulla, quo reddatur Paroecia dependens a Clero quoad Ecclesiam, **et** quoad alia praetensa : quinimo in Clero uti principalis apparet paroecia. Praeterea plenam possessionem Ecclesiae s. Augustini concessam fuisse Parocho indubitanter eruitur ex actu collationis eiusdem Ecclesiae, in quo haec leguntur: « Quam possessionem adeptus **est** vicarius cura-
» tus per claves, et per' Ecclesiam stando et deambulando,
> aliosque actus faciendo, qui denotant veram et realem
» possessionem pacifice, quiete et nemine contradicente >.
Porro sicuti in civili iure traditio clavium importat dominium et possessionem aedificii rerumque in eo contentarum ***I. 72 ff. de contract. empt. I. '1 §. 21 in fin. de ff. ad-***

quir. vel orniti, possess. ; ita in canonico iure retentionem clavium Ecclesiae denotare proprietatem et possessionem eiusdem in eo qui eas retinet, exploratissimum est; De Luca ***de Sent. disc 90 num. 4, Rota in Fanen. Ecclesiae et Clavium 5 Iulii 1680*** §. ***Firmato, in Augustana Iurispatronatus super negotio principali 31 Ianuarii 1692 §. Hisque coram Ursino.*** Quae omnia maiorem vim accipiunt ex facto quod Parochus iam plura contulit pro Ecclesiae manutentione, quam Clerus omnino negligit.

Neque regerere iuvat Clerum inibi ante Parochum translatum fuisse legitima auctoritate ; proindeque praecedentiam habere debere supra Parochum ipsum in rectoría Ecclesiae s. Augustini. Quandoquidem Parochus praeprimis eidem Clero denegare contendit collegialitatem, eo quia desideretur vera erectio canonica. Compertum enim est nullam esse posse collegialem Ecclesiam sine Apostolico beneplacito, Rebuff. ***Prax. benef. tit. de Erectione in Colleg. in fin. vers, quidquid;*** Pignatell. ***consult. 90 num. 1 tom. 2, et cons. 109 num. 1 et seqq. tom. 9,*** De Luca ***de Benef. disc. 14 num. 12.***

At dato etiam quod in casu signis et indiciis agendum sit, ea unisona et certissima esse deberent, uti tradit Mascard, ***de Prob, conclus. 584,*** Rota ***decis. 341 num. 2 coram Roxas, et in Posnanien. Parochialis 4 Aprilis 1758 coram Bussio num. 4,*** quae in themate desiderari videntur. Improprie enim Clerus hic, ait Parochus, vindicat qualitatem Ecclesiae collegiatae, cum notum sit illam esse institutionem laicalem, quae appellatur ***Communia*** vel ***Rèceptitia:*** cuius participationes exiguntur ratione famulatus aut servitii ; sed nulla adest erectio in titulum collativum. Hinc deest basis pro Collegio, nempe ius Canoniae; idque demonstratur etiam ex facto quod numquam neque Apostolica Sedes, neque Ordinarii sese ingesserint in collatione harum ***Participationum.***

Nihil proinde in contrarium probare valent attestationes Capituli Cathedralis. Quidquid enim asseratur, certum tamen

est, ait Parochus, siallum, sigillum, appellationem Collegiatae etc. signa aequivoca esse collegialitatis, quae referri congrue possunt ac verificari in Ecclesiis mere receptivis, Si desit basis collegialitatis ***ius Canoniae;*** seu collatio trium, saltem beneficiorum erectorum in titulum; Card. De Luca ***de iurisd. disc. 13 n. 7 et seqq. et de benef. disc. 14 et seqq.*** Corrad. ***in praxi benef. I. 2 cap. 9 num. 19 et seqq..*** Petra ***ad Const. 7 Innoc. IV sect. 1 num. 21 et seqq.,*** Gonzalez ***ad Heg. octav. gloss. 19 n. 15.*** Ceterum in posteriori quodam documento contrarium omnino asseritur, et expresse traditur, Clerum non collegialem, sed recepti - tium esse.

Sublata autem huic clero collegialitate, praeeminentiam super Parocho idem habere nequit. Et in absurda etiam hypothesi, quod Clerus collegialitatem haberet, tamen haud pertinet ad eumdem neque rectoría, neque eius legitima possessio ; quia nullum adest documentum id comprobans. Quinimo contrarium inventum fuit documentum anno 1823, ex quo eruitur concessionem Ecclesiae s. Augustini, favore Cleri factam, precariam et temporaneam esse, non perpetuam; proinde non dominium sed solum limitatum usum Clero praebere.

Hinc corruat pariter necesse est argumentum Cleri a praescriptione desumptum. Exploratum enim est ad praescriptionem habendam, requiri titulum habilem ad transferendum dominium, cuius generis certe non est temporanea concessio. Cum igitur constet de vitiositate tituli in casu, praesumptio bonae fidei enervatur, et tempus praeterlapsum, omisso etiam quod fuerit interruptum, nihil valet; Fachin. ***I. 8 contr. c. 33,*** Mascar, ***de Probat, vol. 4 conci. 1378 num. 63 et seqq.*** Phir. ***tit. 26 de praescript. num. 88,*** Schmalzgrueb. ***de Praescript. §. 5 num. 84.***

Porro cum extra dubitationis aleam positum sit, quod omnes proventus singularum Paroeciarum respectivis Parochis cedere debeant, ***cap. 9 de his quae fiunt a Praelat.,*** ita ut omnes oblationes e+ eleemosynae Missarum, intra Ii-

lilittíá P c iroeciae factae et reeollectae, de iure ad Parochum loci spectent una cum earum administratione, ut notat Abbas ***in cap. 9 I. 3 Decr. num. 2 vers, administrationem autem.*** Fagnan. ***in cap. 9 num. 30,*** Barbosa ***de Off. et Potest. Parochi p. 3 cap. 24 num.*** 5, ***24,*** Reiffenst. ***i. 3 Decr. tit. 30;*** prono alveo fluere videtur Parocho in casu oblationes et eleemosynas esse adiudicandas. Et ratio est quia, ut tradit Ferraris in sua ***Biblioth. Canon. num. 13 v. oblationes,*** ex intentione offerentis censentur fieri Parocho ***ratione curae animarum, administrationis Sacramentorum, et aliorum divinorum,*** cum ipse teneatur ***ex officio suo pro populo orare, Can. Quia Sacerdotes 13 caus. 10 quaest. 1.***

Quoad vero secundum dubium observari potest quod cum Parochus in sua Ecclesia loco Imperatoris, Regis et Episcopi habeatur ***cap. duo 23 quaest. 4 et*** Abbas ***in cap. venerabilis num. 19 de elect.*** ad ipsum pertinere debet moderatio functionum, etiam non parochialium, quae in sua Ecclesia peraguntur, uti decrevit S. O. Rit. ***in Decreto Urbis et Orbis 12 Iun. 1704.***

Atque eo fortius denegandum esse videtur in casu hoc illimitatum ius Clero peragendi Tridua etc. tum quia, aiente Parocho, illud nunquam possedit, sed solum reducebatur ad novendiales supplicationes Nativitatis Christi et Smae Annuntiatae, tum quia contra consuetudinem immemorialem vellet has functiones ante vesperas peragere, et contra naturam Cleri receptivi unum solum delegare pro iisdem explendis.

Sibi autem competere edisserit Parochus munus praedicandi; et hoc non modo quando agatur de simplici explanatione doctrinae Christianae et Evangelii, verum etiam quoties ipse voluerit per seipsum illud obire. Parochum enim in sua Ecclesia, neque a contraria consuetudine, neque ab Universitate, neque ab Episcopo expolian imo et impediri posse a concionandi munere, quando per se ipsum illi cupit satisfacere docent De Luca ***Amot. ad Conc. disc. 3 num. 2, Miscel. disc. 27 num. 3 et 5: ei*** resolutum fuit a S. C. C.

in Florentina Iuris praed. 26 Ianuarii 1697; in Rossanen. Praed. 22 Febr. 1698.

Ad parochos autem spectare celebrationem Missae solemnis in Coena Domini et benedictionem fontis baptismalis, praeter auctores quam plurimos, declaravit S.O. C. ***in Neapolitana 18 Maii 1602*** ubi habetur: ***In Ecclesiis parochialibus... sacerdotalia munera et presbyterales functiones quae populi, et animarum curam quodammodo concernere videntur, quales sunt... fontis baptismalis benedictiones... celebrationes Missarum feria V in Coena Domini... ad Parochum spectare debere censuit.*** Cuius dispositionis rationem dat Monacell. ***in formul, leg. part. 2 num. 64 et 65. tit. 13.***

Tertium dubium aggrediens Parochus, ambigendum non esse, ait, de favorabili sibi responso. Cum enim ius funerandi et administrandi Sacramenta et praesertim SS. Eucharistiam recenseatur inter iura parochialia, sibi in sua Ecclesia vel aliis a se deputatis competere exploratum esse dicit, post Concilium Tridentinum et innumeras decisiones a S. C. C. hac super re latas, quas referre supervacaneum esset. Clavem vero s. Tabernaculi a Parocho asservandam esse in Ecclesia parochiali pluries pariter decrevit S. C. C. et praesertim ***in Neapolitana die 14 Novembris 1695.***

Demum, ait Parochus, quidquid sit de privilegiis, eidem clero concessis, in bonum populi, quando una erat paroecia, nunc eisdem derogatum esse constat, non modo ex decreto S. C. C. die 23 Aprilis 1857, quo novae Paroeciae erigebantur ***cum pleno iure parochialitatis aliisque de iure ac consuetudine competentibus,*** verum etiam per decretum Episcopi illius executorium, ubi numero **10** decernebatur, ut Paroeciis, sic erectis iura parochialia competerent « ***quacumque exceptione vel appellatione remota, in posterum inviolabiliter ab omnibus singulisque servanda, non obstantibus privilegiis, indultis, praerogativis, constitutionibus, etsi praecipua mentione dignis, contrariis quibuscumctue*** > etc.

Quoad horam missae paroecialis animadvertit Par©ehu ; neque antiquam consuetudinem, quae reapse non existit, neque legem Synodalem, quae in desuetudinem ivit, attendendas esse ; sed consulendum esse maiori populi commoditati. Qua de re oh bonum populi spirituale, merito Parochus inhibere potest ne alii Sacerdotes celebrent diebus festis, ante vel durante Missa parochiali, in qua ipse tenetur ex^ pianare doctrinam Christianam, ne scilicet fideles abstrahantur ab auditione concionis, quae fieri debet in Missa parochiali, ut declaravit S. C. C. apud Nicol, ***v. Missa n. 3.*** Hinc etiam est quod S. C C . sub ***die 28 Ianuarii 1640*** Episcopis insinuare censuit, ut pro prudentia curent, ut in diebus festivis prius celebretur Missa in Ecclesia parochiali quam alibi.

Ultimo tandem loco sacristiae usum ad se pertinere edisserit Parochus, ita ut nec a Clero ullimode exturbari possit. Quandoquidem cum sacristia accessorium sit Ecclesiae parochialis, quae a Parocho legitime possidetur, sacristiam etiam ad se spectare autumavit; accessorium enim semper sequitur conditionem principalis..

Accedit quod Clerus omne ius amisit supra sacristiam ex dispositis in articulo 4 contracti emphyteutici cum Religiosis augustinianis initi: quia per 15 annos haud solvit canonem quem solvere debebat quotannis sub poena caducitatis.

Quibus utrinque animadversis, enodanda proposita fuere sequentia

Dubia.

I. ***An rectoría Ecclesiae s. Augustini pertineat ad Parochum; ita ut eidem competat oblationum administratio et eleemosynarum collectio in casu.***

II. ***An Clerus valeat in praedicta Ecclesia, peragere functiones, tridua, novendiales supplicationes, concionesque habere ut antea, et celebrare Missam feriae V in Coena Domini, benedicere fontem baptismalem in Sabbato sancto in casu.***

III. *An ad Clerum vel Parochum pertineat asservatio clavis Tabernaculi et administratio SS. Eucharistiae, et ius funerandi in casu.*

IV. *An tempore Missae parochialis, vel ante, possint sacerdotes Missam celebrare.*

V. *An possit Clerus sacristiae usum retinere, et aliam Parocho assignare in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C C die 2 Iunii 1883, re perpensa, censuit respondere:

Ad L *Affirmative in omnibus, exceptis eleemosynis et oblationibus, quae directe et nominatim Clero offeruntur.*

Ad IL *Affirmative, absque tamen functionum parochialium perturbatione, et excepta celebratione Missae feriae V in Coena Domini et benedictione fontis baptismalis in Sabbato Sancto.*

Ad III. *Pertinere ad Parochum; qui tamen teneatur praebere Clero Tabernaculi clavem pro functionibus fieri solitis cum expositione SSmi Sacramenti.*

Ad IV. *Tempore Missae parochialis, negative, in reliquis provideat Episcopus.*

Ad V. *Quoad usum affirmative, in reliquis negative.*

Ex QUIBUS COLLIGES.

I. Parochum in sua Ecclesia reputari Praelatum, aut Episcopi vices gerentem; hinc in suo territorio habet praesumptionem libertatis et independentiae, et intentionem in iure fundatam libere peragendi ss. functiones, et primum tenendi locum in eisdem peragendis.

II. Ad Parochum spectare omnes respectivae paroeciae proventus ; ita ut ad eumdem spectent de iure omnes oblationes, et eleemosynae collectae intra fines suae paroeciae, una cum earumdem administratione; nam oblator censetur

offerre Parocho ratione curae animarum, et administrationis Sacramentorum.

III. In themate haud ambigendum concessam fuisse parocho plenam possessionem Ecclesiae s. Augustini per traditionem clavium ; quae denotant proprietatem et possessionem eiusdem Ecclesiae, post decretum pontificium et Episcopi executionem.

IV. Stallum, sigillum, et appellationem Collegiatae haud esse certa signa, quibus secure dignosci possit an aliqua Ecclesia sit reapse Collegiata; praesertim si desint beneficia collativa, erecta in titulum.

V. In themate, si demas nonnulla aequivoca signa, nil aliud habes, quod Collegiatae indolem revelet; et quod praecipuum est, deficit quodcumque beneficium assequendum ad nominationem alterius et per canonicam institutionem.

VI. Ad praescribendum requiri titulum habilem a quo dominium transferri queat; hinc haud sufficeiet possessio temporanea alicuius rei vel possessio malae fidei; a quibus certe non gignitur titulus dominii.

VII. Etsi ex decreto Urbis et Orbis (1) resolutum fuerit quod Missa solemnis in Coena Domini, et benedictio fontis baptismalis non sint de iuribus mere parochialibus, tamen ad parochos spectare indubium est.

VIII. Tempore Missae paroecialis alias celebrare Missas, in eadem Ecclesia vetitum esse, quam plurimas innuere resolutiones **dS.** Congregationum ne fideles abstrahantur ab auditione concionis, quae fieri debet in Missa paroeciali **(2).**

(1) Decretum hoc habes Vol. I. pag. 591 in nota.

(2) Eecole Volumen IV. pag. 250.

MATRIMONII

Biehus 17 Martii et 2 Iunii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Anno vertente **1870** die vero **11** Augusti matrimonium rite celebratum est in faciem Ecclesiae inter Florindum U. et Conceptam M. e pago ***G.*** quatuordecim tantum annos natam. Post matrimonii celebrationem sponsi mulieris domum petiere, ut ientaculum ab eius patre paratum sumerent. Dein immediate, iuxta illius loci consuetudinem, sponsi separati sunt, et vir ad propria rediit, qum unquam amplius cum Concepta loqueretur. Civile, quod audit, coniugium iniri nequivit ob defectum in muliere aetatis a iure requisitae.

Sed vix legalem attigit aetatem Concepta, civili coram magistratu virum duxit alium Florindum M. Florindus U. et ipse solitudinis pertaesus, civili ritu sese devinxit cuidam Claudinae.

Demum conscientiae ut consulerent, anno **1875** uterque Sacratissimum Principem adiverunt ut dispensationem consequerentur a matrimonio rato et non consummato.

Confecto rite processu in Curia Dioecesana coniugum, causa oeconomice proposita est cum voto Theologi et Canonistae.

Disceptatio Synoptica.

QUAE THEOLOGUS IN SUO VOTO ADDUXIT. Tria discutienda sumpsit Theologus. I° an matrimonium consummatum fuerit, *2°* an valide contractum, **3°** an adsint causae pro concedenda dispensatione.

Nullum oriri posse dubium, ait, de matrimonii non consummatione , quandoquidem in id uno ore consentiant et iuratae sponsorum declarationes, et testium depositiones.

Revera neri nequivisse ut si matrimonii consummatio locum habuisset, tot inter testes, maxime vero mulieres propinquas, consanguineas, amicitia et vicinitate coniunctas, natura curiosas ad huiusmodi investiganda, et loquaces, ne unus quidem vel levem suspicionem afferret, nedum congressus inter sponsos, sed nec contactus.

Contra exploratum esse sponsor in puerili pene aetate, ex, voluntate parentum ad nuptias celebrandas ductos fuisse : ac deinceps sub parentum custodia constitutos paternam domum quemque eorum nunquam deseruisse, seiunctos vixisse. Mulieiem vero, non multo post, patre vix defuncto, civile quod aiunt, connubium cum alio contraxisse a quo filios accepit. Itaque cum moralis certitudo adsit post matrimonium, excepto temporis momento quo ientaculum a patre sponsae oblatum perduravit, nunquam nec colloquutos simul sponsos" fuisse, matrimonii non consumationem in comperto esse.

Sed non soidin de matrimonii non consummatione moralem certitudinem haberi, verum etiam gravem dubitationem exoriri de ipsa matrimonii huius validitate. Quandoquidem exploratissimum sit apud Doctores omnes, ac veluti axioma receptum, ad matrimonium non sufficere consensum quemlibet voluntarium et liberum, sed liberum requiri ***absque ulla involuntarii admixtione.*** Iamvero constare pueros illos, rudes, nec voluntate nec spente sua ad matrimonium contrahendum ivisse, sed ductos a parentibus. Nam Vicarius foraneus testatus est: matrimonium illud initum fuisse magis ex parentum interesse, quam ex contrahentium voluntate. Sponsum qui eo tempore puer erat, iam virum factum declarasse: ***contra omnem voluntatem suam, et ex solo patris et novercae*** imperio se nuptias contraxisse: ***novercam enim intererat, Conceptam, quae eius soror erat, viri sui filio coniungere : se quasi vi ductum Ecclesiam adivisse.*** Idem et Conceptam declarasse - ***Quatuordecim annos nata eram*** (inquit) ***cum parentes mei ad Florindum ducendurn me induxerunt - Nunquam sed huiusmodi in-***

tentionem Jiabui* In id et omnes testes convenire. Hoc subsequentia confirmare : nam ex toto processu compertum haberi, sponsos imposterum nunquam amplius simul coi loquutus esse. Igitur si in actum externum pueri imperiti et rudes parentibus ex utraque parte impellentibus consenserunt, pro certo haberi posse : eos matrimonium contrahere voluisse, et forsitan, quid agerent ne scivisse. - S. Thomam (12 q. 6 art. 6 ad 2) scribere ***voluntarium dicitur quod est secundum inclinationem voluntatis.*** Atqui cum nulla voluntatis inclinatio existent in Florindo et Concepta, nihil voluntarii in illis esse potuisse, ac propterea nullum reperiri consensum.

Idipsum ex ignorantia confirmari. S. Thomam (ibid art. 8) tradere de ignorantia quod. . . . ***privat cognitione quae praeeœigitur ad voluntarium: sicut cum aliquis ignorat aliquam circumstantiam actus, et ex hoc aliquid agit quod non faceret, si sciret.*** Nimis enim probabile esse, pueros illos rústicos, inter propinquos rústicos viventes, nihil de Sacramenti religione cognovisse, nec de matrimonii obligationibus effectibus et vinculo nunquam amplius disiungendo.

Ad tertium procedens Theologus, caussam pro dispensatione concedenda adesse ostendit ex odio quod inter sponsos ortum est, de quo Praepositus Curatus testimonium reddit. Sponsos autem nec posse nec velle in concordiam redire. Id etiam unanimi voce testes affirmare.

QUAE CANONISTA IN SUO VOTO DISPUTAVIT. - Eadem ac Theologus diverso ordine, (nam prius de defectu consensus egit, postea vero de non consummatione) sed pari argumentorum pondere aggressus est Canonista. Ultimo loco de causis dispensationis concedendae disputans, inquit: principalem causam dispensationis concedendae esse scandalum, quia id cedit in commune damnum: ceu tradit Sánchez. ***Lib. 2 disput. 6*** et timorem necis vel gravis rixae, et fortius fornicationis periculum utrumque enim sponsum in concubinatu vivere. Timorem insuper necis ex parte concubinae relate ad sponsum, **3** x parte vero concubinari! relate ad sponsam.

hisce praesertim temporibus certissimum inesse. Nam si odio mutuo sese iam prosequuntur, valde de eorum vita timendum fore, si ad convivendum cogerentur. - Quare Eugenium III dispensasse matrimonium ob odium quod inter coniuges emerserat - Sánchez ***loc. cit.***

Aliam causam esse cum alter coniugatorum asserit, animum contrahendi non habuisse, nec ulla spes superest ut consensus ratificetur. In casu non alterum ex sponsis, sed utrumque eorum voluntate contrahendi exspertem fuisse, nec ullam spem superesse ut consensum redimere velint, immo ab eo quam maxime abhorrèrent.

Demum tertiam suppetere rationem in legitimatione prolis ex parte sponsae, quae civili actu iamdiu copulata invenitur cum Florindo M. filiosque ex eo accepit:

ANIMADVERSIONES ADSERTORIS VINCULI MATRIMONIALIS.

Agens primo loco de defectu consensus, is consultorum votis reponebat; eam libeitatis laesionem in matrimonio requiri, quae sit ex metu a causa externa et iniusta incusso ad actum extorquendum. Ignorari in casu num metus intervenerit ex malis quae quis minatur. Nec ad timorem reverentialem esse confugiendum, nam ut hic talis sit qui consensum inficiat, minas adnexas haber° debet uti docuit S. Rota ***Decis, coram Emerioc.***

Ad dispensationem super matrimonio rato concedendam accedens, ante omnia actorum defectus indigitabat. Deficere enim aiebat in processu iudicis, matrimonii vindicis, et notarii iuramentum, de munere sibi tradito fideliter obeundo. Id autem peculiare haberi in processu, quod in matrimonii vindicem assumptus fuerit ille idem Vicarius foraneus, qui totus antea in eo fuerat, ut dispensationem pro sponsis a s. Sede obtineret. Hunc autem inconsummationis et non existentiae matrimonii patrocinium suscepisse.

Proclamatum esse in iure, possibilitate et praesumptione matrimonii obsistente, denegandam esse dispensationem. Matrimonii consummationem semper praesumi ex sola consummationis possibilitate ***S. C. C. in Chien Matr. 26 Dei 1791***

et in ***Spoletana 20 Dec. 1873*** §. ***Hoc*** - Solam coniugum confessionem ad contrarium adstruendum haud sufficere; Berardi ***de dissociât, coniugum cap. 1.*** Imo assertionem iuratam coniugum, non haberi nisi ut probationem adminicularen!: et si quando habita fuit uti vera probatio, id admissum fuisse per quamdam exceptionem quoad magnates. Illud praeterea, quod gravius est, exigi, ut sponsorum assertiones de non consummato inter se matrimonio, sint undequaque concordes.

In casu sponsorum assertionem contradictione laborare. Etenim cum sponsi de reliquo tempore quod matrimonium sequutum est, excepto primo momento semper concordes sunt, (post sumptum ientaculum unumquemque domum rediisse) virum asserere: se quandoque Conceptam vidisse, hanc vero se ***nunquam*** ipsum ***amplius adspexisse.***

Remanere ergo probationem per testes. Hos autem negativum factum ponere, deponentes : ***reor commercium inter se non habuisse,*** cuius causam afferunt aliud factum ***- una simul non cohabitabant - nunquam simul cubaverunt.*** Verum hoc parvi momenti esse. Sufficere enim amori et veneri momenta temporis inopinatasque occasiones. Ergo coniunctionis possibilitatem per testes non excludi.

Accedere his, quod testes loquentes de personis quae pluribus abhinc annis putido contubernio utuntur, prouti ambo coniuges isti, eas ***honestas et religiosas proclamant.*** Huiusmodi testibus non esse fidem praestandam, cum de matrimonii inconsummatione deponunt.

Tandem omnem pro dispensatione concedenda causam deesse. Haec teste ***Schmalzgrueber Ius Eccles. Univ. part. 4 tit. 49,*** gravis esse debet. Et Conscium ***de Separat, thori lib. 1 cap. 16*** addere : ***causam concernere debere bonum publicum.***

Discordias in facto nullas huc usque inter sponsos extitisse. Quod si per dispensationis concessionem malum removeri velit scandali perseverantis, potius quam boni veri mali -**Innern** haberi posse Aetas namque nostra ad divortia pro-

cìivis est. Cavendum esse ne dispensationes huiusmodi nimis frequentes, pro divortiis sumantur. In talibus nos versari circumstantiis, ut pro religionis et fidei tutamine necessaria omnino severitas evaserit.

His aliisque disputatis, propositum «st resolvendum

Dubium

An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra Congr. in comitiis diei 17 Martii 1883 responsum dedit : ***Praevia sanatione actorum affirmative, imposita tamen partibus separatione per tempus, Archiepiscopo administratori benevisum.***

Reproposi ta causa in comitiis diei *2* Iunii 1883 cum novis animadversionibus defensoris ex offi&cio, Emi Patres eamdem ediderunt sententiam per rescriptum : ***In decisis.***

Ex QUIBUS COLLIGES:

I. Exclusa per sponsorum testiumque concordes depositiones consummatione matrimonii, moralem haberi non consummationis certitudinem.

II. Matrimonium non dari sine consensu. Consensum vero in matrimonio deficere, si desit contrahentium- voluntas sive ex ignorantia sive ex coactione.

III. Ignorantiam haberi cum ob teneram nimis aetatem ingeniique ruditatem, quae matrimonii Sacramenti propria sunt, contrahentes latent omnino.

IV. Coactionem non pro omnibus similem requiri, sed indoli, sexui, ac potissime aetati proportionalem.

V. Cum de adolescentibus agitur haud graves minas requiruntur ut suasum sit, eos parentum voluntati in matrimonio contrahendo obtempérasse.

VI. Causas dispensationis concedendae s.p.t validas haberi in probato periculo odii inter coniuges, nec non in remotione publici scandali.

CAESARAUGUSTANA

LUCRATIONIS DISTRIBUTIONUM

Die o Maii 1883.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Capitulum Ecclesiae Caesaraugustanae exposuit S. C. Congregationi: iuxta Bullam Clementis XII Dignitates et Canonicos huius Ecclesiae frui 45 diebus absentiae cum perceptione distributionum choralium, et aliis 45 diebus iuxta Concilium Tridentinum cum amissione ipsarum distributionum ; Bénéficiâtes vero 20 diebus liberis. Guni autem, confectis in pi aesenti statutis Capitularibus, iuxta novissimum Hispaniae Concordatum, 45 dies liberi pro Canonicis, et 20 pro Beneficiatis, pauci videantur... ideo adprecatur ut— indulgere dignetur quod Dignitates et Canonici huius Ecclesiae frui possint iure abessendi a residentia per 90 dies, a Tridentino concessos, absque amissione distributionum, et Beneficiati per 10, dum alii, in numero sufficienti, Praelati iudicio, resideant et omnia onera fideliter adimpleant.

Disceptatio Synoptica.

PRECES RESPUENDAE VIDENTUR. In primis precibus a Capitulo porrectis haud assentiendum esse videtur, praesertim si ius novissimum inspiciatur. Requidem vera ex praescriptione Concilii Tridentini distributiones, non ab aliis lucrari possunt quam ab his qui divinis officiis reapse adsistunt. ***Sess. 24 cap. 12 de Reform.*** Et mei ito quidem, distributiones enim quotidianae in gratiam cultus divini institutae sunt, ut sic Canonici et Capellani promptius et frequentius pro officiis divinis recitandis ad Ecclesiam convenirent, ***Cap.***

Unie, de Cleric. non rend, in 6° Clement. Rota ***part. 8 Decis. 24 num. 17 et 18,*** Huius S. Congregationis praxis semper consona fuit conciliari praescriptioni; ita ut si aliquando huic dispositioni derogatum fuit, id factum est nonnisi iustis et legitimis intervenientibus causis, quae sunt infirmitas, vel necessitas, vel evidens Ecclesiae uti! i las. iuxta idem sacrosanctum Concilium Tridentinum loco cit. cui con cinunt Doctores et praesertim Benedictus XIV ***in Synod. Dioec. lib. 12 cap. 1 num. 3.*** Cum igitur in themate nulla ex hisce causis concurrat, sponte veluti sua fluere videtur, Capitulo concedi non posse distributiones pro tempore vacationis : eo praesertim quia compertum in iure est, distributiones quotidianas introductas esse ratione laboris et servitii Ecclesiae praestiti, et huius dumtaxat intuitu dari. Ast Canonici qui non resident nullum praestant servitium; et aequum non est ut distributionibus participent quotidianis. Cum vero tam Canonici per 45 dies et Beneficiati per 20 ex privilegio Clementis XII valeant abesse a choro et percipere distributiones, hoc iam contenti esse possent.

PRECES EXCIPIENDAE VIDENTUR. EX altera vero parte Capitulum animadvertit quod: a tempore Concilii et Bullae, ita res immutatae sunt, et Ecclesiae reditus imminuti et perincerti, vitae necessitates rerumque pretium magnopere auctae, ut allata tertia parte pro amissis distributionibus, pro vita et decore Canonicorum et residentium parum vix necessarium superabit. Iamvero quamvis pro generali <?gula et sacrorum canonum ac Conc. Tridentini sanctione Canonici ut lucrentur distributiones debeant legi residentiae «ulnacere et statis horis choro intervenire, uno tamen ore * dd. traditur, regulam hanc limitationem pati praesertim ex benignitate **S.** C. quoties iustis ac rationabilibus causis sit innixa. Quas inter causas principem tenet locum reddituum tenuitas; cum ad assiduum et quotidianum servitium altari praebendum, haud sit cogendus qui ex altare non habe! unde vivat. Hinc causae huic innixa **S.** C. C. saepe

saepius quotidianum servitium ad certum dierum numerum cohibuit. Ita in ***Sutrina Officiaturae diei23 Februarii 1782.***

Praeterea Ecclesia cathedralis Caesaraugustana hoc habet speciale quod , capitulo diviso in duas residentias pro utraque Ecclesia, Salvatoris scilicet et Beatae Mariae de Columna, Canonici obstricti sunt duplicibus muneribus Missae conventualis, Feriae, Vigiliae, Officii et aliis quamplurimis actibus cultus divini, qui quidem solemnissime simul in duabus Ecclesiis celebrantur, cum maximo et duplici residentium incommodo et labore. Cum autem rectae ìationiet sacrorum canonum dispositioni conforme sit, quod onus imponatur proportionabiliter ad stipendium, Bonae. ***Tom. 1 De hor. can. Disp. V quaest. 3 punct. 5 num. 1 et disp. 2 quaest. 1. num. 2 et 5.*** Antonelli ***de Iure Cleric. cap. ult. §. 2 n. 85 et seqq.*** Reiffenstuel ***Ius. Can. 463 tit. lib. 3 n. 107*** congruum videtur ut Capitulo Cesa r augustano, quod aliunde gravia onera habet, indulgeatur ut saltem non amittat distributiones tempore vacationis; praesertim quia «ultus divinus nullum prorsus detrimentum patiatur.

Hisce praenotatis, quaesitum est an rescribendum esset pro gratia.

RESOLUTIO. Sacra Cong. Concilii, re discussa, sub die **5** Maii 1883, gratiam negavit rescribens:

Non expedire.

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Canonicos a choro absentes nullimode facere suas posse distributiones quotidianas, quae debentur tantum interessentibus choro statis horis.

II. Nam quotidianae distributiones a iure inductae sunt ratione laboris et choralis servitii : nempe ut spe panis quotidiani etiam v>irdi et negligentes fierent in choro assidui.

HI hi themate defuisse videntur causae quae a rigore ii ris recedere suaderent et oratorum preces excipere; dum oratores ex pontifìcio privilegio iam perciperent hasce distributiones pro dimidio temporis absentiae conciliaris.

EX SACRA RITUUM CONGREGATIUNE

DECRETUM

quo festa Immaculatae Conceptionis et S. Iosephi inseruntur in eoeremoniali Episcoporum, tum quoad usum Pallii, tum quoad dies, quibus Episcopi solemniter celebrare solent.

Ob recentem ad ritum Duplicis primae classis evectionem Festi Immaculatae Beatae Mariae Virginis Conceptionis, et Festi Sancti Iosephi eiusdem Deiparae Sponsi, Catholicae Ecclesiae Patroni, quum eadem Festa inter solemniora accensenda sint, Sacra Rituum Congregatio congruum duxit ut in Caeremoniali Episcoporum, tum Lib. I. Cap. XVI. n. 4, iii quo agitur de usu Pallii, tum Lib. II. Cap. XXXIV. n.2, ubi dies enumerantur quibus Episcopi solemniter celebrare solent, utraque ex praedictis festivitatibus amodo inseratur. Hanc porro Sacrae ipsius Congregationis sententiam, per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII relatam, Sanctitas Sua ratam habens, praecepit ut in novis praefati Libri liturgici editionibus, eiusmodi additamentum perficiatur.

Die 9 **Septembris 1883.**

Pro Emo et Rmo Dno **Card.** D. **BARTOLINI S. R. C. PRAEFECTO**

C. Card. DI PIETRO Episc. Ostien. et Velitern.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C ***Secretarius.***

DECRETUM

quo varia resolvuntur dubia quoad recitationem officiorum votivorum per annum, loco ferialium.

Quum nonnulla oborta sint Dubia circa Indultum generale a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII datum per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis sub die 5 Iulii nuper praeteriti quoad recitationem Officiorum *Votivorum per annum* **loco ferialium, Sacra eadem Congregatio sui muneris esse censuit ea sedulo examini subiicere , atque exinde authenticam declarationem emittere.**

Quapropter idem Sacer Ordo subsignata die ad Vaticanum in particulari coetu coadunatus insequentia Dubia expendenda suscepit, nimirum :

I. An verba Indulti *a quoad privatam vero recitationem ad libitum singulorum de Clero n* **intelligenda sint de eis tantum, qui nullo canonico titulo ad Chorum tenentur?**

II. An statuta, de consensu Capituli, seu Communitatis ab Ordinario approbato, recitatione Officii votivi, liceat quandocumque ab ea acceptatione recedere?

III. An Indultum ipsum ita acceptari possit, ut quibusdam anni diebus de Feria aliis vero de Votivis Officiis in Chorali recitatione agi valeat?

Emi porro.ac Rmi Patres, omnibus accurate perpensis, sic rescribere rati sunt :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II et III. *Negative.* **Atque ita rescripserunt, declaraverunt, ac servari mandarunt.**

Die 10 Novembri» 1883.

D. Cardinalis BARTOLINIUS S.R.C. PRAEFECTUS.

LAURENTIUS SALVATI S.R.C. *Secretarius,*

EX S. CONG. S. R. U. INQUISII

DECRETUM

Quoad matrimonia mixta quae iniri solent coram haeretico ministro.

Non latet quibusdam in locis haereticum ministrum agere personam magistratus mere civilis, coram quo se sistere solent coniuges aut etiam debent ob finem politicum, nempe ut habeantur civiliter honesti coniuges prolesque censeatur legitima. Tunc vero urgentibus haereticis, aut lege civili imperante, non improbatur quod pars catholica una cum haeretica se sistat ante vel post contractum ad formam Tridentini matrimonium, etiam coram ministro haeresi addicto, ad actum civilem dumtaxat implendum. Etenim ad dubium olim sic expressum *u* Utrum Catholicus coram proprio catholico parocho cum haeretico contrahens licite possit, urgentibus haereticis, matrimonium hoc ratificare coram ministro haeretico, si nulla hinc ritus haeretici professio habeatur aut colligatur , et quidquid minister haereticus in casu agit civilis dumtaxat et politica postulatio sit, et censeatur » per hanc s. Congregationem responsum fuit *affirmative.*

Verum enim vero quotiescumque minister haereticus censeatur veluti sacris addictus, et quasi Parochi munere fungens, non licet catholicae parti una cum haeretica matrimonialem consensum coram tali ministello praestare, eo quia adhiberetur ad quamdam religiosam coeremoniam complendam, et pars catholica ritui haeretico se consociaret ; unde oriretur quaedam implicita haeresi adhaesio, ac proinde illicita omnino haberetur cum haereticis in divinis communicatio. Ea propter etsi perniciosa haec consuetudo inoleverit, ita ut a Clero de facili corrigi non possit ; nihilo tamen secius omni adhibito studio ac zelo evellenda erit. Et sane Benedictus XIV aperte docet non licere contrahentibus se sistere coram ministro haeretico, quatenus assistat ut minister addictus sacris, et contrahentes peccare mortaliter, et esse monendos.

Opportune itaque a Te instructi et commoniti Parochi ac Missionarii edoceant fideles, qua publicis in Ecclesiis Catechesibus, qua privatis instructionibus circa constantem Ecclesiae doctrinam et

praxim, ita ut a, mixtis contrahendis nuptiis quoad fieri possit salubriter avertantur ; sin autem, abhorreant prorsus a celebranda matrimonio coram haeretico ministro sacris addicto, id quod omnimode illicitum et sacrilegum est. Ita responsum fuit Ordinario Trevirensi sub fer. IV. 21 Aprilis 1847.

Sciant insuper Parochi, si interrogentur a contrahentibus, vel ei certe noverint eos adituros ministrum haereticum sacris addictum ad consensum matrimonialem praestandum, se silere non posse, sed monere eosdem debere sponsos de gravissimo peccato quod patrant, et de censuris in quas incurrunt. Veruntamen ad gravia praecavenda mala si in aliquo peculiari casu Parochis non fuerit interpellatus a Sponsis, an liceat nec ne adire ministrum haereticum, et nulla fiat ab iisdem sponsis explicita declaratio de adeundo ministrum haereticum, praevideat tamen eos forsan adituros ad matrimonialem renovandum consensum, ac insuper ex adiunctis in casu concurrentibus praevideat monitionem certo non fore profuturam, imo nocituram, indeque peccatum materiale in formalem culpam vertendum; tunc sileat, remoto tamen scandalo, et dummodo aliae ab Ecclesia requisitae conditiones atque cautiones rite positae sint, praesertim de libero religionis exercitio parti catholicae concedendo, nec non de universa prole in religione catholica educanda. Quod si tandem consensus coram parocho velit renovari, postquam praestitus iam fuerit coram ministro haeretico, idque publice notum sit, vel ab ipsis sponsis parocho notificetur; parochus huic matrimonio non intererit nisi servatis uti supponitur ceteroquin servandis, pars catholica facti poenitens, praeviis salutaribus poenitentiis, absolutionem a contractis censuris rite prius obtinuerit. Sacra igitur Congregatio plurimum in Domino confidit, Te praemissis prudenter et firmiter inhaerentem effectarum, ut inviolabilis doctrinae sartum tectum servetur depositum, catholicorum mores fidei respondeant, damna apprehensa arceantur, ac fideles doctrina et exemplo roborati incedant per semitas iustitiae.

Ita per Decretum datum in generali Congregatione Emorum ae Rmorum *T)J).* S. R. E. Cardinalium in rebus fidei Generalium Inquisiturum Feriae IV die 17 Februarii 1864»

LITTERAE

LITTERAE in forma Brevis, quibus commendatur rosarii quotidi na recitatio; quibusque edicitur esse in R. Pontificis optatis ut in Dioecesium singularum templo principe quotidie, in templis curialibus diebus festis singulis recitetur rosari us, et decernitur ut in Litaniis Lauretanis addatur REGINA SACRATISSIMI ROSARII ORA PRO NOBIS.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Salutaris ille *spiritus precum,* misericordiae divinae munus idem et pignus, quem Deus ol m effundere pollicitus est *super domum David et super habitatores Ierusalem,* etsi numquam in Ecclesia catholica cessat, tamen experrectior ad permovendos animos tunc esse videtur cum homines magnum aliquod aut ipsius Ecclesiae aut reipublicae tempus adesse vel impendere sentiunt. Solet enim in rebus trepidis excitari fides pietasque adversus Deum, quia quo minus apparet in rebus humanis praesidii, eo maior caelestis patrocinii necessitas intelligitur.- Quod vel nuper perspexisse videmur, cum Nos diuturnis Ecclesiae acerbitatibus et communium .emporum difficultate permoti, pietatem christianorum per epistolam Nostram Encyclicam appellantes, Mariam Virginem sanctissimo Rosarii ritu colendam atque itnplorandam Octobri mense tote iecrevimus. Cui quidem voluntati Nostrae obtemperatum esse novimus studio et alacritate tanta, quantam vel rei sanctitas vel caussae gravitas postulabant. Est enim neque in hac solum Italia nostra, sed in omnibus terris pro re catholica, pro salute publica, supplicatum: et Episcopis, auctoritate, Clericis exemplo operaque praeeuntibus, magnae Dei matri habitus certatim honos. Et mirifice sane Nos declaratae pietatis ratio multiplex delectavit : templa magnificentius exornata : ductae solemni ritu pompae : ad sacras conciones, ad synaxin, ad quotidianas Rosarii preces magna ubique populi frequentia. Nec praeterire volumus quod gestienti animo accepimus de nonnullis locis, quos procella temporum vehementius affligit: in quibus tantus extitit fervor pietatis, ut pre-

sbyterorum inopiam privati redimere , quibus in rebus possent, suomet ipsi ministerio maluerint, quam sinere ut in templis suis indictae preces silerent.

Quare dum praesentium malorum sensum spe bonitatis et misericordiae divinae consolamur, inculcari bonorum omnium animis intelligimus oportere, id quod sacrae Litterae passim aperteque declarant, sicut in omni virtute, sic in ista, quae in obsecrando Deo versatur, omnino plurimum referre perpetuitatem atque constantiam. Exoratur enim placaturque precando Deus : hoc tamen ipsum, quod se exorari sinit, non solum bonitatis suae , sed etiam perseverantiae nostrae vult esse fructum. - Talis autem in orando perseverantia longe plus est hoc tempore necessaria , cum tam multa Nos tamque magna, ut saepe diximus, eireurnstent ex omni parte pericula, quae sine praesenti Dei ope superari non possunt. Nimis enim multi oderunt *omne quod dicitur Deus et colihii' :* oppugnatur Ecclesia neque privatorum dumtaxat consiliis, sed civilibus persaepe institutis et legibus: christianae sapientiae adversantur immanes opinionum novitates, ita plane ut et sua cuique et publica tuenda salus sit adversus hostes acérrimos, extrema virium eoniuratos experiri. Vere igitur huius tanti proelii complectentes cogitatione certamen, nunc maxime intuendum animo esse censemus in Iesum Christum Dominum Nostrum, qui quo Nos ad imitationem erudiret sui, *factus in agonia prolixius orabat.*

Ex variis autem precandi rationibus ac formulis in Ecclesia catholica pie et salubriter usitatis, ea quae Rosarium Mariale dicitur, multis est nominibus commendabilis. In quibus, quemadmodum in Litteris Nostris Encyclicis confirmavimus , illud permagnum, quod est Rosarium praecipue implorando Matris Dei patrocinio adversus hostes catholici nominis institutum: eaque ex parte nemo ignorat, sublevandis Ecclesiae calamitatibus idem saepe et multum profuisse. Non solum igitur privatorum pietati , sed publicis etiam temporibus est magnopere consentaneum , istud precandi genus in eum restitui honoris locum, quem diu obtinuit, cum singulae christianorum familiae nullum sibi abire diem sine Rosarii recitatione paterentur. His Nos de causis omnes hortamur atque obsecramus, ut quotidianam Rosarii consuetudinem religiose et constanter insistant: itemque declaramus, Nobis esse in optatis ut in Dioeceseon singularum templo principe quotidie, in templis Curialibus diebus testis singulis recitetur. Huic autem, excitandae tuendaeque exercitationi pietati^ magno usui esse poterunt familiae

Ordinarii religiosorum, et praecipuo quodam iure suo sodales Dominiciani: quos omnes pro certo habemus tam fructuoso nobilique officio minime defuturos.

Nos igitur in honorem magnae Dei genitricis Mariae ; ad per- *¿eivL&m* **recordationem implorati ubique gentium per mensem Octobrem a purissimo Eius Corde praesidii ; in perenne testimonium amplissimae spei, quam in Parente amantissima reponimus; ad propitiam eius opem magis in dies impetrandam, volumus ac decernimus, ut in Litaniis Lauretanis, post invocationem,** ***Regina sine labe originali concepta,*** **addatur praeconium,** ***Regina sacratissimi Rosarii ora pro nobis.***

Volumus autem, ut hae Litterae Nostrae firmae rataeque, uti sunt, ita in posterum permaneant: irritum vero et inane futurum decernimus, si quid super his a quoquam contigerit attentari: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV Decembris An. MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

TH. CARD. MERTEL.

EX 8. CONGREGATIONE CONCILII

CESARAUGUSTANA

INDULTI

Die 2 Iunii 1883.

Per summaria precum

COMPENDIUM PACTI. Mense Februario decurrentis anni Capitulum metropolitanum Cesaraugustae in Hispania, supplicem libellum Sacratissimo Principi porrexit, exponens: « Hisce duabus Ecclesiis metx>politanis, nempe Salvatoris

et B. Mariae Virginis de Columna, a tempore, cuiu« non est memoria, in maioribus earum altaribus, a Choro valde dissitis, sanctum sacrificium Missae, dum in Choro hora prima cantatur, diebus de praecepto cum magno fidelium concursu privatim a Canonicis celebrari. Hae Missae, quae de prima dicuntur, ut plurimum fundatae surrt ab antiquissimis temporibus, et pro piis benefactoribus condigne offeruntur. Cum autem in praesenti Statuta capitularia, iuxta novissimum Concordatum et ius commune perficiantur, ***ei*** Missas celebrare in altari maiori, durante Officio divino, prohibitum sit a S. Rituum Cong. sub die 2 Martii 1620; eas vero omittere haud congruum videatur, ob morem, saeculis confirmatum, magnam frequentiam populi, propter commoditatem temporis, assistentis, debitum piis fundatoribus et scandalum inde oriturum. Ideo a Sanctitate Vestra humillime ac reverenter adprecantur, ut, si bene placuerit, facultatem et indultum pro continuanda dictarum Missarum celebratione dum prima in Choro cantatur, de Vestra Apostolica benignitate largiri dignetur.»

Eminentissimus praefatae Ecclesiae metropolitanae Archiepiscopus huiusmodi preces favorabili voto prosequutus est per haec verba: « Attentis circumstantiis opportunum existimo, ut a Vestra Beatitudine indultum concedatur ».

Disceptatio Synoptica.

INDULTUM VIDETUR CONCEDENDUM. Expetitum indultum haud denegandum videtur si paulisper perpendantur rationes a Capitulo allatae in superius escripto supplici libello. Ac praeprimis id suadet consuetudo hucusque servata, a tempore cuius non est memoria; quae quidem aequivalet privilegio, ita ut quidquid induci potest per privilegium, possit etiam per talem consuetudinem , ceu tradit ***L. Hoc iure §. Aquae ductus ff. de Aqua quotidian. et aestiv.j et Cap. Su-***

per quibusdam 26 §. ***Praeterea de Verb. signif.*** Idque eo vel magis si animadvertatur altaria maiora, in quibus celebrantur Missae, esse valde dissita a Choro, ideoque nec impedimentum nec confusionem psallentibus ingeri. Cessare hinc videtur finis legis praedictam Missae celebrationem prohibentis, et consequenter illius quoque dispositio.

Hisce accedit utilitas populi, qui numerosus ad praedictas Missas audiendas concurrit, stante temporis commoditate. Accedit quod huiusmodi Missae celebrantur ut piis relictis fiat satis. Accedit favorabile Eminentissimi Archiepiscopi votum, quod a S. C. C. iugiter magno in pretio haberi solet.

INDULTUM DENEGANDUM VIDETUR. Verumtamen animadvertere non omittam quod praxis legendi Missas in altari maiori, dum horae canonicae recitantur in choro sit omnino reprobanda. Aperte enim refragatur tum . i ubricis, tum Decretis s. Rituum Congr. quae constanter praedictam praxim tamquam abusum reiecit; ita in ***Oseen. 2 Martii 1620*** legitur: « Proposito in C. S. R. suprascripto supplici libello, » eadem S. C. censuit . . . . omnino tollendum abusum cele- » brandi Missas privatas in Altari maiori, dum in choro » cantantur horae canonicae : in aliis vero altaribus, quae » sunt in conspectu chori, idem faciendum si commode fieri » potest, quod pro sua prudentia, opportuuis remediis pro- » videat Episcopus ». Et die 27Septembris 1817 eadem S.R.C, proposito dubio : ***Utrum tolerari possit consuetudo ignoti initii legendi Missam dum in choro dicitur hora prima,*** reposuit : ***Negative et serventur Rubricae.***

Quae cum ita se habeant, ruere videntur rationes a Capitulo allatae. Sane admitti nequit consuetudo, cum ea nullatenus induci valeat contra Rubricas vel Decreta S. R. C. Quoad Rubricas enim recolendum est, Decreta RR. Pontificum s. Pii V, Clementis VIII et Pauli V, quae illarum observantiam mandant, esse irritantia. Quo vero ad Decreta S.R.C, habetur authentica eiusdem Congregationis declaratio, sub

die **3** Augusti **1839,** quae ita refertur apud Gardellini tom. **3** pag. **536.** « An inveterata quaecumque in contrarium con- » suetudo derogare possit legi a decretis Sacrae Congrega- tionis praescriptae? - EE. ac **RR.** Patres sacris tuendis » ritibus praepositi, respondendum censuerunt: ***Negative iu- » œta alia decreta.*** Atque ita decernendum ac servandum > omnino, dixere ».

Nec in maiori pretio habenda est asserta populi utilitas; populus enim non tenetur huic Missae, prae ceteri», interesse, neque maiorem fructum ex ea percipit. Quod si ob temporis commoditatem populi utilitas revera id exigeret, nil impedit quominus chori horarius mutetur, cum in potestate Capituli et Episcopi sit statuere chori horarium , prouti passim docent Canonistae, vel Missa celebretur in altari non contemplato in praefato Decreto S. R. C.

* Perperam insuper urgetur quod altare maius valde distet a choro; siquidem est semper altare chori, et maior vel minor distantia non tollit inconveniens, propter quod prohibita fuit praedicta Missae celebratio. Adeo enim hac in re insistendum putavit S. R. C. ut mandaverit: « in aliis » vero altaribus, quae sunt in conspectu chori idem faciendum, si commode fieri potest, quod pro sua prudentia, op- » portunis remediis provideat Episcopus ».

Hisce praemissis, quaesitum fuit ab Emis Patribus quomodo essent dimittendae Capituli preces.

RESOLUTIO. Sacra C C . sub die 2 Iunii 1883, re cognita, censuit respondere :

Attentis peculiaribus circumstantiis pro gratia, facto verbo cum SSmo.

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Tempore quo cantantur horae canonicae in choro Missas privatas ad Altare maius celebrari non posse, ne confusio et impedimentum ingora tur psall entibus.

II. In themate tamen ex gratia indultum esse, ut contraria consuetudo servaretur : forsan quia erat immemorabilis, «t alia favebant adiuncta, tum quoad populi commodum, tum quoad onerum satisfactionem, ne scandalum oriretur.

OLINDEN.

MATRIMONII

Die I Septembris 1883.

COMPENDIUM FACTI. Die 17 Iulii 1875, praemissis rite praemittendis, Mathildes et Alexander sacro matrimonii foedere sese obligarunt coram Ecclesia. Postea maritalem domum sponsi ingressi sunt, rei uxoriae operam daturi ; verum frustra semel, iterum, ac tertio id cessit. Vir enim numquam mulieris vas penetrare valuit ; etsi mulier asseruerit sese habuisse ad viri libitum, idque vir negaverit. In hac partium contradictione, amor coniugalis ita frigescere coepit, ut tribus post mensibus a celebrato matrimonio, mulier petierit a Curia Episcopali, ut nullitas initi matrimonii declararetur ex capite impotentiae ex parte viri. Episcopalis Curia quum ad sacrorum canonum tramitem actus explevisset processuales, sententiam protulit ; qua iussit, ut coniuges in timorem Domini enatam animorum aversionem compescerent et per triennium sub eodem tecto vitam degerent coniugalem. Reliquit tamen mulieri actrici ius Apostolicam Sedem adeundi ad impetrandam dispensationem super matrimonio rato et non consummato.

Ab huiusmodi Curiae sententia appellavit mulier apud s. Sedem petens ut sententia eadem reformaretur, quoad iussam triennalem cohabitationem, ob minas omnigenas sibi a viro factas. Petiit insuper ut matrimonii nullitas declararetur, sin minus dispensatio a matrimonio rato concederetur. Quam gratiam expetivit etiam vir ; qui renuit tamen ut actio pro-

poneretur ita ut eius impotentia declaretur. Hoc enim evincto impedimentum dirimens constitueretur ad aliud ineundum matrimonium.

Tum acta processualia, tum prolatam sententiam, una cum libello appellationis ad S. Sedem Episcopalis Curia transmisit.

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO MULIERIS - De nullitate matrimonii disseruit orator mulieris in primo defensionis capite, atque uxoris integritatem certissimum indicium esse atque infallibile asseruit de impotentia viri. Fallacissimam vero peritorum opinionem ait, qui pro illius potentia iudicant, teste ***Bouchier della dissoluzione del matrimonio pag. 3:*** atque adeo fallacem, ut quoties uxor ***virgo*** coniugis impotentiam incuset , reiiciendam omnino esse demonstret, Strykius ***de iure sens. disc. 1 de vis. cap. 1 num. 55.***

Ita ab externis potentiae signis et ab optima partium conformatione, extrinsecus tantummodo perspecta, potentiae virilis argumentum nemo educere potest. Quod ita perspectum esse, ait, ut constans semper et certum fuerit doctorum suffragium de posthabenda potentiae probatione ab externo coniugis adspectu; quos inter enumerat Coccinum ***dist. physie. anathom.*** §. ***4,*** Marchangelum ***disser. physic. medie.*** §. ***6,*** Barzellotti ***medie, legal, cap. 3 lib. 1,*** Roubaud ***de V impuissance et de la sterilite pag. 112 seqq.*** Et mox Ursayam, Costropalao, Alexandrum de Naevo, Card. De Luca, et Coscium ***de sep. thori lib. 3 cap. 2 n. 298 et seqq.*** - ibi - « Iudicium medicorum excludens impoten-
» tiae vitium ex signis externis est fallacissimum, quia po-
» test esse internum . . . . - Sed eorumdem iudicium circa
» potentiam ex defectu externi vitii desumptum nequaquam
». est attendendum ad excludendum etiam vitium inter-
» num. »

Iam vero saepe saepius non modo vitium indole sua exterius non apparet atque in corpore delitescit, sed adeo

delitescit ut virilitatis signa non excludat. Scilicet virilitatis signum non deest, sed ad matrimonialem actum explendum non sufficit quia quamcitissime evanescit; Roubaud ***op. cit. pag. 128.***

Hisce positis mulieris patronus prosecutus est : sese usque ab initio censuisse virum perpetua laborare impotentia sed relativa, ita ut dum aptus esse possit cum corrupta muliere, minime vero cum virgine. Quod ex coniugum depositione confirmatur; nam ex viri testimonio clarum fit tam breves fuisse erectiones ut non sufficerent ad consummationem explendam. A muliere autem asseritur omnem prorsus defuisse erectionem in viro.

Quae cum ita sint, licet in omnibus admitti debeat cognitorum iudicium, illud certo constat quod ex omnimoda frigiditate vel ex debilitate virium, foemineum vas Alexander permeare non potuit. Atqui in hoc motrimonii finis versatur, iuxta communem doctrinam quam tradit Sánchez ***de matrim, lib. 7 disp. 93 et 94.*** Huiusmodi homines, si frigidi nequeant ex rigore dici , frigidis tamen quoad effectum aequiparantur, ut docet Sotus ***lib. 4 sentent, disc. 34 qu. 1 art. 3.*** « Quamvis masculi instrumentum erigatur, si tamen impotens sit seminare , frigidus censetur. Iamvero, licet quis potens sit seminare , tamen praepropere, ita ut non possit vas idoneum captare, sed foris tantum funderet , ut frigidus habetur. » Zacchias ***quaes. medic-legal. tit. 1 quaes. 5 n. 11 et n. 22,*** Barzellotti ***op. cit. lib. 1 cap. 4 §. 67.*** Hoc siquidem erectionis genus aliter appellari nequit quam spuria erectio vel semierectio; Cocchius ***loc. cit. §. 9.***

Etsi igitur in Alexandro umbratilis, larvato modo, prodiisset erectio; atque illam quisquam propriis oculis et sine artificio com paratam vidisset, non idcirco de eius virilitate exurgeret argumentum, teste Rota in ***decis. 11 num. 11 ad ornatum*** Card. De Luca ***de matr.*** « Signa autem sunt omnino certa et evidenter concludunt omnimodam impotentiam quando habent solam instantáneam erectionem

» in totum flaccescentem, aut erigitur instantanée et inu-
» tiliter. » Imo vero haec rerum conditio impotentiae nomine designatur. Hanc impotentiam in themate esse perpetuam ac respectivam eduxit orator ex DD. sententia , ex factorum adiunctis, ex partium depositionibus et ex copula non sequuta : quamvis nil referat an absoluta vel respectiva sit quia utraque matrimonium dirimit, quoties matrimonii finis consequi nequeat.

Quaesivit autem orator an viri impotentia matrimonium praecesserit nec ne : et multa ait praecedentiam ostendere. Ac primo iuris praesumptio occurrit : tale enim impedimentum non modo censetur perpetuum, sed praecedens matrimonium, ex regula generali, etiam in dubio; Engel ***lib. 4 tit. 55 n. 9.*** « In dubio an impotentia praecesserit ma-
» trimonium vel postea supervenerit, praesumendum est prae-
» cessisse. » Reiffenstuel ***lib. 4 tit. 11 num. 21 et num. 39,*** Outtierez ***de matrim, cap. 116,*** Abbas in ***cap. Fraternitatis,*** Mascard, ***de probat, conci. 81f '* 129 iuncto cap. final, de frigid, et male f.***

Haec iurisprudentia tanto maiorem vim obtinet in casu quia constat ex actis, atque ex unanimi coniugum confessione pluries tentatam copulam fuisse : finem vero illos non attigisse. Atqui , si vitium in primo congressu ac deinde semper erupit, ac tentamina illico post matrimonium facta sunt, fìngi non potest inertiam non praecessisse.

Sed aliam etiam praesumptionem exposuit, quam Uberior Alexandri vita suppeditat. Ille enim ut perfectam virilitatem suam probaret testes adduxit, qui dies cum illo in fornicibus et lupanaribus exacto anno absumere solebant , atque eum saepissime venerea lue infectum fuisse testantur. At neminem latet quam frequenter poenam huiusmodi culpa adducere soleat, et quam facile perpetua impotentia gallicam luem sequatur. Conclusit igitur omnia iuris argumenta veram impotentiam ac propterea matrimonii nullitatem demonstrare.

Absonum denique et inopportunum esse contendi, triennale illud experimentum quod Olindensis Curia requirit. (1)

Tum aliud defensionis caput aggressus est mulieris orator, quod ***dispensationem*** respicit. Hanc ille semper indulgendam esse ait, iustis suadentibus rationibus , non modo cum dubitari de nullitate possit, sed etiamsi vir certissime ad matrimonium aptus esset habendus. Primo igitur de non sequuta consummatione disseruit, de qua serio disputari non potest, quia omnes iudiciales cognitores, nemine excepto, virginem mulierem designarunt.

Neque omissionis vel negligentiae eorum relationes redargui possunt, quia nihil omissum fuit ex iis omnibus quae s. Congregatio in notissima ***Instructione*** sive ad formam, sive ad substantiam requirit. Iusiurandum omnibus delatum est, matrona semper adstitit, balneum tribus horae quadrantibus productum, quisque ex cognitoribus solus cum matrona mulieris corpus inspexit. (2)

Dein orator loquens de virginitatis iudicio, ait : grave integritatis argumentum haberi ex hymenis integritate, qui consistere non posset ubi hominis irruptio totum obicem confregisset : adeo ut corrupta virgo sine hymenis laceratione fingi nequeat.

Sed alia etiam virginitatis indicia urgere contendit, quae

(1) Triennale experimentum recessisse ab aula, nempe haud amplius imponi ab Apostolica Sede, quilibet eruere valet ex millenis resolutionibus super quaestiones matrimoniales quas hisce in nostris ephemeridibus saepe retulimus. Ingravescens in diem populi malitia ab huiusmodi specimine abstinendum ductum fuit; quippe quod gravia in populo et in coniugibus parere queat discrimina. Merito igitur Ursaya conclusit Tom. 1 part. 1 dis. 12 n. 27. « Quando ex aliis probationibus constat de impedimento impotentiae, tali casu nec licitum est, nec permitti debet triennale experimentum. i>

(2) Mirandum non est si specimen super mulieris corpus actum sit immediate per medicos, non per obstetrices. Mos enim eiusmodi in multis invaluit provinciis, non improbante S. C. Congregatione. Sic non improbatum fuit examen medicorum in causis *Venetiarum matrimonii 28 Iulii 1860; Patavina matrimonii 23 Septembris 1865; Pragen, dispensationis 18 Iulii 1S68.* Praxis haec obtinuit in universo Imperio austriaco, prouti eruitur ex instructione pro iudiciis ecclesiasticis imperii austriaci, quoad causas matrimoniales; quae loquitur de peritis cognitoribus, nec obstetrices meminit

iidem cognitores a iudice rogati singulatim designarunt. Omnibus propterea in unum collectis, summa totius iudicii neque clarior esse potest, neque certior; omnes enim retulerunt, defiora tam non fuisse, et conservare perfectam virginis integritatem. **(1)**

De causis propterea disseruit, quas et gravitata et numero magis quam in aliis, id genus, controversiis in casu occurrere affirmavit. Causa profecto et in iure idonea et in facto certa esse debet : sed non eadem semper ad dispensationem gravitas requiritur. Gravior scilicet tum causa esse debet, cum alter ex coniugibus dispensationem postulat, alter resistit : quia gratiae effectum etiam invitus experitur. Cum vero uterque pariter gratiam adprecatur multo facilius concedi solet atque adeo facilius ut nonnulli putaverint etiam sine alia causa gratiam concedi: omnes autem sentiant leviorem quamlibet rationem, dummodo non incongruam, admitti. Cosci ***de sep. Onori lib. 3 cap. 2 n. 95 et seq.***

Quod vero in casu uterque pariter coniux dispensationem petat, de actrice evincere non oportet. De viro autem, ait defensor, nunquam illum mulieris actionem reiicere voluisse: unum reiecisse, impotentiae dedecus.

Insuper eiusmodi causas enucleavit, quae non modo utroque consentiente sufficerent, sed alterutro etiam resistente certissime' prae valerent. Ac primo, si praeter assensum utriusque in dispensationem, tanta animi aversio ac dissociatio patet, ut nulla pacis conciliandae spes oriri possit, hoc unum ad dispensationem exuberat: quia odii et simultatis causa ad dispensandum gravissima censetur; Card. De Luca ***de matr. disc. 9 num. 8;*** Lancellotti penes Ursayam ***tom. 3 par. 2 disc. 21 not. 62;*** Clericat. ***de sacr. matr. dec. 14 sub num. 45;*** Corrad. ***in praoo dispens, lib. 8, cap. 7***

(1) Cognitores iuxta *De Luca dise. 33 de iudic.* Abbas in cap. proposuisti *4 de probat, n. 3* potius arbitri, quam periti nuncupandi sunt in iis quae non modo ad eorum scientiam, sed etiam ad oculos manusque pertinent. Hinc contra medicorum suffiaginm in arte propria iudices haud facile insurgunt in edenda sententia,

num. 33. Quae dissociatio animorum ct odia, ait orator, in casu gravissima sunt et in dies augentur. Nam dissentionibus, initio ortis, contemptui, quem impotentiae dedecus adduxit in mulierem, addi debent atroces calumniae viri contra mulieris honestatem. Quomodo hisce in adiunctis honesta mulier instaurare posset commune contubernium cum homine pravo atque abiecto?

In iure vero cum odia inter coniuges fervere coeperint, non modo semper fit dispensationi locus, sed quam citius fieri possit dispensationi consulendum est ; Cosci ***de separ. thori lib. 3 cap. 2 num. 117 seq.*** « Quia flamma litis » et temporis longitudo magis odium urget et magis ani- » mi exasperantur » atque in ***op. cit. lib. 1 cap. 16, num. 251.*** Absonum denique ait orator de componendis adhuc animis disserere. Contemptus enim atque odium ita inter coniuges flagravit atque ita vehementer inter utriusque familias efferbuerunt, ut qui eos iterum in contubernio componere vellet, facilius mortua corpora vivis coniungeret.

Actrix vero quae in viridi aetatis robore versatur, si vinculum per dispensationem non dissolvatur , ad perpetuam continentiam damnare!ur in magna civitate, ubi vigilat improborum invidia ut desperantes, impunitate oblata, ad haereticorum castra perducant. Omnia igitur in tanto discrimine metuenda censuit, quia desperantium quandoque una salus dicitur nullam sperare salutem : atque animadvertit aeternae salutis discrimen, propter fornicationis metum, inter gravissimas dispensationis causas recenseri; Cosci ***de separ. thor. lib. 1 n. 250 et seqq.;*** Sánchez ***loc. cit. n. 3;*** Menoch. ***de praesum. lib. 2 pr. n. 42.*** (1)

(1) In themate, praeter alia, innuit dispensationem elargiendam esse , viri impotentia; quae relate ad uxorem Mathildem rite evicta videtur. Quo in casu potiusquam propria dispensatio, dicenda esset prudens iustitia, sub nobiliori titulo pontificiae concessionis iuxta Card. D». Luca de matrim, disc. 9 n. 8 « Stan- » tibiis claris indiciis impedimenti na- » turalis, videbatur potius quaedam ad- » ministratio iustitiae, ita prudentialiter » sub alio titulo magis honesto , more » principis administratae; cum ita utrius- » qne partis iuribus consultum remane- r e t ; ne scilicet vir iudicialiter deela- » retnr impotens , quod quidem abhor- » rebat.... »

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. Hic in prima parte suae orationis, ponderatis circumstantiis extrinsecis quoad testes, coniuges eorumque depositiones, conclusit, esse admittendam collusionem inter eosdem coniuges, vel saltem nullam eisdem fidem esse adhibendam. In altera parte autem virum esse potentem et de non consummatione matrimonii omnimodam certitudinem non haberi ostendere conatus est; ita ut ad dispensationem deveniri non possit, eo vel magis quod legitimae causae deficiant.

Deplorato in re tam lubrica neque testes neque medicos peritos, quas decet adhibuisse cautelas, dixit Mathildem actionem nullitatis matrimonii instituisse, non confisam in iustitia causae et rerum veritate, sed confisam in protectione et fama fratris sui Malachiae, medici in civitate Olindensi, nec non in protectione alterius fratris Sigismundi, qui cum iudex sit, huc illuc quaeritavit testes eorumque depositionibus adfuit, ut influentiam ageret.

Ast hoc posthabito, ait Vindex, veracitatem testium nutare si consideretur et eorum conditio, et tenor eorum depositionum. Et primo exclusit meretrices, quae, ceu personae infames, a iure repelluntur a testimonio ferendo. 0-stendit autem testes sibi contradicere et pura mendacia proferre minime dubitare. Hisce autem contradictionibus et mendaciis testium, fastigium imponere, subdit, virum et uxorem, qui prius sibi acriter contradicunt, postea paullatim conveniunt. Hinc suspicatur collusionem iuxta Constitutionem ***Dei Miseratione; quia litigantes in specie quidem discordes, revera inter se concordes sunt et invicem colludentes contractum matrimonium dissolvi cupiunt.***

Atque post haec mulier actionem nullitatis relinquit atque petit dispensationem, neque ex parte viri ullam oppositionem experitur. Ex quo matrimonii vindex collusionem adesse autumavit, quia magna collusionis praesumptio habetur, ut ait Menoehius ***De Praes. Lib. V Praes. 25 num. 3, quando unus liti gai*,** um victus est ob id quod noluit defendere causam, producendo iura, quibus illam***

tueri potuisset. Ex his omnibus conclusit, hanc causam iudicari non posse, cum tot defectus in testibus eorumque depositionibus habeantur.

Ad secundum suae orationis caput transvolans defensor recolit, matrimonium iuxta leges ecclesiae celebratum semper praesumi validum, et propterea tale existimandum esse matrimonium Mathildis et Alexandri. Quod si quis vellet eius nullitatem ostendere, necesse esset ut tales probationes adduceret, quae contrariam possibilitatem excluderent, iuxta ea quae tradit Card. De Luca ***De Benef. dis. 8. num. 8.- Probatio remanet aequivoca et non bene concludens, qualis dicitur illa quae habet contrariam possibilitatem.*** Et S. Rota ***decis. 257 num. 6. cor. Priolo - Probatio debet pernecesse concludere, alias per solam possibilitatem in contrarium excluditur, et coram, Celso Decis. 161. num. 3. - Sola possibilitas sufficit ad hoc, ut probatio dicatur non concludens.***

Iamvero a contraria parte, pro nullitate matrimonii adstruenda, afferri ait multas doctorum auctoritates ut viri impotentia evincatur. Ast in hoc ab aequivoco cavendum advertit, ne scilicet confundantur potentia cum actu : illam esse necessariam, non vero hunc ad matrimonii validitatem ; ideoque, probata potentia, etiam matrimonii validitatem probatam esse. Potentiam vero probari edicit praesertim per medicorum attestationes, ut firmat Card. De Argenvillieres in voto apud Costant. ***t. 5. n. 19.*** - « A pluribus saeculis recte sapienterque receptum est, ut ante » omnia , vir ipse de cuius potentia vel impotentia quae» ritur, a medicis et chirurgis, a iudice ecclesiastico eli» gendis, accurate inspiciatur. Nam si ex iurata istorum » relatione appareat in eo legitima conformatio partium ge» ni talium cum congruo motu ad copulam et coitum, sta» tim et sine ullo alio processu est repellenda. » Iamvero in casu inspectio locum habuit; medici periti a iudice ecclesiastico electi uno ore virum potentem retulerunt.

Neque negotium facessere autumavit quae contra afferun-

tur scriptorum auctoritates, quia ipsi loquuntur de possibilitate quod vir optime conformatus impotens esse possit: non negavit possibilitatem, sed in facto hanc impotentiaru non existere contendit, dum et morbus syphiliticus Alexandrum iam cruciaverit. Quod potentiam optime ostendit, ceu docetur ab Ursaya ***Disc. eccl. tom. 4. p. i. dis. 13.*** ubi haec habet « Longe autem inter se distant, virum nullam » habere erectionem vel illam habere minus stabilem et •» brevis perductionis. Eo quia in primo casu defectus eius- » dem erectionis dicirur residere in partibus solidis, seu » musculis et nervis etc.; in secundo vero ille dicitur con- » sistere in fluido, seu in humoribus, qui emendari facile » potest, vel temporis vel aetatis beneficio vel refrigeran- » tium. »

Post haec vinculi adsertor disserendum suscepit de matrimonii consummatione, quam ait praesumi praesumptione iuris et de iure ex cohabitatione, vel etiam commodo unius horae, qua durante coniuges soli permanserint. Ex quo deducit matrimonium inter Mathildem et Alexandrum consummatum praesumi. Ad hanc praesumptionem destruendam quid affertur? Mulier incusat viri impotentiam sed haec iam exclusa fuit; et si vir cum ea perfecte congredi non potuit, hoc factum esse per oppositionem ab uxore exhibitam.

Nihilominus valde dubium esse, subdit, an matrimonium consummatum fuerit. Porro vir deposuit in congressu cum uxore semen effudisse, quamvis certum non sit an semen vaginam penetraverit vel in eius labiis effusum fuerit. Hoc unum dubium sufficiens est ut mulieris preces reiiciantur. Data vero seminis virilis effusione in pudendis mulieris, nemo certus esse potest an consummatio habuerit locum nec ne. Canonistae et medicinae forensis scriptores consummationis possibilitatem concordes affirmant; Sánchez ***De Matr. Lib. 2. dis. 21. num. 2.*** - ibi - « Conveniunt omnes (ma- » trimonium) consummari quacumque arte semen recipiatur > intra vas naturale, absque penetratione illius; quia ea eo-

» pula sufficiens est generationi, per eamque sponsi una » caro efficiuntur. » Schmalzgrueber ***iur. eccl. tom. 4. p. 3. tit. 15. n. 37.*** - ibi - « sequitur sexto matrimonium ab » eo contractum valere, qui non totum semen possit intra » vas fundere; sed partem dumtaxat ; quia ea seminis pars » intra vas recepta sufficiens est ad consummandum matri» monium et efficiendum, ut vir cum sua uxore fiat una » caro. »

Nonnullos praeterea attulit ad hoc idem evincendum medicinae forensis scriptores, inter quos Gasper, ***man. prat. di med. leg. vol.2 part. spec. sez. 1 c. 3 §. 3.*** et ex his omnibus patere, ait, possibilitatem consummationis matrimonii minime excludi et per consequens , dispensationem non esse indulgendam.

Quod vero attinet ad virginitatis signa, quae in Mathilde reperiuntur, advertit quod inspectio tunc in pretio haberi solet quando constet de viri impotentia , non quando certum est virum esse potentem. Signa vero virginitatis fallacissima esse prosequitur, si medicinae forensis scriptoribus fides sit adhibenda. Zacchias ***Quaest, med. legal. Lib. IV tit. 2j, q. 1 num. 13*** haec habet: « Virginitatis nullae » dantur certae et inseparabiles notae: acceptissima est » conclusio recentioribus omnibus. Ratio autem est quia » ea potissimum signa , quibus in eius attestatione fiden» dum est vel fallacia sunt vel realiter nulla sunt, et » nihil certi promittunt. » Quod firmatur testimonio Barzelletti ***Med. legal. Cap. 4. §. 43.***

In casu rem difficiliorem esse quia multo tempore ab usu viri abstinens Mathildes eius muliebria coarctari potuerunt ut habet citatus Barzellotti ***op. cit.*** §. ***32.*** Neque de praesentia hymenis valde sollicitus videtur matrimonii vindex confisus testimonio supra citati Barzellotti ***cap. 1. §. 32.*** et Laurae ***Tract, de med. leg. sez. 11. §. 11;*** qui ait, quam plurimas meretrices hymenem conservasse.

Ex quibus deducit nulla haberi posse certitudinem de non

secuta consummatione, ac proinda rationem non haberi cur dispensatio concedatur.

Quoad causas ait , eas esse debere gravissimas ex Schmalzgrueber, ***Ius eccl. univ. par. 4 tit. 19 §. 53*** « Cer- » tum est non sufficere quamlibet causam, sed omnino gra- > vem postulari , quia in illis casibus, in quibus obli- » gatio nascitur ex iure divino et naturali, urgentiora di- » spensationis motiva requiruntur. » Quas graves causas in casu haberi defensor negavit: nam adducuntur mutuae inimicitiae; sed timendum ne inimicitiae ex condicto praeferantur ad collusionem contegendam.

Adducitur pariter damnum spirituale ; sed hoc ese somnium praesertim in actrice, cui desiderium est monasterium ingrediendi, simul ac quaestio haec absoluta fuerit. Impotentiam iam evidenter exclusam fuisse conclusit. Quae vero de saevitiis, de ciho subtracto, et stupiditate viri aliisque , minime probari; ita ut etiam patronus Mathildis in his minime insistendum opportunum censuerit.

Quibus, aliisque praenotatis, enodanda fuerunt proposita duo sequentia

Dubia.

I. ***An sententia Curiae episcopalis Olindensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.***

Et quatenus affirmative ad primam partem , negative ad secundam.

II. ***An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.***

RESOLUTIO. Sacra C. Congregatio , re disceptata, sub die 1 Septembris 1883, respondit:

Ad primum. Providebitur in secundo.

Ad secundum. Affirmative, vetito viro transitu ad alias nuptias, inconsulta Sacra Congregatione. **(1)**

(1) Confer Vol. Xl pag. 593 nota in calce; ubi aliquid monuimus de clausula - ***vetito viro transitu ad alias nuptias inconsulta, S. Congregatione,-*** **In themate patet S. Congregationem moralem certitudinem hausisse de incon-**

NULLIUS CLUNIEN.

FACULTATIS ADVOCANDI

Die 4 Augusti 1883.

COMPENDIUM PACTI. Sacerdos Iosephus Aloisius, dioecesis Clunensis in Hispania in utroque iure doctor, Sacratissimum Principem adivit suppliciter implorans facultatem exercendi officium advocati in laico tribunali Hispaniarum Regni. Con*-quisitus Ordinarius, pro informatione et voto, deque legitima petitionis causa, respondit : « Relatus sacerdos Iosephus ortodoxae doctrinae et irreprehensibilis vitae fama apud omnes iuste fruitur, et sanctae Ecclesiae immunitates tam in foro, quam extra forum, ut quam maxime propugnare spondet et promittit ».

Disceptatio Synoptica.

EA QUAE ORATORI ADVERSANTUR. Quamvis post haec nemo unquam dubitabit de bonis oratoris moribus deque eius recta voluntate in exoptanda facultate, nihilominus preces reiiciendae videntur. Canones enim expresse vetant quominus clerici officium advocati coram Iudice saeculari, et in negotiis seu causis saecularibus exerceant. Ita habetur statutum in ***Cap. Clerici L*** quod est desumptum ex Concilio Lateranensi sub Alexandro III. ***cap. 12;*** nec non in capite ***Cum Sacerdotis De Postuland.***

Et merito quidem : etenim advocare in causa saeculari et coram iudice saeculari, est negotium saeculare ***Caph. 1.***

summatione matrimonii, sed intactae reliquisse quaestionem de viri impotentia; supra quam omnem noa deposuit anxietatem , ceu formula vetito viro etc. satis innuit. Quoad deductiones et practi eas applicationes recoli possunt Vol. XIV, 58: XII, 177, 624; XI, 53, 134, 427.

Ne Clerici vel Monachi saecularibus negotiis se immisceant; ideoque clericis in sacris Ordinibus constitutis advocare regulariter prohibitum est, quia nemo militans Deo saecularibus negotiis se implicare debet, ***I ad Timoth. 2.***

Immo « cum Sacerdotis officium sit nulli nocere, sed » omnibus velle prodesse, non est ulli Sacerdoti licitum, » ait Gregorius IX. in ***cap. 3. tit. cit.,*** nisi pro seipso vel » Ecclesia sua, vel, si necessitas immineat, pro coniunctis » personis aut miserabilibus postulare seu in iudicio advo- » care. » Advocatus enim dum uni parti assistit et patrocinato, alteri nocet quam oppugnat, ut optime advertit Schmalzgrueber ***part. V, tit. 37, num. 1.*** Cum igitur parum decens sit dignitati et excellentiae status sacerdotalis, ut sacerdos curias saeculares passim adeat, ibique causas saeculares pro aliis patrocinetur; id nullo pacto concedi posse videtur. Eo vel magis in themate cum nullae exprimantur causae, quibus hoc munus permittitur, quaeque enumerantur ab ipso iure : scilicet causa religionis vel Ecclesiae, causa propria vel consanguineorum, et causa pauperum et miserabilium. Et si aliquando etiam extra hos casus clericis conceditur advocare, praesertim si non habent unde vivant, quia beneficio ecclesiastico carent, id tamen pro clericis tantum in minoribus ordinibus constitutum intelligendum esse tenet Gloss, in ***cap. 1. cit. n. 5;*** Piringh. ***hic. n. 7,*** Vriestn. ***n. 14.*** Quapropter expetita facultas Sacerdoti oratori deneganda videtur.

EA QUAE ORATORI FAVENT. EX altera vero parte animadvertendum est, officium advocati gerere penes etiam tribunalia civilia non esse a iure ita alienum , ut nunquam licitum sit: quandoquidem ipsi Canones ponunt exceptiones, et passim id permittunt, praesertim si clericus sufficienti substentatione careat. Audiantur verba citati capitis: « Cle- » rici si stipendiis ecclesiasticis sustinentur non possunt esse » advocati ad lites coram Iudice saeculari et in causis sae- » cularibus, nisi etc. »

Duo tantum adnumerantur casus iuxta Schmalzgrueber

loc. cit. in quibus cuivis clerico advocare rigorose prohibitum est, scilicet in causa sanguinis ob periculum irregularitatis, et in causa contra Ecclesiam a qua habet beneficium propter in gratitudinem. Extra hos casus igitur, cum ab ipso Canone passim concedatur, non videtur adesse illam indecentiam, illud ecclesiastici status dedecus, ob quod clerici ab eiusmodi muniis generaliter removentur.

Neque obstat quod orator in sacerdotali dignitate sit constitutus. Quandoquidem Sacerdotes etiam huiusmodi indultis passim donantur, ceu docet Benedictus XIV ***De Synodo Dioec. lib. 13, cap. 10, num. 12.*** - ibi - « Fatemur in » ***Brevibus*** paulo liberalius agi. Sacerdoti enim saeculari, » qui scientiae et iuris peritia famam sibi comparavit, in» dulgetur ut in tribunalibus etiam laicalibus possit tam » civiles, quam criminales causas agere, prout advocati laici » solent, dummodo in criminalibus iudiciis ad defensionem » tantummodo scribat et agat. »

Tandem in themate non desunt rationes seu causae, quibus Oratoris preces fidenter innitantur. Ordinarius enim de eius paupertate testatur. Temporum difficultates etiam optimam pro gratiis rationem constituere posse idem dicit. Et denique addit: « Convenientiam ut nonnulli sint advocati clerici, quibus hodie civile pateat tribunal, ut Ecclesiae et clericorum immunitates et iura facilius in eo possint, data occasione, defendi. »

Quibus praenotatis, quaesitum est an preces oratoris essent dimittendae favorabili responso.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re perpensa, sub die 4 Augusti 1883 censuit respondere:

Attentis etc. dummodo absit scandalum et orator in causis criminalibus vel omnino abstineat, vel ad defensionem tantum scribat et agat, pro gratia et ad tempus Episcopo benevisum, facto verbo cum SSmo.

Ex QUIBUS COLLIGES.

I. Advocare apud saecularia tribunalia, non, esse ita alie-

num a ss. canonibus, ut nunquam id liceat sacris ordinibus auctis; dum iidem ss. canones aliquam faciant exceptionem, praecipue si clerici sufficienti careant substentatione.

II. Ex Benedicto XIV ***De Synod. Dioec. lib. 13,*** c.***10, n. 12*** erui, indulgen Sacerdoti saeculari, qui scientiae et iuris peritiae famam sibi comparavit, ut in laicalibus tribunalibus agat causas civiles et criminales; dummodo in his scribat tantum ad defensionem.

III. Advocare autem in causa sanguinis ob periculum irregularitatis, et contra ecclesiam, a qua habet clericus beneficium, propter ingratitudinem, praeferre videtur dedecus ecclesiastici status, ob quod clerici omnino repellantur ab eiusmodi muniis exercendis.

IV. In themate causas non defuisse videri, quibus Apostolica Sedes innixa, expetitam gratiam concederet : nam sufficienti caret substentatione orator, qui, data occasione, apud civilia tribunalia Ecclesiae, clericorumque immunitates et iura facilius defendere valeat.

MUTINEN.

VOCIS IN CAPITULO

Die 2 Iunii 1883.

Quaestio haec proposita fuit die 18 Martii 1882 sub dubitandi formula: « ***An et in quibus comitiis capitularibus Archipresbyter Minor*** (1) ***vocem habeat in casu***. » Cui dubio s. C. C. respondit: ***Negative in omnibus.***

Defensor Archipresbyteri minoris beneficium novae auditionis obtinuit, et pro viribus partes egit sui clientis, certans competere eidem clienti vocem in capitulo. Idque ut facilius obtineret in tria capita orationem suam divisit. Et

(1) Quaestio haec per integram relata fuit Vol. XV pag. 127: quod recolas >portet ut speciem facti agnoscas.

in primo capite demonstrare studuit, vocem in capitulo competere Archipresbytero Minori, quia ipse est vere ac proprie canonicus cum praebenda, cui accessit dignitas Archipresbyteri Minoris. In secundo ostendit ipsi vocem competere, licet non esset canonicus, sed dignitas tantum, quia huiusmodi dignitati adnexa fuit praebenda, et quia in ipsa erectione effecta fuit de capitulo cum stallo in choro et voce in capitulo; quod binae Bullae Apostolicae aperte perhibent. Denique nonnullis difficultatibus obviam ivit, easque refutare curavit. Quibus, aliisque adductis enucleandum propositum fuit

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

RESOLUTIO. S. C. Concilii, sub die 2 Iunii 1883, re iterum ponderata, censuit respondere: ***Quoad comitia in quibus agitur de negotiis veteris massae in decisis; quoad reliqua recedendum a decisis.***

Ex **QUIBUS COLLIGES I**

Archipresbyterum minorem habere vocem in capitulo in omnibus comitiis capitularibus, exceptis illis in quibus agatur de veteris massae administratione.

MONTISALTI

INTERPRETATIONIS, ET COMMUTATIONIS VOLUNTATIS ET ABSOLUTIONIS

Die 7 Iulii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Sacerdos Raphael Amadio supremo quo decessit elogio anno 1877 proprios fratres Augustinum

et Ioannem haeredes instituit. Ioanni ..autem onera imposuit sacris supellectilibus exornatum continuo servandi sacellum domui suae adnexum; in quo curaret etiam ut omnibus diebus festivis missa celebraretur.Ad quam missam audiendam omnes de populo accedere possent, quia sacello sunt fores in muro externo. Voluit etiam ut, cura Ioannis fratris, aliae celebrarentur quinque missae quotannis in secunda Dominica Septembris iuxta suam intentionem, in honorem B. Mariae Virginis dolore transfìxae.

Ioannes voluntati fratris sui obtemperans iniuncto oneri religiose satisfecit. Sed cum reputasset sibi demandatum tantum onus celebrationis, Missae festivae applicationem arbitrio Sacerdotis reliquit. Dubitans vero de hac sua agendi ratione, et tranquillitati suae conscientiae consulere volens, supplicem libellum S. Sedi porrexit, quo rogavit: **1.** ut absolutio ei impertiatur ab omissa applicatione, quatenus haec ex testamento urgeat; 2. ut legatum, cum durioris observantiae ob temporum discrimina evasum fuerit, auctoritate suprema commutetur.

Disceptatio Synoptica

MISSA APPLICANDA NON VIDETUR. Revera onus applicationis videtur exclusum, si attendantur verba adhibita in testamento. Quum enim testator voluit applicationem, eam demandavit adiunctis verbis: « ***iuxta meam intentionem*** » uti in secundo commate: ita ut ex regula discretivae coniici possit tantum celebrationem missarum in primo commate praescriptum fuisse. S. Rota in ***Tuden. Servit, super bono iure 21 Martii 1757 §. 11 coram Frangipane.***

Hinc accedit quod persentit Episcopus: « spectata testa-
» menti forma... obligationem applicationis ex ipso testa-
» mento erui non posse... Scimus autem testamentum legem
» facere; quare nescirem in conscientia iniungere onus cer-
> tum pro obligatione aut nulla, aut certe dubia, et si te-
> stamentum est lex, «eu veluti lex, iuxta omnes DD. ***lex***

» ***dubia non potest parere obligationem certam.*** Nec niinoris ponderis apud sacros DD. est illud aliud effatum, quo » dicitur: ***in dubiis minimum esse tenendum.*** » Id magis magisque suadet causa erectionis, quae fuit ut incolae facilius sacrum audirent, quo in casu a s. C. C. semper exclusum fuit onus applicationis; Amostaz ***de causis piis I. 3, cap. 3, num. 46 et 52;*** s. Congregatio in ***Novarien. 22 Novembris 1727,*** et in ***Spoletana 18 Septembris 1751.***

MISSA VIDETUR APPLICANDA. Contra compertum apud omnes est sacra celebrari non posse sine applicatione; imposita igitur celebratione, censeri quoque iniunctam applicationem, nisi haec expresse exclusa fuerit; Pignatel. ***consult. 139, num. 15, tom. 1.*** Iuvat insuper animadvertere: cum res tota pendeat ab interpretatione voluntatis testatoris, bene occurrit ad hanc manifestandam testimonium alterius fratris, qui fidem facit impositam fuisse etiam applicationem. Nec urgenda nimis est regula discretivae; cum enim applicatio sequatur semper celebrationem, tenenda potius est alia regula ***in obscuris inspiciendum esse quod est verosimilius, 55 Iur. in 6.*** et verosimilius est, eum, qui celebrationem missae mandavit, etiam suffragium animae suae respexisse. Quod semper praesumendum est, nisi testator contrariam voluntatem patefecerit; Benedictus XIV. ***de sacri f. Missae lib. 3, cap. 9.***

Quoad autem absolutionem super praeteritis omissionibus, quatenus EE. PP. censuerint impositum onus applicationis in casu adesse, oratori favet bona fides, quam iustam concedendae condonationis causam semper reputavit S. Congregatio , ut in ***Tudertina Reductionis et Absolutionis 27 Aprilis 1805.***

Ad alteram vero supplicis libelli partem i. e. petitionem commutationis voluntatis, animadvertendum praeprimis novum non esse ut Sedes Apostolica, suprema auctoritate qua pollet, commutationi voluntatis indulgeat, quoties iusta causa suadeat: Conc. Trid. ***Sess. 22, cap. 6, de Reform.*** Et revera haec in casu concurrit. Demortuo enim Sacerdote

fratre oratoris, qui nunc sacra facit, nonnisi gravibus impensis, ob deficientiam presbyterorum, onus iniunctum adimpleri potest. Quod esset praeter ipsius testatoris voluntatem, qui si potuerit posteriora temporum discrimina respicere, certe fratri tantum onus non imposuisset.

Nec minori in pretio sunt quae habet Episcopus in suo voto: « Si suppleatur ex thesauro Ecclesiae, casu quo talis » reapse fuerit intentio testatoris, nulli damnum ullum af- » fertur, et anima testatoris seu aliae pro quibus tale suf- > fragium ipse voluerit, reiiciuntur. Quare submisse opina- » rer ut preces ita favorabiliter excipiantur. Quod ideo ar- » bitratus sum cogitans, quod si legata certa et indubiae » obligationes Missarum moderno misero tempore perdifficile » adimplentur: quid erit sentiendum de dubiis et incertis, > et ex quo fieret ut oneraientur dubiis practicis dum vi- is» vunt non sine animarum pemicie, vel gravi timore per- » ditionis aeternae mortem subirent? »

Sed contra nemo non novit, quod leges severe praescribunt ut defunctorum voluntates religiose serventur: ***Can. 4, Ultima voluntas caus. 13, qu. 2 et Clemens V in decret. Quia contingat de relig. dom.*** Quod enim in certum opus ex pia morientium dispositione destinata sunt, facile in aliud converti non debent. Et commutatio voluntatis tantum tunc concessa fuit, quum gravis et iusta causa suasit. Quae in casu exulare videtur. Nam testamentum paucis abhinc annis confectum est; et quamvis tempora in peius prolabantur, attamen non evenit illa rerum mutatio, quae requiieretur ad praescriptum onus in opus consimile commutandum.

Quibus praenotatis, quaesitum est quomodo essent dimittendae oratoris preces.

RESOLUTIO. S. C. O. re cognita sub die 7 Iulii 1883, censuit respondere: ***Non constare de onere applicationis.***

EX S. CONG. 5. R. U. INQUISII

RESCRIPTUM

ad Vicarium Apostolicum B. quo innuitur eos, qui matrimonia mixta contraxerunt absque Ecclesiae consensu, debere Episcopum adire pro cautione danda de amovendo periculo salutis aeternae a se et a sua prole.

Emi ac Rmi DD. S. Rñae E. Cardinales contra haereticam pravitatem Generales Inquisitores in Congregatione generali habita Feria IV, die 9 vertentis mensis martii ; lectis uteris Amplitudinis Tuae, quibus Emo Cardinali Praefecto de Propaganda Fide referebas, Te in quadam ad Clerum tuum instructione omnibus Presbyteris curam animarum exercentibus praescripsisse, ne coniuges, qui de suo matrimonio mixto clandestino inito dolentes et poenitentes, reconciliari Deo desiderant, monere omittant de necessitate obtinendi ab Episcopo dispensationem, ut matrimonio suo valide quidem sed illicite contracto, in posterum uti licite valeant; hanc vero praescriptionem nonnullis Missionariis occasionem dedisse dubitandi utrum huiusmodi obligatio a Te imponi potuerit: re diligenter et mature perpensa, instructionem ita declarandam a Te esse censuerunt; nempe oportere ut a praefatis coniugibus Ecclesiae cuius sanctissima lex violata est, satisfiat, eidemque cautiones de periculo salutis aeternae a se et a sua prole amovendo in foro etiam externo praestentur, atque hoc fine recursum ad Episcopum postulari.

Haec dum Tibi significo, impensos animi mei sensus eidem testatus volo, cui fausta omnia a Domino precor. Amplitudinis Tuae addmus uti frater

Romae, 12 Martii 1881.

P. Card. CATERINI

EX SACRA RITUUM CONGREGATIONE

DUBIA

quoad recitationem officiorum votivorum

Sacrae Rituum Congregationi insequentia Dubia pro opportuna declaratione proposita fuere, nimirum:

Dubium I. Cum ex Decreto diei 5 Iulii 1883 liberum sit, iis, qui nullo canonico titulo ad chorum tenentur, recitare, quibusdam feriis exceptis, vel officium votivum vel officium feriale, huic feriae respondens, quaeritur: utrum obligatio adhuc maneat solum officium votivum recitandi, ubi istud officium antea iam fuerat speciali privilegio alicui Dioecesi concessum, ita ut praefatis diebus ferialibus non detur optio inter officium feriale et officium votivum? Et quatenus affirmative, an optio detur diebus contentis in novo Indulto 5 Iulii 1883, in alio praecedenti exceptis ?

Dubium. II. Tempore Paschali in Officio votivo Passionis est ne addendum *alleluia,* et servanda eiusdem temporis propria ?

Dubium III. In Rubrica Officiis votivis nuper indultis praemissa statuitur, ut eadem Officia habeant tum commemorationem, tum IX lectionem de Festo simplici occurrenti : quaeritur igitur, an praedicta Officia votiva recitari possint, nedum loeo Officiorum ferialium, prout in Decreto diei 5 Iulii 1883 , sed etiam loco Officii alicuius Festi simplicis (v. g. s. Agnetis secundo) quod unice ea die in Kalendario assignetur V

Dubium IV. Ex eadem Rubrica , Vesperae Officii votivi currentis ritus semiduplicis. si die praecedenti, vel sequenti, occurrat Officium aliud quodcumque IX Lectionum , ordinandae sunt iuxta Rubricam de concurrentia Officii. Cum autem Officium votivum cum alio item votivo, vel cum alio semiduplici concurrere possit; quaeritur utrum hoc in casu Vesperae, iuxta praefatam Rubricam generalem Breviarii tit. XI n. 4. semper dicendae sint a capitulo de sequenti , cum commemoratione praecedentis ; an vero habenda sit ratio dignitatis unius Officii votivi prae alio, iuxta eiusdem

Rubricae n. 2? Et quid praesertim agendum sit, cum Officium votivum Sanctissimi Sacramenti concurrit cum Officio de Passione D. N. L C?

Dubium V. Cum festum Sanctorum Apostolorum Simonis et Iudae die 28 Octobris incidit in feriam secundam, quaenam in secundis Vesperis adhibenda est Oratio pro Commemoratione Officii votivi de Apostolis, quod sequenti feria tertia recitari contingat?

Dubium VI. Si in Vigilia, feriis quatuor Temporum, aliisque feriis propriam Missam habentibus, recitetur in Choro Officium vo. tivum, sunt ne canendae duae Missae, altera de Officio votivo, altera de Vigilia, vel feria, an potius unica dicenda est Missa de Vigilia, vel feria cum commemoratione Officii votivi?

Dubium VII. Quoties Feria tertia recitatur Officium votivum omnium Sanctorum Apostolorum, omittine debet in suffragiis ad Vesperas ac Laudes commemoratio Apostolorum Petri et Pauli?

His porro Dubiis ab infrascripto Secretario relatis, sacra eadem Congregatio, post accuratum omnium examen, sic rescribere rata est;

Ad L — Affirmative ad primam et secundam partem.

Ad II. — Affirmative, et adhibeatur color rubeus toto anni tempore.

Ad III. — Provisum in Rubrica Officiorum.

Ad IV. — Quoad 1. Ad primam partem affirmative, ad secundam negative. Quoad 2. Totum de praecedenti, nihil de sequenti.

Ad V. — Sumatur Oratio pro aliquibus locis die XXIX Iunii scilicet: *u* Deus qui nos Beatorum Apostolorum commemoratione laetificas: praesta quaesumus; ut quorum gaudemus meritis instruantur exemplis. Per Dominum. »

Ad VI. — Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad VII. — Negative. Atque ita declaravit ac rescripsit die 24 Novembris 1883.

MONITUM

quoad nonnullas lectiones historicas reformatas.

A Sacra Rituum Congregatione prodierunt in lucem nonnullae Breviari Romani et Proprii Sanctorum Summorum Pontificum Lectiones historicae ex integro, vel ex parte reformatae. Ne ulli aequivocationi hac in re pateat aditus, opportunum censetur declarare, huiusmodi modificationes ab eadem Sacra Congregatione approbatas atque editas fuisse ad hoc tantummodo, ut in novis Breviarii et Proprii praedicti editionibus, rite perficiendis, inseri debeant; minime vero ut ad eas assumendas ii obligentur, qui Horas Canonicas recitant iuxta editiones iam existentes.

Ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 14 Decembris 1883.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

DECRETUM

quo praecipitur addendum esse in Litaniis Lauretanis Regina sacratissimi Rosarii, ora pro nobis,

URBIS ET ORBIS

Ad praesidium columenque militantis Ecclesiae virum sanctissimum excitavit misericors Deus, Dominicum Guzmanum, inclitum Ordinis Praedicatorum conditorem et patrem, qui pugnare pro Ecclesia catholica aggressus est, maxime precatione confisus, quam Sacri Rosarii Mariani nomine primus instituit, et per se suosque Alumnos longe lateque disseminavit. Admirabilem hanc orandi formulam nobilis instar tesserae christianae pietatis Catholici semper habere consueverunt. Quare vix ac Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII ad opem a Iesu Christo per Mariam Virginem Eius Matrem praesentibus necessitatibus impetrandam, integrum mensem

Octobre m Rosarii precibus in toto catholico Orbe hoc anno exigendum, encyclicis datis Litteris, indixit; ubique sacrorum Antistites et fideles populi, supremi Pastoris voluntati obtemperantes frequentissima Rosarii recitatione pietatis suae et dilectionis erga Dei Matrem peramantissimam splendida argumenta exhibuerunt, certam spem foventes se, eadem Beatissima Virgine opitulante, a caelesti misericordiarum Patre in praesentibus tam privatis, quam communibus christianae reipublicae calamitatibus efficacius optata subsidia impetraturos.

Iamvero Sanctissimus idem Dominus Noster summopere cupiens tum augeri cultum erga ipsam augustam Dei Genitricem hac praesertim orandi consuetudine eidem Virgini gratissima, tum Christifideles ad hoc obsequium Ei praestandum magis magisque excitari humillimas preces sibi oblatas a Riho Patre Iosepho Maria Larroca Magistro Generali Ordinis Praedicatorum, nimirum ut Litaniis Lauretanis addendam indulgeat Reginae a Rosario invocationem, quae iamdudum apud Dominicianam Familiam in usu est, benigne ac perlibenter excepit. Voluit propterea Sancti1as Sua praecepitque, ut ceteris Litaniarum Lauretanarum beatae Mariae praeconiis, et hoc in Ecclesia universa in posterum addatur postremo loco, scilicet *u Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis ».*

Mandavit praeterea super his expediri Litteras in forma Brevis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 Decembris 1883.

D. Card. BARTOLINIUS S.R.C. PRAEFECTUS

L. «S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius,*

DECRETUM

Quo mandatur nonnullas preces esse recitandas in fine cuiusque Missae , sine cantu celebratae, in omnibus Urbis et Orbis chatolici Ecclesiis.

URBIS ET ORBIS

Iam inde ab anno MDCCCLIX sa. me. Pius PP. IX , ad impetrandam Dei opem, quam tempora difficilia et aspera flagitabaut, praecepit, ut, in templis omnibus Ditionis Pontificiae, certae pre-

ces quibus sacras. Indulgentias adtunxerat, peracto sacrosancto Missae sacrificio, recitarentur. Iamvero gravibus adhuc insidentibus malis nec satis remota suspicione graviorum, cum Ecclesia cattolica singulari Dei praesidio tantopere indigeat , Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII opportunum iudicavit, eas ipsas preces nonnullis partibus immutatas toto orbe persolvi, ut quod christianae reipublicae in commune expedit, id communi prece populus christianus a Deo contendat, auctoque supplicandum numero divinae beneficia misericordiae facilius assequatur. = Itaque Sanctitas Sua per praesens Sacrorum Rituum Congregationis Decretum mandavit, ut in posterum in omnibus tum Urbis tum catholici orbis Ecclesiis preces infra scriptae, ter centum dierum Indulgentia locupletatae, in fine cuiusque Missae sine cantu celebratae, flexis genibus recitentur, nimirum:

u Ter Ave Maria, etc.

Deinde dicitur semel Salve Regina, etc. *et in fine i*

>. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix,

R). Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus, et praesta; ut, intercedente gloriosa et Immaculata Virgine Dei genitrice Maria, beato Iosepho , ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis , quod in praesentibus necessitatibus humiliter petimus , efficaciter consequamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

R). Amen.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die Epiphaniae Domini VI Ianuarii WDCCCLXXXIV.

D. CARDINALIS BARTOLIXIUS S. R. C. PRAEFECTUS

II. * S.

*Laurentius Saldati S. M. C. Secretarius**

EPISTOLA ENCYCLICA SSmi D. N. Leonis XUI ad Episcopos Galliae: qua innuitur, iuvenes, dum artes docentur, quibus ad humanitatem informari solent, apprime notitia officiorum erga Deum imbuendos esse: consulendum ne desint scholae catholicae, annorumque concordiae prospiciendum ad protuenda nominis catho liei iura.

Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem

Nobilissima Gallorum gens, multis in rebus pace bellove praeclare gestis, singularem quamdam sibi comparavit in Ecclesiam catholicam laudem meritorum quorum nec interitura est gratia, nec gloria consenescet. Institutis christianis, praeeunte rege Clodove), mature susceptis, hoc sane perhonorificum fidei pietatisque testimonium simul et praemium tulit, ut *pri mi genita Ewlesiae fit'i* nominaretur. Ex eo tempore, Venerabiles Fratres , saepe maiores vestri ad magnas res et salutares visi sunt divinae ipsius providentiae adiutores : nominatim vero ipsorum est nobilitata virtus in vindicando ubique terrarum catholico nomine , in christiana fide ad barbaras gentes propaganda, in liberandis tuendis pie sanctio ribus Palaestinae locis, ut non sine caussa vetus illud vim proverbii obtinuerit, *gesta Dei per Francs.* Atque his rationibus contigit, ut fideli animo sese pro nomine catholico devoventes, in societatem gloriarum Ecclesiae aliquo modo venire potuerint, et complura publice privatimque instituere, in quibus eximia vis religionis, beneficentiae, magnanimitatis cernitur. Quas patrum vestrorum virtutes Romani Pontifices, Decessores Nostri maio rem in modum probare consueverunt, reddendaque pro meritis benevole utia, non semel ornare Gallorum nomen laudibus voluerunt. Amplissimae quidem illae sunt, quas Innocentius III et Gregorius IX, magna illa Ecclesiae lumina, maioribus vestris tribuebant: quorum prior in epistola ad Archiepiscopum Rhemensem, *regnum Franciae,* ait, *praerogativa quadam diligimus caritatis, utputa quod prae ceteris mundi regnis Apostolicae Sedi ac Nobis obsequiosum semper extitit et devotum:* alter vero in epistola ad sanctum Ludovicum IX, in regno Galliae, *quod a devotione Dei, et Ecclesiae nullo casu avelli potuit, numquam libertas ecclesiastica*

periit nullo numquam tempore irtgorem proprium christiana firfes *amisit: quin imo pro earum conservatione reges et homines dicti regni sanguinem propriumfundere et se periculis multis exponere minime dubitaverunt.* - **Parens autem naturae Deus, a quo mercedem virtutum recteque factorum utique in terris accipiunt civitates, multa Gallis ad prosperitatem largitus est, laudes bellicas, pacis artes , gloriam nominis, imperii auctoritatem. Quod si oblita quodammodo Gallia sui, munus a Deo demandatum aliquando defugiens, inalni t infensos spiritus adversus Ecclesiam sumere, tamen summo Dei beneficio nec diu nec tota desipuit. Atque utinam funestos illos religioni ac civitati casus, quos proximiora aetati nostrae tempora pepererunt, sospes evasisset I Verum posteaquam mens hominum novarum opinionum imbuta veneno, auctoritatem Ecclesiae passim coepit reficere infinita libertate ferox, cursus praeceps, quo proclive erat factus est. Nam cum mortiferum doctrinarum virus in ipsos hominum mores influxis^et, humana societas huc magnani partem sensim evasit, ut omnino desçiscere a christianis institutis velle videatur. Ad hanc perniciem per Gallias dilatandam non parum valuerunt superiore saeculo quidam insaniente sapientia philosophi , qui, christianae veritatis adorti sunt fundamenta convellere, eamque philosophandi rationem inierunt, quae excitata iam immodicae libertatis studia vehementius inflammaret. Proxima fuit eorum opera quos rerum divinarum impotens odium nefariis inter se societatibus coniunctos tenet, quotidieque facit opprimendi catholici nominis cupidiores : an vero maiore, quam uspiam, in Gallia contentione, nemo quam Vos, Venerabiles Fratres, iudicare melius potest.**

Quapropter paterna cantas, qua universas gentes prosequimur, sicut alias Nos impulit ut nominatim Hiberniae, Hispaniae, Ttaliaeque populos, datis ad Episcopos litteris, convenienter temporibus ad officium cohor.taremur, ita nunc ad Galliam suadet mentem cogitationemque convertere. - Ea enim molimenta , quae diximus, non Ecclesiae solum nocent, sed ipsi quoque sunt perniciosa et funesta reipublicae, propterea quod fieri non potest ut prosperitas civitati comitetur, virtute religionis extincta. Et sane ubi vereri Deum homo desiit, maximum iustitiae tollitur fundamentum sine qua bene geri rem publicam vel ipsi ethnicorurn sapientes negabant posse: neque enim satis habitura dignitatis -est auctoritas principum, neque satis virium leges. Plus apud unumquemque valebit utilitas, quam. honestas: vacillabit incolumi tas iurium

malo custode officiorum, poenarum metu : et qui imperant, facile in dominatum iniustum, et qui parent, levi momento in seditionem et turbas delabentur. - Praeterea quia nihil est in rerum natura boni, quod non bonitati divinae acceptum referendum sit, omnis hominum societas , quae a disciplina et temperatione sui abesse Deum iubeat, quantum est in se, divinae beneficentiae adiumenta respuit, planeque est digna, cui caelestis tutela denegetur. Itaque quantumvis opibus firma et copiis locuples esse videatur, gerit tamen interitus sui in ipsis reipublicae visceribus inclusa semina , neque spem habere potest diuturnitatis. Scilicet gentibus christianis, non fere secus ac singulis hominibus, tarnest inservire Dei consiliis salubre, quam deficere periculosum ; eisque illud plerumque accidit, ut quibus temporibus fidelitatem suam erga Deum vel Ecclesiam studiosius retinent, in optimum statura naturali quodam itinere veniant; quibus deserunt, excidant. Has quidem vices in annalibus temporum intueri licet ; earumque domestica et satis recentia exempla suppeterent, si vacaret ea recordari quae superior vidit aetas , cum procax multorum licentia tremefactam Galliam funditus miscuit , rem sacram et civilem eodem excidio complexa.

Contra vero haec, quae certam civitatis ruinam secum ferunt facile depelluntur , si in constituenda gubernandaque tum domestica tum civili societate catholicae religionis praecepta serventur. Ea enim sunt ad conservationem ordinis et ad reipublicae salutem aptissima.

Ac primo quidem ad societatem domesticam quod attinet, interest quam maxime susceptam e coniugio christiano sobolem mature ad religionis praecepta erudiri ; et eas artes , quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, cum institutione religiosa esse coniunctas. Alteras seiungere ab altera idem est ac reipsa velle ut animi pueriles in officiis erga Deum in neutram partem moveantur: quae disciplina fallax est, et praesertim in primis puerorum aetatulis perniciosissima, quod revera viam atheismi munit, religionis obsepit. Omnino parentes bonos curare oportet , ut sui cuiusque liberi, cum primum sapere didicerunt, praecepta religionis percipiant, et ne quid occurrat in scholis quod fidei morumve integritatem offendat. Et ut ista in istituenda sobole diligentia adh beatur, divina est naturalique lege constitutum, neque parentes per ullam caussam solvi ea lege possunt. Ecclesia vero, integritatis fidei custos et vindex , quae, delata sibi a Deo condi-

tore suo auctoritate, debet ad sapientiam christianam universas vocare gentes, itemque sedulo videre quibus excolatur praeceptis institutisque iuventus quae in ipsius potestate sit, semper scholas quas appellant *mistas* vel *neutras,* aperte damnavit, monitis etiam atque etiam patribusfamilias, ut in re tanti momenti animum attenderent ad cavendum.Quibus in rebus parendo Ecclesiae, simul utilitati paretur, optimaque ratione saluti publicae consulitur. Etenim quorum prima aetas ad religionem erudita non est, sine ulla cognitione adolescunt rerum maximarum, quae in hominibus alere virtutum studia et appetitus regere rationi contrarios solae possunt. Cuiusmodi illae sunt de Deo creatore notiones, de Deo iudice et vindice , de praemiis poenisque alterius vitae expectandis, de praesidiis caelestibus per Iesum Christum allatis ad illa ipsa officia diligenter sancteque servanda. His non cognitis, male sana omnis futura est animorum cultura : insueti ad verecundiam Dei adolescentes nullam ferre poterunt honeste vivendi disciplinam, suisque cupiditatibus nihil unquam negare ausi , facile ad miscendas civitates pertrahentur.

Deinde illa saluberrima aeque ac verissima , quae ad civilem societatem vicissitudinemque iurium et officiorum inter sacram et politicam potestatem spectant. - Quemadmodum enim duae sunt in terris societates maximae, altera civilis, cuius proximus finis est humano generi bonum comparare temporale et mundanum, altera religiosa cuius est homines ad veram illam felicitatem perducere, ad quam facti sumus, caelestem ac sempiternam , ita gemma potestas est; aeternae naturalique legi obedientes ambae, et in rebus quae alterutrius ordine imperioque continentur, sibi singulae consulentes.Verum quoties quidquam constitui de eo genere oporteat, de quo utramque potestatem, diversis quidem caussis diversoque modo, sed tamen utramque constituere rectum sit, necessaria est et utilitati publicae consentanea utriusque concordia; qua sublata, omnino consecutura est anceps quaedam mutabilisque conditio, quacum nec Ecclesiae nec civitatis potest tranquillitas consistere. Cum igitur pactis conventis inter sacram civilemque potestatem publice aliquid constitutum, est tunc profecto quod iustitiae interest, interest idem rei publicae, concordiam manere integram; propterea quod sicut aiteri ab altera praestantur officia mutua , ita certus utilitatis fructus ultro citroque accipitur et redditur.

In Gallia, ineunte hoc saeculo, posteaquam ingentes illi , qui paulo ante fuerant, motus civiles terroresque conquieverant, ipsi

rerum publicarum rectores iutellexere, haud posse melius fessam tot ruinis civitatem sublevari, quam si religio catholica restitueretur. Futuras utilitates opinione praecipiens Pius VII Decessor Noster, voluntati primi Consulis ultro obsecutus est, facilitate indulgentiaque usus tanta, quanta maxima per officium licuit. — Tunc de summis capitibus cum convenisset, fundamenta posita sunt tutumque iter munitum restituendis ac sensim stabiliendis rebus religionis opportunum. Et revera plura eo tempore ac posteriore aetate prudenti iudicio constituta sunt, quae ad incolumitatem et decus Ecclesiae pertinere videbantur. Permagnae exinde perceptae utilitates, tanto pluris aestimandae , quanto gravius in Gallia omnia sacra essent antea prostrata et afflicta. Publica dignitate religioni reddita, plane instituta christiana revixere : sed mirum quanta ex hoc facto in prosperitatem civilem bona redierunt. Etenim ex turbulentissimis fluctibus vixdum emersa civitas, cum vehementer tranquillitatis disciplinaeque publicae firma fundamenta requireret, ea ipsa quae requirebat, oblata sibi a religione catholica percommode sensit ; ita ut appareat, illud de concordia ineunda consilium prudentis viri populoque bene consulentis fuisse. Quare, si ceterae rationes deessent, tamen omnino eadem caussa, quae tunc ad pacificationem suscipiendam impulit, nunc deberet ad conservandam impellere. Nam inflammatis passim rerum novarum studiis, in tam incerta expectatione futurorum novas discordiarum caussas inter utramque potestatem serere, interiectisque impedimentis beneficam Ecclesiae prohibere aut remorari virtutem, inconsulta res esset et plena periculi.

At vero hoc tempore huius generis eminere pericula non sine sollicitudine et angore videmus: quaedam enim et acta sunt et aguntur cum Ecclesiae salute minime congruentia , posteaquam nonnulli infenso animo instituta catholica in suspicionem invidiamque adducere, eaque civitati praedicare inimica vulgo consueverunt. Neque minus sollicitos anxiosque habent Nos eorum consilia, qui, dissociandis Ecclesiae reique publicae rationibus, salubrem illam riteque initam cum Apostolica Sede concordiam serius ocius diremptam vellent.

Nos quidem in hoc rerum statu nihil praetermisimus, quod tempora postulare viderentur. Legatum Nostrum Apostolicum, quoties oportere visum est, facere expostulationes iussimus : quas qui rem publicam gerunt prono se ad aequitatem animo accipere testati sunt. - Nos ipsi, cum lata lex est de collegiis sodalium re-

ligiosoruni tollendus, animi Nostri sensa litteris consignavimus ad dilectum Filium Nostrum S. R. E. Cardinalem Archiepiscopum Parisiensem datis. Simili modo, missis superiore anno mense Iunio ad summum rei publicae Principem litteris, cetera illa deplora vini us. quae saluti animarum nocent, et Ecclesiae rationes incolumes esse non sinunt. Id vero effeeiinus tum quod sanctitate et magnitudine muneris Nostri apostolici permovebamur , tum quod vehementer cupimus ut accepta a patribus et maioribus religio sancte inviolateque in Gallia conservetur. Hac via, hoc ipso tenore constantiae certum Nobis est rem Galliae catholicam perpètuo in posterum defendere. - Cuius quidem officii iusti ac debiti Vos omnes, Venerabiles Fratres, adiutores strenuos semper habuimus. Revera sodalium religiosorum coacti dolere vicem, perfecistis tamen, quod erat in potestate vestra , ne indefensi succumberent , qui non minus de re publica quam de Ecclesia meruerant. Hoc autem tempore, quantum leges sinunt, in eo evigilant maximae curae cogitationesque vestrae, ut probae institutionis copia suppeditet iuventuti: et de consiliis quae adversus Ecclesiam nonnulli agitant, non praetermisistis ostendere, quantum ipsi civitati essent allatura perniciem. Atque has ob caussas nemo iure criminabitur, aut aliquo Vos respectu rerum humanarum duci , aut constitutae reipublicae adversari: qui cum Dei agitur honos, cum salus animarum in discrimen adducitur, vestrum munus est harum rerum omnium tutelam defensionemque suscipere. - Pergite itaque prudenter et fortiter in episcopali munere versari: caelestis doctiinae praecepta tradere, et qua sit ingrediendum via in tam magna temporum iniquitate populo demonstrare. Eamdem omnium oportet esse mentem idemque propositum, et ubi communis est caussa, similem in agendo adhibere rationem. Providete ut nusquam scholae desint in quibus notitia bonorum caelestium officiorumque erga Deum diligentissime alumni imbuantur , et discant penitus Ecclesiam cognoscere eidemque dicto esse audientes usque adeo ut intelligant et sentiant, omnes labores, eius caussa , patibiles putandos. Abundat Gallia praestantissimorum hominum exemplis, qui pro fide christiana nullam ab sese calamitatem, ne vitae quidem ipsius iacturam deprecati sint. In ipsa illa perturbatione , quam commemoravimus, viri invicta fide perplures extiterunt, quorum virtute et sanguine patrius stetit honos. Iamvero nostris etiam temporibus virtutem in Gallia cernimus per medias insidias et pericula satis, Deo iuvante, se ipsam tueri. Munus suum Clerum in-

sistit, idque ea caritate, quae sacerdotum est propria, ad proximorum utilitates semper prompta et sollerti. Laici viri magno numero fidem catholicam profitentur aperto impavidoque pectore: obsequium suum certatim huic Apostolicae Sedi multis rationibus et saepe testantur: institutioni iuventutis ingenti sumptu et labore prospiciunt, necessitatibus publicis opitulantur liberalitate et benefieentia mirabili.

Iamvero ista bona, quae laetam spem Galliae portendunt, non conservanda solum sed etiam augenda sunt communi studio maximaque perseverantia sedulitatis. In primis videndum est ut idoneorum virorum copia magis ac magis Clerus locupletetur. Sancta sit apud sacerdotes Antistitum suorum auctoritas: pro certo habeant sacerdotale munus, nisi sub magisterio Episcoporum exerceatur , neque sanctum, nec satis utile neque honestum futurum. - Deinde necesse est in patrocinio religionis multum, elaborare lectos viros laicos, quibus cara est communis omnium mater Ecclesia, et quorum dicta tum scripta tuendis catholici nominis iuribus magno usui esse possunt. Ad optatos autem fructus maxime est conspiratio voluntatum et agendorum similitudo necessaria. Profecto nihil magis inimici cupiunt , quam ut dissideant catholici inter se: hi vero nihil magis quam dissidia fugiendum putent , memores divini verbi, *oimv ro<jnnm in seipsam divisum desolabit ar.* Quod si, concordiae gratia, necesse est, quemquam de sua sententia iudicioque desistere, faciat non invitus, sperata utilitate communi. Qui scribendo dant operam, magnopere studeant hanc in omnibus rebus animorum concordia n conservare; iidem praeterea quod in commune expedit malint, quam quod sibi : communia coepta tueantur ; disciplinae eorum, quos ***Sj ir it u s Sanctas posuit Episcopos regere Ecxh si am, Dei,*** libenti animo pareant, auctoritatemque vereantur; nec suscipiant quicquam praeter eorumdem voluntatem, quos, quando pro religione dimicatur, sequi necesse est tamquam duces.

Denique, quod facere in rebus dubiis semper Ecclesia consuevit, populus universus, Vobis auctoribus , obsecrare obtestarique Deum insistat, ut respiciat Galliam, iramque misericordia vincat. In ista fandi scribendique licentia pluries est divina violata maiestas, neque desunt qui non modo beneficia S il viatoris hominum Iesu Christi ingrate répudient, sed etiam impia ostentatione profiteantur, nolle se Dei numen agnoscere Omnino catholicos decet hanc sentiendi agendique pravitatem magno fidei pietatisque studio compensare, publiceque testari, nihil sibi esse Dei gloria prius,

nihil avita religione carius. Ii praesertim qui alligati arctius Deo, intra monasteriorum claustra aetatem degunt, excitent nunc sese ad caritatem generosius, et divinum propitiare numen humili prece, poenis voluntariis, suique devotione contendant. His rationibus eventurum, Deo opitulante, confidimus, ut qui sunt in errore resipiscant , nomenque Gallicum ad genuinam magnitudinem revirescat.

In his omnibus, quae hactenus diximus , paternum animum Nostrum, Venerabiles Fratres, et amoris, quo universam Galliam complectimur, magnitudinem recognosci te. Nec dubitamus quin hoc ipsum studiosissimae voluntatis Nostrae testimonium ad confirmandam augendamque valeat salutarem illam inter Galliam et Apostolicam Sedem coniunctionis necessitudinem, unde nec levia in communem utilitatem bona omni tempore proiecta sunt. - Et hac cogitatione laeti, Vobis, Venerabiles Fratres, civibusque vestris maximam caelestium munerum copiam adprecamur quorum auspicem et praecipuae benevolentiae Nostrae testem Vobis universaeque Galliae Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae anud S. Petrum die VIII Februarii a. MDCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILIE

ARGENTINEN. ET ALGERIEN.

EXCARDINATIONIS ET SUSPENSIONIS

Dic 7 Iulii 1883

COMPENDIUM FACTI. Sub die 30 Iunii 1879 Aemilius Strub, oriundus ex Dioecesi Argentinensi, exposuit R. Pontifìcii sese, Alsatia Borussico imperio subiecta, petiisse Algerinam Dioecesim anno **1872**, ut militiam devitaret, et divino servitio totum se man ei paret. Benigne ab Antistite excepi um fuisse et spatio sex annorum studio Rethoricae, Philosophiae, et Theologiae incubuisse in Seminario; et absque testimonialibus Episcopi originis promotum fuisse ad tonsuram minoresque ordines. Pluries roga visse algeriensem Antistitem , sed frustra, ut sibi facultas fieret aut religionem ingrediendi, aut originis Dioecesim repetendi ; seseque paratum exhibuisse ad expensas compensandas pro sua educatione in illo Seminario. Idque petiisse, ait, tum quia coelum Algerinum suae valetudini infensum persenserat, tum ne, ob militiae desertionem iam ad multam libell. **375** damnatus, cum obligatione sistendi coram iudice, ulterioribus multis propria familia vexaretur. Qua de re, anno **1878** patrios lares repetens, per annum integrum permansisse in Seminario Argentinensi, ut adhuc theologiae studio incumberet. Vix in patriam reversum in militari regesto adscriptum fuisse, quamvis ab activo servitio dispensantur, sibique prohibitum fuisse reditum in algeriensem Dioecesim. Quum autem Antistes algeriensis petitam gratiam permanendi in Dioecesi originis

concedere renuerit, expetivit a Pontifice Romano, ut iterum Episcopo argentinensi subiectus, ab eo Sacros ordines suscipere valeret. Sub die 9 Aprilis 1881 S. C. Cong. responsum dedit oratoris precibus : ***Attentis peculiaribus circumstantiis, Aemilium ordinandum esse ab Episcopo argentinensi, praeviis litteris testimonialibus Archiepiscopi algeriensis, facta eidem compensatione expensarum..***

Quaestio tamen non quievit : mus enim algeriensis Archiepiscopus causam iterum ad trutinam revocari petiit, ratus in magnum suae dioecesis detrimentum sententiam esse datam. Interim quum argentinensis Episcopus (qui conquisi tus ab Episcopo Tutelensi in eius seminarium clericum Strub niiseiat, Germanicam linguam docturum) litteras dimissorias ad s. Subdiaconatus Ordinem eidem clerico concessisset, quin testiinonialej ab Archiepiscopo algeriensi expeteret; absque hisce litteris ille ab Episcopo Tutelensi die 3 Iulii 1882 ordinatus est. Hac de re algeriensis Praesul petiit etiam ut interim quaestio enodaretur, an clericus ad ordines promotus, et Episcopus ordinans in suspensionem inciderint.

Episcopum argentinensis rogatus, respondit, id evenisse errore quodam ; ceterum de hoc errore excusationem ab Illmo ac Rmo Praesule petere paratus suni, ait. Quod si in **sua** petitione subsistat, ut Episcopus ordinans et Clericus ordinatus suspendantur , eamdem Ipsi poenam infligi requiro , quum ipse praedictum Aemilium ad tonsuram et_ minores Ordines initiaverit, quin unquam litteras testimoniales, nec excardinationem ab Ordinario argentinensi expostulaverit.

Disceptatio Synoptica

ANTISTITIS ALGERIENSIS IURA. Eius favore primum animadversum fuit quod Tridentina Synodus ***Sess. 23. cap. 8 de Reform,*** decrevit ut ***unusquisque a proprio Episcopo ordinetur.*** Proprium vero Episcopum esse non modo illuni, in cuius dioecesi quis natus est, sed et illum in cuius dioecesi quis domicilium perpetuum contraxit, unanimiter do-

cell! DD., et inter alios Passerinus in VI° ***Decretal., de temp. ordinat., art. 2, num. 29 (editione anni 1667).*** Et sanxit Innocentius XII celebri Bulla ***Speculatores diei 4 Novembris 1694,*** ubi proprium ordinandi Episcopum esse decrevit iiium aut ***originis,*** aut ***perpetui domicilii,*** aut ***beneficii,-wit familiaritatis.*** Si quis igitur perpetuum domicilium alicubi figat, Episcopo loci, ad effectum ordinationis, subditus efficitur.

Iamvero Aemilium Strub perpetuum domicilium Algeriae contraxisse ex mox dicendis apparet. Recolere necesse est, facto et animo domicilium contrahi : facto nempe habitationis, et animo perpetuo in loco manendi. Ita ex ***leg. Domicilium 20 ff. Ad Municipalem,*** et Glossa ibi ***v. Domicilium*** ubi legitur : « ***Facto subintellige et animo: nam haec duo sunt necessaria;*** » aliisque sexcentis. Si quis igitur in aliquem locum pergat, animumque perpetuo manendi habeat; incontinenti domicilium acquirit iuxta Passerinum in VI° ***Decret, loc. cit. n. ,20***~ibi-« Quum domi-
» cilium acquiratur animo et libertate acquirentis, hinc
» statim ac in instanti in quo quis se confert ad aliquem
» locum, animo ibi perpetuo manendi, acquirit, ibi domici-
» num. » Porro factum, utpote quid externum, facilis est probationis: non ita vero animus, qui potius argui solet vel ex translatione maioris partis bonorum, vel ex habitatione ob causam non precariam, vel ex iuramento, aut alia quacumque certa partis declaratione.

In themate autem habitatio, seu factum, exploratissima est: animus vero perpetuo in loco manendi ab ipso Strub declaratus fuit, et solemni pactione evinctus. Siquidem algeriense Seminarium gratuito ingredi ipse petiit, obtinuitque. Gratuita vero educatio exteris alumnis hoc pacto datur, ut ipsi dioecesis servitio mancipentur adeoque incardinentur. Id docent regulae vel a primordiis dioecesis in Se-

suíferre velle. Merito igitur gratuitae educationis susceptio, veluti certa contestatio habetur de domicilii contrahendi animo, imo veluti vera eiusdem promissio. Siquidem ex gratuita educatione verus contractus dioecesim inter et alumnum exoritur , contractus nempe ***innomina tus - do ut facias -*** iuxta ***L. 7, §. 1 ff., tit. de paci.; et L. 1,*** §. ***2 ff., tit. de rer. per mut. ,*** dandi nempe educationem, ut in posterum dioecesi inserviatur.

Quum igitur Aemilius Strub Seminarium gratuito ingressus sit, atque ita vera pactione animum permanendi declaraverit ac promiserit, iam dubitare non licet an ipsi animus permanendi fuerit.

In vado igitur semel posita animi existentia, et exinde etiam Algerino domicilio Clerici Strub probato, pone sequitur, iuxta praemissa, hunc clericum Algeriensis Praesulis subditum evasisse, ac extinctam proinde esse Ordinarii originis iurisdictionem, ad tradita per textum in ***can. Ubicumque 13, quaest.*** *2,* ubi legitur: « Si quis de provincia
» ad provinciam transierit, et ibi domicilium sibi colloca-
» verit, liber factus a, ditione prioris iudicis, iurisdictioni
» illius iudicis subditur, in cuius provinciam sedem sibi e-
» legit ». Cui concinit Pitonius ***discept.*** *122,* ***num. 17,*** et S. C. C- in ***B ur g i S. Domnini seu Cremen. Ordinationis 1 Augusti 1750,*** ubi §. 3 traditur, quod Clerici qui semel uni Episcopo sese addixerunt, nequeant ab altero ceteris ordinibus honestari.

Neque dicas quod ex Bulla ***Speculatores,*** ut domicilium ad effectum ordinationis contrahatur, necesse sit commorari in loco per statutum tempus , et iuramentum de voluntate permanendi emittere. Haec enim requiri videntur ut ***satis superque perpetuo ibidem permanendi animus*** evincatur , ceu ait Pontifex. Porro quum essentiale sit animi existentia, modus vero quj haec comprobetur secundarium in lege videatur, non inconcinne supponitur iuramentum aliaque ibi recensita non taxative sed adminiculative vel exemplariter esse dicta et exigi.

Quae interpretandi ratio nec nova nec insolita est in canonica iurisprudentia imo exemplo quam simili et celeberrimo quoad matrimonium commendatur. Sane Bened. XIV Constit. ***Paucis ab hinc*** proposita quaestione - quidnam requiratur ad quasi domicilium adipiscendum, - respondebat: « In hac re nullo alio pacto responderi potest, nisi quod » antequam matrimonium contrahatur, ***spatio saltem unius » mensis,*** ille qui contrahit habitaverit in loco ubi matri- » monium celebratur. » Attamen mensis a Pontifice praescriptus ad quasi domicilium acquirendum non est absolute necessarius, et potest suppleri, ceu plures DD. praesertim recentiores tradunt et suadetur a responsione S. C. O. in causa ***Gratianopolitana 3 Aprilis 1841;*** ac tandem S, C. S. Officii ***die 14 Martii 1867*** aperte declaravit in instructione ad Episcopos Angliae et Americae Septemtrionalis , scribens : « In Constitutione Benedicti XIV ***Paucis ab hinc*** » nullo pacto eiusmodi tempus (acquirendi quasi domicilium) > coarctatum fuisse ad unum mensem ». A pari igitur in Constitutione ***Speculatores*** tempus aliaque adminicula ad animum agnoscendum praescripta posse suppleri videtur.

Modo dictis dioecesis consuetudo fulcimentum praebet. « Ingrata enim (ait Emus Archiepiscopus) et singulari huiusce renascentis Dioeceseos conditione factum est , ut ab ipsius origine omnes Episcopi , ad satisfaciendum muneri suo, idest ad efformandum dioecesanum clerum , extraneos iuvenes adhuc laicos debuerint accipere , et in dioecesanis Seminariis gratuito educare eo pacto, ut iuvenes illi quum ad Ordines promoti fuissent Dioecesi ad normam iuris et iustitiae inservirent, illius Clero adscriberentur et proinde ibi perpetuum figèrent domicilium. Sic absque ulla exceptione a tribus successivis Episcopis per 45 annos res se gessit. . . Adiungendum etiam est quod huic consuetudini., vi summae necessitatis inductae, nullus unquam extraneus Episcopus per annos 45 contradixit ». Adeo ut exteri alumni gratuito in Seminario enutriti, non solum dioecesi incardinati eo ipso censerentur , sed et ad ordines per 45

annos promoti esse videntur absque Episcopi Originis dimissoriis litteris, quamvis conditionibus ab Innocentio XII pro domicilio acquirendo staiutis plene non satisfecerint. Quae praxis quamquam legibus canonicis iudicetur contraria, tamen „quum 45 annorum consuetudine probetur, legitime praescripta dicenda est. Consuetudo enim iuxta id quod tradit Devoti ***Institut. Canon, proleg. cap IV, §. 50,*** « ius > est inductum moribus hominum et usu diuturno, quae vim > legis habet, modo honesta sit, laudabilis, ab omnibus diu » servata, tacito aut expresso Pastorum consensu introdu- » cta ». Et si sit legi scriptae contraria tamen adhuc valet, et praescribit post 40 annorum tempus , ceu DD. tradunt ex ***cap. 50, de elect. et elect. potest.,*** et ***cap. 3 de*** causa ***possess.***

Concludendum igitur videtur, Aemilium Strub vel ex contracto domicilio, vel ex consuetudinis lege in dioecesi vigenti, Ordinarii algeriensis iurisdictioni plene subesse, absque eius venia discedere non posse, neque ab alio quocumque ordinari.

Iure algeriensis Praesulis semel firmato, superest videndum utrum circumstantiae extent, quibus clericus Strub a domicilii lege dispensari valeat. Verum, omnibus inspectis, causas pro excardinatione minime adesse constat. ***Primo*** non lex militaris imperii, testante Consule generali Germanico Algeriae commoranti, et facto ipso docente , quum Strub hodie Tutelae habitet extra fines imperii. ***Secundo*** non aeris africani molestia; etenim medico et Archiepiscopo testibus, Strub optima valetudine Algeriae fruebatur. Non tandem ***tertio*** religionem ingrediendi votum; de eodem enim dubitare fas est, quum adhuc executioni mandatum non fuerit.

Vicissim vero causae quibus ad redeundum compellatur gravissimae existere videntur ; et primum ratio contractus. Ex gratuita enim educatione superius innuimus quemdam contractum innominatum - ***do ut facias*** - dioecesim inter et et Strub obortum esse Ast pacta et contractus servare ius

utrumque iubet: et ideo Aemilius liberari ab hac obligatione nequit exhibendo Seminario sumptus in sui educationem peractos: nam promissor ***facti,*** obligatione non liberatur praestando id quod interest, iuxta Cuiacium ad ***I. 72 ff. tit. de verhör, oblig.*** Et sane potest quidem conveniri is, qui foetum promisit, idque si intra tempus utile haud praestitit, ad id quod interest; sed quod promissor facti cogi non possit ad factum praestandum, aut quod liberetur offerendo id quod interest, in nullo legum textu legitur, iuxta eumdem auctorem. Ideoque ratione contractus praefatus clericus omnino ad residentiam urgentius videtur. Nam, ait Episcopus, si clerico Strub abeundi concedatur licentia, Dioecesis Algeriensis cum octo presbyteris tantum qui in ea nati sunt, manere posset; dum alii omnes 269 extranei sunt et eadem ratione redire possent ad natale solum.

Igitur ne perniciosum exemplum exhibeatur, et ansa fugiendi clero Algerino praebeatur, Aemilio Strub gratia excardinationis deneganda videtur, et in huiusmodi iudicio quamvis gravi et duro persistendum esse, quia bono privato bonum publicum praeferre necesse est. Ideoque, attentis omnibus hisce circumstantiis , recedendum quoque esse videtur a decisis ***per Summaria precum die 9 Aprilis 188i.***

Postremo tum Aemilium , tum Episcopum ordinantem suspensionem incurrisse aperte eruitur tum ex Concilii Tridentini ***Sess. 23 cap. 8 de Ref. ;*** tum ex Constitutione ***Apostolicae Sedis num. III. suspens, lat. sentent.;*** et ex rescripto S. C. C. ***die 9 Aprilis 1881,*** quod ad normam praedictarum legum exaratum fuit. Sane Concilium Tridentinum ***cit. loco*** haec habet : « ***Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei... permittatur, nisi eius probitas et mores Ordinarii sui testimonio commendentur. Si secus fat, ordinans a collatione ordinum per annum , et ordinatus a susceptorum ordinum executione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus*** ». Et ***Const. Apost. Sedis cit. I. « Suspensionem per annum ab Ordinum administratione ipso iure***

incurrunt ordinantes alienum subditum, etiam sub praetextu...., absque eius Episcopi litteris dimissorialibus; vel etiam subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii eius loci litteris testimonialibus ».

DEFENSIO CLERICI AEMILII. Favore huius clerici animadversum fuit videri illum non contraxisse domicilium Algeriae validum ad effectum ordinationis: nam Bulla *Speculatores* §. VI haec habet : « Nulli Episcopo seu cuiusvis » loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, lice- » re externum quempiam sibi ratione originis, aut domici- » Iii, ad *iuxta modum inferius declarandum legitime con-* » *tradi* non subditum, ac clericalem tonsuram promovere ».

Et inferius §. XI prosequitur : « *subditus autem ratione domicilii ad effectum suscipiendi ordinis is dumtaxat censeatur qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in alio loco, ut vel per decennium in eo habitando, vel maiorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis aedibus in locum huiusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit, et nihilominus ulterius se in utroque casu vere et realiter animum huiusmodi habere iureiurando affirmet* ». Ad effectum igifur ordinationis non qualecumque domicilium valere videtur, sed id *dumtaxat* quod contrahitur *iuxta modum* in Bulla declaratum.

Nec dici potest decennium et iuramentum adminiculative seu exemplariter exigi, veluti si possent suppleri per alia quae animum permanendi satis évincèrent. Hoc enim excluditur verbis *dumtaxat* et *iuxta modum,* quibus statui videtur, quod si tempus praescriptum aut iuramentum desint, numquam domicilium ad effectum ordinationis validum habeatur.

Quod si m matrimoniis *mensis* a Benedicto XIV requi-

situs ad arguendum quasi domicilium potest suppleri , hoc est, quia Constitutio ***Paucis abhinc*** non dicit, ceu Bulla ***Speculatores,*** ad effectum matrimonii requiri domicilium ***iuxta modum*** inferius declarandum, neque addit domicilium utile contrahi ***dumtaxat*** post mensis lapsum: sed verbis adeo benignioribus usa est ut in eam sententiam DD. venire potuerint, quod nempe mensis ille « nihil aliud est » nisi probatio quaedam praesumptiva in rebus dubiis de » vera sinceraque voluntate permanendi per maiorem anni » partem » ceu tradidit Card. Tarquini in ***Parisien, matrimonii 11 Ianuarii 1868;*** statutum nempe, non ad definiendum et coarctandu n legitimum quasi domicilii tempus, sed ad suppeditandum Parocho et iudici praesumptionis iuridicae argumentum in aliquo -casu ; et Parocho quidem , ut tuta conscientia matrimonio intersit; iudici vero, ut de celebrati matrimonii validitate sententiam ferat.

At in Bulla ***Speculatores*** diversa res esse videtur, omniaque suadere , decennium et iuramentum es-**e** de necessitate ad domicilium pro ordinatione acquirendum ; quod prae primis evincitur ex ratione et scopo ipso Innocentianae legis. Siquidem vel ante ipsam tralatitium in iure erat, habitationem sufficientem ad efficiendum subditum quoad reliqua sacramenta, satis non esse quoad sacramentum Ordinis, iuxta **ei** quae late disserit Sánchez ***de matrim, lib. 3. disp. 23.*** Verum cum adhuc verificarentur abusus, fraudes et scandala decernit §. VI ***Nulli Episcopo*** . . . . uti supra relatum est.

Igitur quum vetus disciplina exigeret quidem, ad ordinationis effectum, domicilium speciali modo contractum prae ceteris sacramentis; et tamen hoc a Pontifice sufficiens adhuc non esset repertum ; iam contrabendi domicilii modum specialium ipse determinare voluit, ita ut abusus tollerentur, et incommoda ac scandala evenire solita quando clerici non sint incardinati, et iurisdictionem alicuius Episcopi continuo et necessario non persentiant compescerentur.

Porro ei huiusmodi est latae legis causa, et modus contrahendi domicilium directe fuit a legislatore intentus , iam ipse non est aliquid secundarium in lege , sed omnino essentiale, adeo ut nullo modo praeteriri valeat.

Honorantes ***Prax. secret, trib. Vicar. cap. 8, nota quinto, pag. 98*** similem latae legis rationem profert : voluisse nempe Pontificem praepedire, ne ad ordinationis effectum duo vel plura domicilia simultanea haberentur. Sed hisce ratiocinationibus vel melius valet DD. auctoritas. Siquidem De Angelis ***Praelect. par. Cation, vol. 3, cap. 8,*** Vecchiotti ***Institut. Canon., vol. 3, cap. 8;*** Lucidi ***De visitat, ss. Limin.,*** in ***2 relat, capit. , num. III, art. 2 ;*** Honorantes ***I. cit. cap. 9, nota prima;*** Ferraris ***v. Ordo, art. 3;*** aliique antiquiores heic citati, absque ulla dubitatione tradunt, decennium et iuramentum absolute requiri ad domicilium pro ordinatione acquirendum.

Hisce omnibus fastigium ponit S. O. Cong. in millenis resolutionibus, post Bullam ***Speculatores*** editis. In quibus ex non plene adimpletis conditionibus in praedicta Bulla statutis, et praesertim ex iuramenti omissione, domicilium invalidum esse iudicatum est, aut saltem non fuit declaratum validum vel etiam admissam post iurisiurandi fidem ; ***Elboren.*** 23 Augusti 1721, ***Tarracinen. Ordinationis*** 1 Iulii 1741, ***Ariminen. seu Feretrana Ordinationis*** 14 Ianuarii 1747 et aliae quamplurimae.

Tum igitur ex sensu explicito et patulis verbis Bullae Innocentianae , tum ex ratione et scopo legis , tum ex interpretatione Doctorum, tum ex praxi et auctoritate S. **C.** C. concludendum videtur, decennium aliaque et praesertim iuramentum omnimode necessaria esse pro domicilio contrahendo ad effectum ordinationis, neque ea posse ulla ratione suppleri.

Ex hisce omnibus quae dicta sunt consequi videtur, Aemilium Strub domicilium Algeriae non contraxisse: quia iuramentum de permanentia non praestitit, scilicet conditionem essentialem ad domicilium contrahendum omisit ; praeterquam-

quod neque decennali habitationi, aut rerum suarum translationi satisfecit. Ideo nullimode Aemilius domicilium Algeriae iniisse, et consequenter neque illius Ordinarii subditum unquam evasisse videtur: a quo promoveri debeat aut possit ad ss. Ordines.

Sed neque contractus ille innominatus , seu melius tacitum pactum dioecesim inter et Strub initum in seminarii ingressu , valide opponi potest. Siquidem hoc pacto clericum Strub domicilium ad effectum ordinationis validum contraxisse, post dicta, neque suspicari potest. Dici ad summum valeret, in vim huius pacti clericum Strub ad domicilium contrahendum, emisso iuramento, teneri. At vero neque hoc secundum tueri verosimiliter potest.

Contractus enim innominati - ***do ut des, ut facias*** etc - iuxta ***Leg. 3, §. 2; Leg.*** 5***, pr. seq. ff. De cond. caus. dat.; Leg. 5,*** §. ***1, ff. De praescrip. verb.*** obligationem non inducunt usque dum ex una parte saltem non sint completi. Porro educatio Aemilii Strub a Dioecesi completa non est : ideo ipse a contractu resilire posse videtur.

Verum parumper concesso et contractum in sua obligatione subsistere et Aemilium Strub Algeriae domicilium vere contraxisse, eius causa adhuc perdita non videretur. Adsunt enim causae quibus ab utraque obligatione forsan liberetur.

Recolendum siquidem est ipsum Algeriam venisse, nativa terra hostilibus armis invasa et acatholico regno adiuncta. Quibus igitur adversabatur, fugiebat : consulere insuper volebat ecclesiasticae suae vocationi. Quum igitur advenisset Algeriam , et in illo passionis aestu atque exagitato animo Seminarium ingressus fuisset, parum consideravisse impositam sibi conditionem, vel tamquam minus malum illam assumpsisse, supponere aequum est. Porro in obligatione sic assumpta mordicus insistere durum videtur.

Addi debet, Aemilium Strub Seminarium ingressum esse adhuc minorem, ceu ipse Archiepiscopus Algeriensis tèstatur. Porro praescribit ***leg. 3 Cod. De int. test. min. « con-***

tractum- a minore initum non servari; et minorem implorare in integrum restitutionem, si necdum tempora praefinita eœcesserint, causa cognita non prohiberi ».

Inutiliter tandem provocatio neri videtur ad dioecesis algeriensis damnum, tum quia hodie res immutatae sunt, tum quia ceteri de clero dioecesi et paroeciis iam incardinati comparari non possunt cum Aemilio Strub, nec easdem ac ille abeundi rationes adducere.

De ultimo tandem quaestionis capite, scilicet de suspensione, aliqua dicturus, recolo in primis quod argumentum retorqueri posset. Siquidem algeriensis Praesul et ipse ad Ordines promovit Aemilium Strub non modo absque dimissoriis, sed et absque veris testimonialibus Episcopi originis, solis litteris Parochi contentus, quod, ceu Ordinarius argentinensis notat, facere profecto non licebat.

Verumtamen hoc omisso , favore Aemilii Strub et Argentinensis ac Tutelensis Antistitum animadvertendum est, quod disputatur inter DD. utrum Uteris testimonialibus opus sit, quando adolescentulus in seminario alienae dioecesis studiorum curriculum confecerit, et dein pro ordinatione in patriam regressus sit. Plures quidem affirmant ini xi resolunibus S. O. C. in ***Asculana seu Montisalti 7 Februarii 1733: Bononien, seu Ferrarien. 14 Nov. 1733;*** quia hoc tempore potuerit alumnus aliquo canonico impedimento irretiri.

Ast pro negativa et contraria sententia adest responsio conceptis verbis data in ***Bosanen. Iurisdict. 17 Maii 1769;*** et aliis relatis a Riganti ***Ad reg. Cancel. 24, §. 3, tom. Il, 386; pag. 193;*** et praesertim in ***Spoletina*** et ***Reatina Ordinationis 11 Iulii 1840.***

Ex quibus concludi posse videretur, in themate Aemilium Strub eiusdemque ad Subdiaconatum ordinantem suspensionem, proprie non incurrisse. Eo vel magis etiam quod omissio petitionis testimonialium evenisse dicatur ex quodam errore, putantes scilicet ad invicem has testimoniales petitas iam fuisse ah aliis et obtentas.

Quibus utrinque praenotatis proposita fuere diluenda sequentia

I)ubi»

I. ***An recedendum sit a decisis per Summaria precum die 9 Aprilis 1881 , adeo ut Archiepiscopus algeriensis possit etiam sub censuris Aemilium Strub ad redeundum in propriam Dioecesim, et ad ss. Ordines a se recipiendos, servatis servandis, cogere in casu.***

II. ***An Aemilius Strub et Episcopi eum ordinantes in censuras inciderint in casu.***

RESOLUTIO. Sacra C. Congregatio, re ponderata, sub die 7 Iulii 1883 censuit respondere:

Ad I. ***Affirmative in omnibus.***

Ad II. ***Negative.***

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

T. Nullum Episcopum alienum subditum aa ss. Ordines promovere posse, nisi post litteras dimissoriales, aut testimoniales a proprio Episcopo obtentas.

II. Id innui a veteri Ecclesiae disciplina , et a recentiori, et praecipue ab Innocentio XII, qui in Bulla ***Speculatores,*** ad hoc data, collegit, confirmavit et ampliavit quidquid hac super re a iure constitutum fuerat et a S. C. C. declaratum prodiit.

III. Huic disciplinae rigori, causam dedisse scandala , abusus, fraudes, et sacrilegam illorum impudentiam, qui ab alienis Episcopis susciperent sacros ordines , a propriis denegatus, aliquibus obstantibus impedimentis.

IV. Uti essentiale haberi ad contrahendum domicilium, quoad ordines recipiendos, modum a ***Constit. Speculatores*** praescriptum : quod nempe quis per decennium, aut per considerabile habitationis tempus in aliquo loco commorando

animum ostenderit ibi perpetuo manendi; et in utroque casu iureiurando affirmet sese realiter huiusmodi animum habere.

V. Proprios dici subditos, quoad ordines recipiendos, vel per beneficium assecutum vel per originem, vel per domicilium, vel per familiaritatem cum Episcopis; ita ut Episcopus qui ordinaret non suos absque litteris dimissorialibus, aut suos ratione domicilii, beneficii et familiaritatis absque litteris testimonialibus, Ordinans et ordinatus poenas incurrerent a iure constitutas.

VI. In themate ergo liquidum esse neque Algeriensem Ordinarium rigore iuris licite conferre potuisse tonsuram et minores ordines Aemilio Strub absque litteris dimissorialibus aut testimonialibus Episcopi originis; neque Episcopum originis potuisse eumdem clericum ad maiores ordines promovere absque eisdem litteris.

VII. Attamen immunes a poenis ecclesiasticis evasisse Ordinantes piscopos et Clericum ordinatum declaravit S. C. C. forsan quia ex errore et bona fide egit Tutelensis Episcopus; et quia Algeriensis Antistes praxi et consuetudini suae Dioecesis innixus ordinavit, haud requirens ullas litteras Episcopi originis **(1)**

HERBIPOLEN

MATRIMONII.

Die 7 Iulii 1883.

COMPENDIUM r ACTI. Adamus et Margarita die 16 Novembris **1879** matrimonium coram Ecclesia Catholica, servata Tridentini forma Herbipoli contraxerunt. Reversi dein ad natale mariti oppidum, sequenti die matrimonium coram civili magistratu inierunt. Huius diei vespere inter horam decimam et undecimam Margarita

(1) Recole Vol. VI 498 et Vol. XIV, 392 et 398, ubi plura in subiecta materia collecta sunt.

tali furenti insania correpta est, ut ad domum parochialem currens exclamaverit. ***« Ego Virgo pura et immaculata sum et manebo, Dominus Adamus est Diabolus. »*** Deinde magno clamore aufugiens crucem lapideum valde altam, iuxta Ecclesiam, conscendit, Christum Crucifixum amplexura. Complurium virorum opera de cruce infelix mulier amota, domum suam reducta fuit, et altera die hospitali Iuliano civitatis \V. curanda tradita. Verum cum ex medicorum consilio insanabili morbo laborare iudicatum esset, in domo delirantium in Werneck recepta, absque ulla sanationis spe adhuc detinetur.

Hac gravi calamitate vir perculsus supremum civile tribunal adivit, sui matrimonii nullitatem expostulans ex defectu consensus ex parte mulieris, et die 17 Iunii 1881 voti compos factus fuit. Civili hac sententia obtenta, Adamus supplici S. C. Congregationi oblato libello die 10 Augusti eiusdem anni, enixas porrexit preces ut praedictum matrimonium quatenus nullum declarare non placuerit, tamen utpote ratum et non consummatum dispensatione Apostolica solveretur.

De mandato S. Congregationis processus in Herbipolensi curia instructus fuit tum super nullitate , tum super non sequuta consummatione. Primo enim quoad nullitatem duo Medici, Rienecker Universitatis professor et director domus delirantium, et Deissenberger ex officio rei sanitariae praepositus declararunt morbum, quo Margarita laborabat, esse veram insaniam. Hanc vero insaniam solere praecedere per aliquot dies statum melancholiae, quem vocant periodum incitationis. Quapropter uterque medicus suo testimonio asseruit, Margaritam die nuptiarum fuisse suae mentis impotem, ac libero et imperturbato usu rationis et voluntatis destitutam.

Testes vero ad tribunal acciti Catharina Reiter, et Barbara Schëller deposuerunt se ante nuptiarum diem sponsam tristem, anxiain, et valde stupidam vidisse. Barbara Neidel vero asseruit quod Margarita postquam narraverit eidem

morbum et mortem parentum, fleverit per aliquot minuta, deinde desistens a fletu de aliis loquuta fuerit. Deposuit insuper Parochus, Margaritam tempore Missae nuptialis sponsum interrogasse an et ipse vidisset lumen splendidum et duos Angelos coram se stantes.

Contra sed *vero aliter deposuerunt alii testes. Parochus sponsae testatur se in Margarita nihil quod admiratione excitaret advertisse, licet saepius cum ea conversaretur. Insuper Andreas Kraus, Barbara Troll et Georgius Troll Margaritam semper sanae mentis, industriae deditam et nunquam perturbatam cognovisse edixerunt.

Quoad probationem inconsummationis vero, licet omissa fuerit mulieris inspectio, vir tamen sub iureiurandi fide testatus est, se neque ante neque post nuptias cum Margarita copulam carnalem habuisse. Ipsius autem veracitatis plures alii testes fidem faciunt; insuper cognati sponsorum deposuerunt sponsos in eodem cubiculo per noctem nunquam fuisse.

Omnibus igitur perpensis Consistorium episcopale decrevit: 1. Matrimonium inter Adamum et Margaritam propter defectum consensus requisiti ex parte sponsae uti invalidum, sin minus ut dubium habendum esse. 2. Matrimonium ut non consummatum censendum esse. 3. Acta Sedi Apostolicae esse proponenda ad hunc finem ut matrimonium declaretur invalidum; sin minus ut dispensatio super matrimonium ratum sed non consummatum obtineatur. Cui sententiae etiam matrimonii defensor acquiescere putavit.

Reverendissimus Episcopus Herbipolensis acta ad S.O. C. transmittere curavit, et sententiae sui Consistorii adhaerens pro dispensatione obtinenda preces geminavit sequentibus de causis: ait enim I. adesse periculum perversionis in viro ut vel ad civiles tantum nuptias transiliat, vel a fide deficiens achatholicam ducat. 2. Sponsum ipsum gratia dignum esse, utpote probum et catholicum, eique uxoris adiutorium in rebus suis domesticis valde necessarium. 3. Denique nullam affulgere spem sanationis mulieris ex medicorum consilio.

Quibus SSmo relatis die 14 Septembris 1882, causa oeconomice proposita fuit cum voto Theologi et Canonistae una cum animadversionibus Defensoris matrimonii ex officio, quorum sinopsim damus.

Disceptatio Synoptica

VOTUM THEOLOGI. Theologus primo quaesivit an matrimonium hoc nullum dici possit. Et quamvis, ait ille, civile tribunal et episcopale consistorium inter se conveniant quoad nullitatem ob defectum pleni et liberi consensus ex parte mulieris, tamen res haud ita clara est, ut nullum supersit dubium. Fatemur enim infelicem mulierem debuisse iam ab aliqu >t, ante matrimonii celebrationem, diebus, insaniae morbo laborare, saltem in eo statu, quem dicunt incubationis; fatemur etiam in hoc statu incubâtionis infirmam non amplius humano modo agere, sed potius ex vi phantasiae et imaginationis: ast haec non sufficere videntur ad probandum consensum a Margarita praestitum nec liberum, neque plenum fuisse. Norunt enim omnes, amentes lucida habere intervalla, quibus existentibus et ipsi humano modo agunt cum plena advertentia, et cognitione finis. Ut itaque probetur consensum praestitum a Margarita neque plenum, neque liberum fuisse, probandum esset, dictam Margaritam nedum laborasse insaniae morbo ab aliquot diebus ante matrimonii celebrationem, sed etiam in ipso actu, quo consensum praestitit, excluso quocumque lucido intervallo, sui compotem non fuisse et consensum ex vi phantasiae et immaginationis praestitisse. Hoc autem non probant neque civile tribunal neque episcopale consistorium. Haec praemisit theologus, non ut concluderet pro validitate matrimonii, sed ut Quaestionis status magis claresceret.

Animadvertit autem causam insaniae Margaritae ipsum fuisse matrimonium , ceu colligere est ex omnibus actis omniumque attestationibus. Omnia enim in hoc consui-

rant, ut evincant, infelicem mulierem valde anxiam fuisse de suo matrimonio , pluries manifestasse animi angorem propter partum futurum, et non obscure indigitasse firmum propositum servanda**3** virginitatis. Omnia in ipsa processerunt quadam progressione, quae invincibiliter manifestavit, insaniam eo fuisse graviorem , quo dies matrimonii et occasio amittendae virginitatis appropinquabat. Quando exiit de domo sua , ut ait Curatus, nullum dederat amentiae signum, sed tantum animum praetulerat anxium et melancholicum. Cum appropinquaret hora pro matrimonio civili statim lineamenta vultus immutata sunt locumque habuerunt phantasticae visiones, ex testium relationibus. Ast haec omnia auxerunt quando ad matrimonii ecclesiastici celebrationem perventum est. Tunc enim et perturbatior facies, et oculus stupidior, et soluta ab omni lege imaginario.

Et, ut referunt testes, tunc incoepit luminis coelestis manifestatio, et angelorum apparitio. Et quando quaestio de amittenda virginitate primitus instituta fuit, tunc exarsit furor et fuga consecuta est. Adivit virginitatis amatrix pastorem a quo sperabat protectionem, affirmans se virginem esse et in suo proposito permansuram. Sed quando audivit se de suis officiis moneri, tunc continendae insaniae incapax redditur mulier et terribili exclamat voce et crucem extraordinaria virtute conscendit et Christum ulnis ita amplectitur ut omnes stupeant.

Ex quibus arguit consultor, matrimonium et desiderium conservandae virginitatis causam moralem vel occasionalem insaniae fuisse Margaritae. Ipsa videbat in matrimonio proximam virginitatis amissionem et timebat; et in perturbatione angelos praesentes conspiciebat , quos appellabat -custodes suae virginitatis. Potius quam de amentiae effectibus, voluit consultor inquirere de amentiae causa. Ait enim : notum est apud omnes, amentes quoscumque etsi lucida intervalla quamplurima habeant, illa tamen non habere in eo. ner quod amentes facti sunt. Si ergo causa moralis

amentiae Margaritae ipsum fuit matrimonium , impossibile omnino est, ut ipsa egerit humano modo et sine ullo influxu perturbatae imaginationis, cum ad tale matrimonium consensum praestare visa est. Fieri siquidem nequit ut amens quis humano modo agat in eo per quod amens evasit. Et ideo si alia amentiae causa fuisset, tunc forsan concedi posset quod infelix mulier humano modo egisset quando consensum in matrimonio praestitit.

Quae omnia confirmantur argumento ex ipso facto desumpto, et praesto sunt argumenta ex quibus tribunal civile et ecclesiasticum matrimonii nullitatem deduxerunt. Et ne illa inutiliter repetamus, animadvertere sufficiat , ait, phantasticas visiones et civilis et ecclesiastici matrimonii celebrationem semper comi tatas fuisse; ex quibus patet quod mulieris imaginatio in hisce actis ponendis semper perturbata fuerit. Hinc quum matrimonium christianum celebratum fuit, et missae mulier assisteret, Angelos se vidisse testata est, et adeo clara fuit visio ut virum interrogaret an et ipse eosdem Angelos vidisset. Haec animum patefacere omnino perturbatum, et mentem illusionibus imbutam clarum est: et ideo certum quoque reddunt matrimonium a Margarita contractum invaliditate laborare.

Quod si, prosequutus est Consultor, dubitari posset de matrimonii validitate, tamen eius inconsummati res clara ita est, ut nemini dubitare liceat. Neminem latet requiri ad hoc evincendum argumenta luce meridiana clariora. Et eiusmodi argumenta exhibentur a viro , de cuius probitate et veracitate plenum ferunt omnes testimonium ; et cuius assertio ipsius mulieris verbis, licet in mentis excessu prolatis, comprobatur. Certum est Adamum pluries asseruisse suoque iuramento confirmasse, sese uxorem suam numquam cognovisse, neque ante, neque post contractum matrimonium. Et verba mulieris plurimi esse facienda ex dicendis patebit. Et sane posito semel quod causa moralis amentiae Margaritae fuerit ipsum matrimonium et propositum servandae virgini fatis, duo exurgunt argumenta, omni exceptione ma-

iora. Etenim dato etiam quod vir adhibuisset vim ad obtinendam consummationem, fortiorem vim opposuisset mulier ad illam impediendam, et quidem efficaciter. Scimus enim ex actibus processus ex solo timore amittendaé virginitatis, in furorem acta mulier, tanta vi praedita apparuit, ut posset crucem conscendere, et tam arcte amplexari , ut neque plures viri valerent ad illam removendam. Quid potuisset vir si per vim oneri coniugali subiicere voluisset mulierem ?

Et dato etiam quod vir, aut vi aut suasionibus matrimonium consummasset; quomodo mulier capta amore virginitatis usque ad insaniam, exclamare potuisset se virginem esse et virginem permanere velle? Nonne potius ploratus edidisset ob amissionem boni illius, ad quod omni vi ferebatur ? Aspernenda siquidem essent mulieris verba si amentiae causa alia esset ac virginitatis studium.

Ceterum dubitari nequit de non consummatione, ex quo sponsorum cognati, teste Episcopo, asseruerunt istos duos numquam in eodem cubiculo per noctem fuisse. Ex quibus omnibus, conclusit consultor, clarum fit matrimonium Adami cum Margarita, etsi validum , certo et evidenter non fuisse consummatum.

Quoad dispensationis causas, ait Consultor; matrimonium hoc neque ratum neque consummatum fuisse, hinc dari posset Adamo documentum libertatis. Quod si nullitas haud satis probata videri possit, tunc causa dispensationis, in eo poni debet, quod Adamus, recusata dispensatione, civiliter contrahere queat.

VOTUM CANONISTAE. Praemisit hic insaniam mulieris manifeste cognitam fuisse die sequenti post celebrationem matrimonii: nam etsi ante sacri ritus celebrationem mulier aliqua laborare melancholia visa sit, nemo tamen pro certo affirmare potuit, eam neque actu nuptiarum, neque antea correptam insania fuisse. Quamobrem hic non agitur de persona iam insana vel furiosa, uti tali cognita ante matrimonium- deinde facta sui compos, vel quae in

dilucido intervallo matrimonium contraxit; sed de persona, quae manifesta signa insaniae ante matrimonium numquam dedit, sed tantum praebuit rationem dubitandi, an actu contrahendi matrimonium fuerit adeo compos sui, ut potuerit praestare deliberatum et plenum consensum, prout in matrimonio requiritur. Hinc statuit consultor sibi inquirendum esse an motiva in actis processualibus recensita valeant ad faciendam plenam probationem de praesumpta insania mulieris in actu contrahendi matrimonium.

Quibus praemonitis, ait, sese censere haud satis constare de insania Margaritae in actu contrahendi matrimonium nullum dici queat. Ad id rite evincendum relationem duorum medicorum examini subiecit emitque, insaniam mulieris esse haereditariam; ante matrimonium mulierem insania laborare; testes deponere Margaritam ante nuptias vidisse valde melanchonicam et }**ei**turbatam, et tempore celebrationis Missae nuptialis dixisse sponso se vidisse duos Angelos et lumen: die autem nuptias immediate sequenti fuisse furore correptam.

Atqui haec argumenta non valere, ait, in themate ad plenam faciendam probationem de insania Margaritae eo momento quo coniugale foedus ipsa inivit. Et quoad insaniam haereditariam, ait, antequam haec evolvatur , reducitur ad simplicem dispositionem corporis ad ipsum morbum; quae dispositio sive proxima, sive remota non privat personam usu rationis, neque plena voluntatis deliberatione, usque dum sit sufficienter evoluta, seu in actum reducta

Neque dici potest insaniam iam a diversis diebus ante matrimonium fuisse evolutam, licet latentem, eo quod everteretur doctrina canonistarum et theologorum , quam Ee clesia tenuit usque ad praesens, Menochius ***lib. 6 de praesumat. 45*** *n.* ***18*** ait: « An et quando quis praesumatur » furiosus, demens etc. Primus est quando non constat eum » de quo quaeritur antea furore agitatum fuisse : hoc sane » casu furiosus is non praesumitur sed sanae mentis ». Sub *n.* ***20*** rationem assignat dicens: « Natura ipsa parit homi-

» nes sanae mentis, et ideo qui asserit aliquem esse insa-
» num, repugnat ipsi naturae, atque ita ei adversatur prae-
» sumptio, quae a natura ipsa descendit. » (1) Ast si admittatur vera duorum Medicorum theoria quod nempe furor antequam violenter manifestetur, iam a diebus antecedentibus privaverit personam patientem usu rationis et deliberatione voluntatis, doctrina auctorum relata verificari nequiret. Neque verificari pariter posset ***Can.Neque furiosus26 caus. 32 p. 7.*** Fabiani Papae: « ***Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit non separentur.*** » Quae verba dd. intelligunt de furiosis qui matrimonium inierunt ante furiam; quod superveniente furia non est dissolvendum. Et ideo assertio duorum Medicorum haud visa est consultori argumentum satis concludens in casu.

Neque satis sunt testium depositiones, quibus innituntur duo Medici, quin viderint Margaritam in actu vel antea celebrationem nuptiarum. Mulieres enim sunt, quae deponunt vidisse Margaritae vultum tristissimum : quia nescitur an tristitia haec et pertubatio pervenerit ad constituenda vera insaniae phenomena. Quis autem ignorat quod puella quaelibet aliqua agitetur apprehensione dum novum amplectatur statum sive coniugalem sive religiosum? ast dici nequit non esse compos sui per hanc agitationem. Quinimo apprehensio haec, verba, et fletus quem per aliquot minuta emisit, de quibus loquitur testis Barbara , validum sunt argumentum quo affirmari queat, ipsam Margaritam contraxisse cum plena advertentia ac plena deliberatione voluntatis.

(1) Menochio addi potest Sánchez *lib. disp. 8.. n. 17.* « Dubitatis tamen » quae praesumuntur in dubio? Dicito » sic: quando non constat, eum de quo » tractatur antea furore correptum esse, » non praesumitur furiosus, sed sanae » mentis ut constat ex 1. 2 C... » Et Pontius *de matrim, sacr. lib. 4, c. 1* n. 9 ait: « Quando dubium fuerit an » insanus, vel sanae mentiis contraxe- » rit.... quod attinet ad forum exterius » praesumptionibus agendum: si enim » antea in amentiam incidisset , quae » aliquo tempore continuo persëveratur. » Sicut contra, si antea non visus est » insanus, et postea inveniatur, prae. » sumitur mente sana contractum ge- » stum esse : natura enim homines sanae *n* mentis producit ».

Quam plenam mentis sanitatem plenamque voluntatis deliberationem immediate ante matrimonium adfuisse in Margarita alii deponunt testes. Atqui iuxta Menochium ***lib. 6 de praesumpt. praesumpt. 45 n. 21*** : « Magis cre- » datur testium attestationibus aliquem esse sanae , quam » insanae mentis: cum attestationes illae conveniant et na- » turae et ipsi iuri cummuni. »

Quoad matrimonii inconsummationem censuit consultor hanc satis constare, quamvis in processu nonnulla defuerint ad normam Benedictinae Constitutionis. Ratio enim aequitatis exigit ut ad probandam inconsummationem matrimonii, non requirantur argumenta ineluctabilia, quando inter sponsos locum non habuerit condormitio, neque illa cohabitatio quae opportunitatem consummandi matrimonium praebeat. Sed sufficit ut rationabiles ac fide dignae probationes accedant ad coniugum confessionem. In casu de quo agitur res ita se habent; nam adsunt coniugum confessio, testium iuramentum et persuasibilia adminicula, dum desunt condormitio et praedicta cohabitatio. Adesse autem iustas dispensationis causas a matrimonio rato et non consummato censuit consultor. Et primam causam adesse ait in morbo insanabili Margaritae ex medicorum sententia. Adamus aliter deberet expectare uxoris mortem, ut ad alias nuptias transire posset, idque cum perversionis et incontinentiae periculo. Adamus enim fassus est, se vitam coelibem ducere non posse, et absque uxore haud valere rebus suis domesticis consulere. Tandem causa dispensationis est ipsum matrimonium quod est sine fine, sine effectibus, sine ullo bono matrimoniali.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI, Doluit iste imprimis negligentiam qua factum est, ut aliqui testes non vocarentur, alii rite non subiicerentur examini, et septima manus tum viri, tum mulieris, haud excussa fuerit. Haec autem omissio eo magis deploranda videtur quia S. C. C. iusserat fieri processum etiam super matrimonii nullitate ; in quo maximi fuisset momenti cognoscere conditionem m u-

Herís, tempore matrimonium praecedente. Omnia haec omissa fuere; quae autem expleta sunt doluit, peracta non fuisse ad tramites legis. Sic defensor matrimonii numquam citatus apparuit, dum ***Const. Benedectina*** §. 7 iubeat citari defensorem matrimonii; declarando irrita et cassa quae peracta fuerint in iudicio, eo non legitime citato aut intimato. Huic omissioni alia addenda est : haud inquisitum est aliquid speciale, sicuti fieri debuerat, super non consummatione matrimonii, neque corporali inspectioni subiecta fuit mulier ; dum id facile expleri posset, quia director hospitii dementium ait, Margaritam quoad omnia sese passive haberi. Et quamvis durum alicui id videri possit, tamen tutior via erat ad non consummationis matrimonii persuasionem inducendam. Omissiones has haud levis ponderis esse, sed substantialia attingere ratus est defensor; ita ut praetermissi fuerint modi detegendae veritatis tutiorés.

Quoad nullitatem matrimonii, defensor ait, pauca tantum advertere, quum thesim iam demonstraverit, argumentis iuris et facti, consultor canonista. Adsertoribus ideo contrariae sententiae porro probandum esset Margaritam insania iam laborasse quum consensum praestitit : dum contra scitum est, eam libere et sponte ad nuptias celebrandas accessisse, et perfecte intellexisse quod erat actura. Id parochi testimonio evincitur, qui ait : sese nihil animadvertisse in Margarita, quod admirationem excitaret. Quinimo quum magistratus civilis esset adeundus ipsa Margarita sponsum ad hoc provocavit, licet antea nonnisi angorem et timorem nuptiarum habuisset. Ast caeremonia civilis celebrata fuit postridie quam matrimonium ecclesiasticum initum fuerat. Igitur si Margarita urgebat sponsum ad absolvendum civilem contractum, quomodo praesumi potest ipsam, die antecedente, iam tali dementia correptam fuisse, ut minime intelligeret quid ageret, neque liberum consensum praestare posset?

Exaggerationem medicorum esse, ait defensor, quidquid dictum est de ***vultu tristissimo***, de ***lineamentis pertur-***

bationis» de ***ploratu*** etc. quibus existens ante nuptias dementia probari praesumebatur. Nam puellae nuptias initurae facile turbantur, et fletus emittunt, quin dici possint ex tali perturbatione libertatem et cognitionem .amittere.

Gradum faciens ad dispensationem super matrimonio rato et non consummato, quamvis consultores in unam abeant sententiam, quod scilicet dispensatio sit concedenda, defensor censuit eos forsan magis pietate, quam rei veritate ductos esse; sed aliud a se exposcere sanctitatem vinculi et debitum tuendae veritatis ; ex quo non consummatio matrimonii haud probata fuerit.

In iure certum est hanc dispensationem non concedi nisi plenissime probetur matrimonium consummatum non fuisse non per coniecturas et praesumptiones, sed per argumenta undequaque absolutissima. In casu eiusmodi probatio omnino desideratur; nam habemus viri confessionem iurantis neque ante, neque post nuptias copulam carnalem cum Margarita habuisse. Ast scitum est ex dd. nihil faciendam esse coniugum assertionem, etsi iuratam. Et quamvis testes aliqui referant, duos sponsos numquam fuisse per noctem in eodem cubiculo, dubium restat quod per diem matrimonium consummari potuerit, et per consequens negari debet dispensatio; quia consummationis possibilitas haud prorsus exulat. Per integrum diem commodum habuerunt consummandi matrimonium: possibile ne est illos diem integrum transegisse sese mutuo tantum respicientes?

j Alium habent sponsi integrum diem post initum civile contractum: supervenit nox. coniuges domum maritalem pacifice cohabitant, et solummodo hora noctis undecima, Margarita e domo aufugit. Sed quid egerunt ab hora quinta ad undecimam ? Et notandum quod sermo sit de regionibus septemtrionalibus, in quibus caeli rigor haud sinit homines huc illuc tempore nocturno vagari.

Ast ex commoditate unius horae praesumptio enascitur carnalis coniunctionis; quae praesumptio nonnisi per concludentissimas probationes excludi potest: et in hisce adiun-

ctis S. **O. C.** numquam dispensationem concedendam esse putavit.

Haec omnia vehementem inducunt praesumptionem, matrimonium non fuisse consummatum ; ad evincendam vero non consummationem quatuor adductae fuerunt rationes quae omnes probandi vi destitutae defensori visae sunt.

Tandem concludens defensor ait : quum vero evidenter non pateat matrimonium non fuisse consummatum, loqui de dispensationis causis prorsus inutile cuique apparere debet.

Quibus animadversis sequentia enodanda proposita fuere

Wubla

L *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Et quatenus negative

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.*

RESOLUTIO. Sacra O. O. re disceptata, sub die 7 Iulii 1883 censuit respondere:

Ad I. praevia sanatione actorum affirmative.
Ad II. Provisum in primo.

Ex QUIBUS COLLIGES:

I. Ex dd. in dubio num perturbatio privarit contrahentem requisita deliberatione, standum esse pro valore actus; quia certum est matrimonium fuisse initum et dubitatur tantum an contractum fuerit cum sufficienti usu rationis , qui tamen praesumitur.

II. Ideo, quando non constat eum de quo agitur, furore antea correptum fuisse, praesumi non posse furiosum, sed sanae mentis habendum esse , quia natura homines producit sanae mentis, et ipsi naturae adversaretur qui contra-

ri um diceret, et sic dicenti adversaretur praesumptio, quae ab ipsa natura descendit.

III. Quamobrem ad iudicium ferendum super validitate contractus matrimonialis, primo inquirendam esse naturam, gradum, gravitatem, et formam infirmitatis mentis; ut intelligi possit an subiectus seu patiens eo pervenerit, ut libertatem amiserit moralem &d agnoscendam matrimonialis contractus entitatem.

IV. Quamvis amentes quicumque lucida intervalla habeant quamplurima, eadem tamen non habere, experientia constat, in rebus illis per quas amentia fatigantur ; et in quibus agere humano modo, et sine ullo influxu perturbatae imaginationis non valent.

V. Plenam mentis sanitatem plenamque voluntatis deliberationem immediate ante matrimonium non habuisse Margaritam in themate visum esse Emis Iudicibus; ita ut actus matrimonialis entitatem plene illa non agnoverit, cum nuptias inivit, quarum nullitas declaratur in praesenti iudicio.

VI. Etenim matrimonium ineundum, et desiderium servandae virginitatis causam fuisse videri occasionalem vel moralem insaniae miserae uxoris: ceu innuere videntur eius vultus immutatio, oculorum offuscatio, et ploratus quum ipsi actus explerentur, quibus ad matrimonium contrahendum accedebatur.

——-a-——

ALIPHANA

DELATIONIS INSIGNIUM.

Die 4 Augusti 1883.

COMPENDIUM FACTI. Anno 1863 postulante Municipio civitatis Pedemontii ab Aliphis nuncupatae, Rex atque Episcopus analogis decretis Capitulo Collegiatae SSmae Anliintiatae, et S. Mariae Maioris ad caeremoniarum decorem

augendum concesserunt insignia eadem, quae induit Cathedralis Ecclesia.

Facta huiusmodi facultate, Capitulum Ecclesiae Cathedralis de novitate dispositionis admiratus, querimoniam movit, et contra Episcopale decretum protestationem emisit , quippe quia huiusmodi decreto propria iura ac privilegia laedi videbantur.

Tunc Canonici SSmae Annuntiatae, haud legitimam concessionem putantes, ea usi non sunt, remque S. Sedis iudicio remiserunt, petentes tamen ut memoratis insignibus honestarentnr. Canonici vero S. Mariae Maioris, quamvis initio rite factam putaverint Episcopi concessionem, deinceps et ipsi ad conscientiae tranquillitatem , ab Apostolica Sede confirmationem et sanctionem expostularunt, insignibus tamen minime depositis.

Verum obstitit Capitulum Ecclesiae Cathedralis debitam distinctionem servandam esse contendens. In hypothesi autem, quod Canonicorum Ecclesiarum collegiatarum votis fieret satis, usum Cappae magnae ad instar Canonicorum maiorum Ecclesiarum Neapolis et Capuae a Sacratissimo Principe expetebat.

Hisce habitis libellis, die 18 Martii anni 1874 Ordinario Aliphano scriptum fuit pro informatione, et voto. Hic S. C. C mandatis obsequens die 18 Maii eiusdem anni responsum omnino petitionibus favorabile remisit, in quo ultro confitens neque Regi, neque Episcopo potestatem fuisse illorum insignium usum Canonicis concedere, animadvertebat quod Episcopus tunc temporis sic agens inolitos abusus sequutus est: nam alii Episcopi illius regionis quoque insignia huiusmodi concedere soliti fuerunt. Quos abusus praecipue a suprema civili auctoritate derivasse aiebat, quae ius sibi arrogabat Episcopis facultatem concedere, ut huiusmodi insignia Canonicis indulgere possent. Ast quamvis conditio Collegiatae s. Mariae Maioris quoad insignium delationem illegitima sit, censeo, ait Episcopus, plenam sanatoriam esse concedendam illis canonicis ab Apostolica Sede.

Municipium in hoc negotio primas partes habuisse ait Episcopus; et Pedemontii civitas, decem circiter animarum millibus constans, plures clarissimas familias recenset, quae aegerrime ferrent inspicere Canonicos exutos insignibus lapsu annorum duodecim adhibitis. Canonicos autem singulos laudavit Antistes, alios natalium nobilitate, alios praeclaris, quibus nitent vitae meritis. Et ideo Collegiatae petitionem enixe commendavit.

Cum autem ad pacem servandam insignium distinctio inter Cathedralis Capitulum et Collegiatae sit absolute necessaria, hinc Capituli cathedralis petitionem aequam et canonicorum merita, ea esse dixit Episcopus, ut gratiam mereantur. Alia plura circa eorum merita omittendo, animadvertebam ab eorum consilio et opera maxime repetere quidquid in Dioecesis utilitatem ipse perageret, ideoque eorum preces etiam atque etiam commendabat ut gratitudinis ac benevolentiae, qua ipsos prosequebatur, signum aliquod exhiberet.

Disserens vero de petitione Canonicorum Collegiatae SSmae Annuntiatae, qui Regis ac Episcopi concessionem nihili facientes, modo iisdem insignibus donari exoptarent, edicebat ipsos potiori ratione hac gratia dignos censendos, quia eorumdem agendi ratio exerit ecclesiasticum zelum, et S. Sedis iuribus debitum obsequium. Praeconium agens Episcopus horum quoque canonicorum, ait, inferiores aliis canonicis haud esse habendos, praeclara ob merita istorum praecipue erga Seminarium. Illud enim ab eadem Collegiata rectorem et confessarios et professores pene gratis habet.

Quibus litteris acceptis, in plenariis EE. PP. comitiis diei 24 Aprilis 1875 huiusmodi causa disceptata fuit, et proposito dubio « ***An et quomodo excipiendae sint preces tum Collegiatarum, tum Cathedralis Ecclesiae in casu*** » responsum fuit « ***Dilata*** ». Hac tamen adhibita mitiori rescripti formula, EE. PP. demandarunt Ordinario significari oblatis precibus haud esse indulgendum, ne potrahatur, ac quodammodo honestari videatur abusus insignium huiusmodi

qui longe lateque in Ditione neapolitana invaluerat ob civilis potestatis praeposteras opiniones. Simul vero praecipiebatur , ut Capitulum S. Mariae maioris ea insignia dimitteret, quae licet illegitime obtenta, scienter tamen suscepit.

Huiusmodi responsum tam Episcopus, quam Canonici S. Mariae Maioris aegro animo tulerunt atque novum admo v erunt supplicem libellum, gratiam eamdem expost ulantes: iterumque Episcopus enixe preces commendavit. Die 4 Septembris iterum causa ventilata fuit et responsum obtinuit - ***Dilata.*** -

Octo iam circiter anni effluxerant, cum Episcopus die 30 Aprilis mox elapsi, SSmo Principi preces instauravit ut usus Cappae utrique Collegiatae pluribus °x rationibus inferius exponendis indulgeatur.

Disceptatio Synoptica.

PRECES RETICIENDAE VIDENTUR. Episcopi et utriusque Collegiatae votum excipi haud posse videtur, contradicente Capitulo cathedralis Ecclesiae Iisdem enim insignibus, quae Collegiatae peroptant, ipsum Cathedralis Capitulum utitur. Porro tritum in iure est Cathedralis Ecclesiae Capitulum prohibere posse, quominus Capitulum Collegiatae eadem insignia gestet; Scarfantonius ad ***Ceccojp. lib. 1 tit. 7 num. 27.*** Et optimo sane iure: distinctio enim esse debet inter Cathedralis et Collegiatae Canonicos, tamquam inter maiores, ac minores, ceu ad rem notat Pitonius ***Discept. Ecclesias. 49 num. 4.*** Cum autem nobilior habitus maioritatem personae designet, iuxta textum in c. ***Ut Apostolicis de Privileg, in 6°*** inconveniens prorsus est, quod Collegiatae Canonici eadem insignia ac Canonici Cathedralis gestent.

Idque eo vel magis admittendum, quia huiusmodi Collegiatas insignes esse minime probatum fuisse videtur. Quo in casu huiusmodi insignium usum S. Sedem concedere haud

solere tradunt Corrad. ***in prax beneftc. lib. 2 cap. 14 num. 3, 4 ct 14,*** Ceccop. ***lucub. canon. lib. 1 num. 91,*** Pitonius ***dict. discept. Eccles. 49 n. 1.***

Nec refert istorum insignium usum ab Episcopo iam concessum fuisse: siquidem Episcopi circa habitus et insignia per Canonicos in choro gestanda, ac etiam illorum colores nullam prorsus auctoritatem habent, cum omnia Summo Pontifici sint reservata, ceu tradit Scarfant. ad Ceccoper. ***Lucubr. Canonie, lib. 1 tit. 6 num. 3.*** Idque etiam monet Rice, ***decis. 332 sub num. 3*** §. ***Caeterum,*** ubi refert ita decisum fuisse contra Archiepiscoj um Neapolitanum, et S. Rit. Congreg, idem pluries statuit ut in ***Hyd,runtina 1 Septembris 1612, Piacentina 16 Ianuarii 1620,*** et in ***Troiana Indulti Cappae Canonicalis IO Septembris 1705.***

Tandem ea de causa huiusmodi indultum haud concedendum videtur, quia sana ratio dictat, ut nihil de iis innovetur, quae recte constituta sunt. Novitates enim semper odiosas esse monet Chrysostomus in ***Epist. 1 ad forint, hom. 7*** ubi ait - ***Nihil magis animos perturbat, quam innovatio.*** - Quod adamussim in nostro casu eveniret, Ca] it dum enim Cathedralis ex hoc privilegio Collegiatarum Canonicis indulto, suam dignitatem laesam putari, ac proinde dissensiones, quae inter Canonicos utriusque ordinis cum fidelium scandalo tot annis excitatae fuerunt, iugiter perdurarent. Cum igitur haud expediat privilegium alicui concedere, quod in alterius praeiudicium vergat, oratorum preces reiiciendas esse videtur.

PRECES EXCIPIENDAE VIDENTUR. Verum ex alia parte haec animadvertenda occurrunt. Constat ex supplici Ordinarii libello, quod huiusmodi Collegiatae non existunt eo in loco, quo Cathedralis reperitur, imo distant ab ipsa. Hoc posito, expetita insignia concedenda viderentur. Siquidem in casu non verificatur indecentia, et incongruentia illa, quae tantopere extollitur, et ob quam dictorum insignium usus denegatur, praesertim si limitatio adiiceretur illis non u-

tendi, cum uterque Clerus in functionibus conveniant. Ad rem Pitonius ***citat, discept. 49 num. 6*** - ibi - « Haec > proeedunt si Cathedralis et Collegiata sint in eodem loco, » sed utrum si distent inter se , et per multum tractum > milliarium Cathedralis sit remota a loco Collegiatae, pos- > sit concedi idem habitus Collegiatae, qui per Canonicos > Cathedralis gestatur cum limitatione, quando uterque Cle- > rus non conveniat in functionibus, ego negativam repor- » tavi in ***Troiana Indulti Cappae Canonicalis.*** Sed con- » trarium sustineri posset, non obstante contradictione Ca- > thedralis: nam tali ope cessat indecentia, et incongruen- > tia ob distantiam utriusque Cleri, ac etiam ex eo quod ubi > simul conveniunt Canonici utriusque Ecclesiae, illi Col- > legiatae non possunt eundem habitum deferre limitatum > ut supra, ex qua limitatione in congressibus satis obvia- » tur indecentiae, et demonstratur maioritas Cathedralis, » ut probat ***text.*** in dict. ***cap. Ut Apostolicae in 6.*** » Quae sententia potiori iure admittenda videtur, si perpendatur usum cappae non designare iurisdictionem, sed tantum perfectionem, gravitatem, et ornamentum personarum, ut tenet Ceccoper. ***Lucubr. Canon. lib. I n. 93,*** ideoque aliquando peculiaribus ex causis Collegiatae Canonicis concessa fuerunt insignia etiam nobiliora illis Canonicorum Cathedralis, ut patet exemplo Ecclesiae Collegiatae oppidi Summae in Nolana Dioecesi, cuius Canonicis usus cappae magnae fuit indultus, non obstante quod Canonici Cathedralis Nolanae non haberent; Pignatell. ***tom. 6 con. 59 n. 8.***

Huiusmodi indultum praeterea largiendum videretur quia dictarum Collegiatarum Canonici plausibilem vitae rationem ducunt, nonnulli ad spectatissimas familias pertinent, ac plures institutioni Clericorum Seminario promovendae naviter incumbunt. His accedit quod ingentem pecuniae vim incenderunt ut Collegiatae existentiam , ac bonorum possessionem omnibus mediis contra fiscum vindicarent. De Canonicis vero alterius Collegiatae multa retulit Episcopus uti in facti specie scriptum fuit. Hinc Ordinarius iam a principio quae-

stionis in votis habebat ut gratia indulgeretur nedum ob allatas rationes, sed etiam ob tristes consequentias quae prodire possent ex gratiae negatione. Eius itaque petitioni annuendum videretur, ac proinde praeclara Canonicorum merita hac ratione rependendo, simul ipsi animus adiiceretur ut maiori alacritate animarum saluti procurandae vacare pergant.

Quibus expositis, hoc unum adnotari remanet. Inter causas huiusmodi insignia concedendi divini cultus augmentum praecipue a Doctoribus recensetur. Iamvero ex huc usque relatis nedum constat huiusmodi causam in themate verificari, sed imo hac concessione talia emolumenta consequi, quae hisce praesertim temporibus plurimi sunt facienda. Haud igitur ambigendum videretur ex peculiaribus saltem circumstantiis illud indultum elargiri, quod Episcopo, Clero omnique civium ordini optatissimum est.

Hisce itaque utrinque perpensis, quaesitum fuit ab Emis Patribus an et quomodo Praesulis ac Collegiatarum preces excipi liceret. Quod si annuendum censuerint, décernèrent etiam utrum votis Capituli Cathedralis fieri satis posset, cum in hypotesi indulti Collegiatis concessi, et ipsum enixe postulet facultatem induendi insignia, quae induit capitulum Cathedralis Neapolitanae aut Capuanae. Quod si haec omnia elargiri minime putarent, perpenderent an saltem, iuxta Praesulis votum, indulgenda esset Cappa Magna, vel Palliolum, vulgo ***Mantellettcij,*** quorum insignium usu paucis ab hinc annis a Summo Pontifice Avellinenses obtinuerunt.

Hisce aliisque praenotatis , enodandum propositum fuit sequens

Dubium

An et quomodo excipiendae sint preces tum Collegiatarum, tum Cathedralis Ecclesiae in casu.

RESOLUTIO. Sacra C C . sub die 4 Augusti 1883, re perpensa, censuit respondere:

Negative in omnibus et amplius.

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Romani Pontificis auctoritati reservatum esse Canonicis concedere habitus et insignia in choro gestanda, istorumque colores decernere.

II. Qua de re Episcopi eoque minus laici etiam regia auctoritate fulgentes nihil hisce in rebus constituere valent.

III. Capitulum cathedralis prohibere posse quominus capitulum Collegiatae eadem gestet insignia.

IV. Insignium concessionem in themate ita abusive atque illegitime factam fuisse, ut eam nullimode Apostolica Sedes ratam habere voluerit; quamvis apprime iu votis Ordinarii id esset, et ad hoc canonicos, eorumque preces totis viribus et verbis amplissimis commendavisset.

POLICASTREN.

INTERPRETATIONIS VOLUNTATIS

Die 7 Iulii 1883.

Per summaria precum

COMPENDIUM FACTI. Nicolaus Flora anno 1843 suum instituens haeredem universalem, nepotem Antonium Flora sacerdotem, variis eumdem oneravit legatis. Et inter alia testator decrevit: volo ut ex fructibus libellai um 850 perpetuo fiat dos, conferenda quet*, nnis puellis pauperioribus e familia Flora. Legatum implevit haeres, quoties censuit esse casum: retinuit enim haeres sibi addicere posse fructus libellarum 850, quoties desint puellae pauperes e familia Flora. Sed hoc postulavit ut authentice declararetur a S.C.C.

Disceptatio Synoptica.

QUAE HAEREDI ADVERSANTUR. Tralatitium in iure est quod si clara testatoris voluntas a suae dispositionis verbis haud evidenter appareat, tunc interpretatio eiusdem voluntati magis consentanea sit admittenda. Iamvero quod in casu reditus illius summae impendi debeant vel in augmentum sortis , vel pro pinguiori dote constituenda insequentibus annis, si aliquando contingat nullam puellam ex familia Flora dotem expetere, testamentariae dispositioni maxime convenire videtur. Statuit enim testator ut libellae 850 perpetuo devinctae manerent ad id, ut ex eorumdem fructibus dos conferretur quotannis puellis nubilibus et pauperioribus e familia Flora. Quibus verbis dum suam voluntatem satis ostendit huiusmodi reditum in illarum puellarum favorem perpetuo cedere debere, quemcumque alium ab illius perceptione exclusit.

Praeterea cum voluerit puellis e sua familia tantum descendentibus consulere, ac simul pecuniae summam tam exiguam statuerit, praesumi rationabiliter potest, id ideo effecisse, quia cum frequenter huiusmodi dos insoluta permaneret, paucis annis talis reditus constitueretur, qui congruae doti efformandae par esset, uti in hisce legatis communiter fieri solet iuxta Reg. Iur civ. 114 - ibi - « ***In obscuris inspici solet quod verosimiliter est, quod plerumque fieri solet.*** » His accedit quod suo nepoti potiorem haereditatis partem reliquit; et ideo a quocumque emolumento e dotis legato obtinendo, excludere voluisse merito argui polest.

Demum cum haud raro eveniat, quod nulla puella dotem expostulet, si altera interpretatio testatoris dispositioni tribuatur, sequeretur maius emolumentum ex hoc legato obventurum haeredi, et post eius obitum, personae forsitan testatoris extraneae, quam illis in quorum favore fuit constitutum ; quod absolute repugnare videtur.

Cum itaque nullum prudens duoium admitti possit, quod testator voluerit memoratum reditum pro dotis constitutione iugiter impendendum fore, sponte sua fluere videtur coniecturis locum dari haud posse ad tradita per ***Cap: Ultima voluntas 14 quaest. 2*** §. ***Disponat*** - ibi - « ***Non dari locum coniecturis, ubi mens pro libertate, et voluntas testatoris apertissima est.*** » Cui consonat ***Romana Rota*** statuens, quod ubi voluntas est satis clara et manifesta, eiusdem quaestio non admittitur, nec ex coniecturis aequivocis declarari debet, ***decis. 60 n. 6 part. 48 tom. 1 inter recent.***

QUAE HAEREDI FAVENT. EX altera vero parte tuto affirmari posse videtur memoratum reditum in haeredis favorem cedere debere, si contingat nullam puellam dotis obtinendae idoneam adesse. Cum enim haeres, qui patrui mentem, citatis verbis expressam, optime noverat, tunc tantum legatum fuerit executus cum puella dotis assequendae capax reperiebatur ; si testatoris voluntatem haud fideliter interpretatus fuisset, certe familia Flora suas querelas movisset. Sed ex Episcopi relatione apparet res pacifice iugiter processisse , quod indicium haud dubium est, hanc reapse testatoris voluntatem fuisse.

Quae haeredis interpretatio patrui dispositionis, plurimi facienda videtur, quia plurium annorum observantiae innititur. Observantiam autem diuturni temporis maximi existimandam esse ius utrumque docet. Ea siquidem summopere inservit testatoris voluntati declarandae, et discernendae voluntati incertae ac dubiae a voluntate certa et clara. ***Rota decis. 162 n. 2 part. 10 inter recent.*** Quare observantia dicitur optima interpres legis fundationis ex Lotter. ***de re benefic. Disc. 60 n. 9,*** Tondut. ***quaest, beneficiai, part. 3 cap. 151,*** et maiorem omnium auctoritatem sibi vindicat, si, ut in casu, sit illi proxima et coaeva, Piton. ***discept, ecclesiastae, disc. 159 num. 44,*** et S. C. i[n] [r]***eriniolen. Interpretationis 1 Aprilis 1876*** §. ***Orta***

Quibus in utramque partem notatis quaesitum fuit quid isset oratori respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re cognita, sub die 7 Iulii 1883, censuit respondere:

Negative et fructus cumulandos esse in augmentum subsidii dotalis.

EX S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

PRAGEN. SEU MILITARIS ORDINIS CRUCIGERORUM CUM RUBEA STELLA

SUPER REFORMATIONE ET APPROBATIONE STATUTORUM.

Die 27 Aprilis Î883.

COMPENDIUM FACTI. Sacer militaris Ordo Crucigerorum cum rubea stella, qui, ut fertur, in Palestina natus, et in Bohemia institutus a beata Agnete, filia Primislai **I.** regis Bohemiae, anno 1217 suam obtinuit approbationem a Gregorio IX per Constitutionem ***Omnipotens Deus 14 Aprilis 1238.*** Constat per huius antiquas Constitutiones, quibus titulus ***Regula s. Patris Aurelii Augustini,*** Ordinem hunc eiusdem s. Augustini regulas professum fuisse usque a tempore suae institutionis. Finis Instituti huius ab ini-

tio fuit armis Ecclesiae iura protueri, caritatem exercere erga pauperes, peregrinos et praecipue erga infirmos; ita ut eorumdem Domus totidem essent hospitalia, et quampauci ex eis ad sacros ascenderent ordines. Successu temporis vero, quum imperatorum regumque munificentia plures Ordo idem consecutus fuerit Ecclesias, plures facti sunt Sacerdotes; ita ut nunc pene omnes sacris initiati sint ordinibus. Anno 1853 typis Seminarii Pragensis iterum cusa fuere huius ordinis antiqua Statuta: quae si nunc nullo comitata sunt decreto, tamen dicuntur omnino similia illis quae in ***forma communi*** approbata fuerunt a Clemente X per Constitutionem ***Cum sicut dilecti 1675.***

Nuper per Capitulum generalem nonnullae factae fuerunt his constitutionibus modificationes; quas Apostolicae Sedis approbationi subiecit Minister generalis. Qui, ex corde, Petri sedi addictus, certiores fecit omnes fratres, sese eorumdem modificationum approbationem a s. Sede imploraturum. « Inviolabili Statutorum istorum, scribebat ille, robori uti-
» que adhuc deest suprema Ecclesiae sententia et Sedis A-
» postoiicae approbatio; ast omnem movebo Lapidem, ut et
» haec pretiosissima corona operi nostro imponatur, scopum-
» que meum, uti sentio, eo certius assequar, si statuta ab
» omnibus recepta et aliquanto saltem tempore in usu fue-
» rint; supra enim commemoratus Summus Pontifex Cle-
» mens X priora statuta s. Ordinis nostri expressa sub condi-
» tione approbavit, ***dummodo sint in usu, nec sint revocata.*** »

Ex quibus verbis antiqua statuta videntur approbata in forma communi, haud specifica. (1). Harum modificationum quamplurimae sunt accessoriae; duae autem respiciunt ge-

(t) Confirmatio pontificia duplex est: nempe in forma *specifica* et in forma *communi.* Per confirmationem specificam leges peculiares fiunt leges pontificales; hinc Bonifacius VIII *cap. 22 de Praeb, in 6. habet: u Nostra fadmus, quae probamus, et quibus nostram impertimur auctoritatem.,...* » Quoad approbationem in forma communi Bened. XIV *de syn. dioc. L IS, S, 11* ait: «In forma communi confirmari di*
» cuntur Statuta, quae non singulatim
n examinantur, neque approbantur a Pon-
» tifice motu proprio, et ex certa seien-

neraíeui Ordinis disciplinam: quarum prima respicit Caput II §. 2 veterum Statutorum. In hoc enim legebatur: « Fra-
» tres in sacris constituti, sicut et Sacerdotes pensum ho-
» rarum canonicarum non ***seorsim*** singuli, sed simul in Ora-
> torio distincte et devote, iuxta rubricas Breviarii Ro-
» mani tempore determinato persolvent ». Cui praescriptioni haec suffecta fuit modificatio : « Fratres in sacris con-
> stituti sicut et sacerdotes pensum horarum canonicarum,
> si ***non simul in Oratorio,*** saltem ***singuli seorsim*** di-
> stincte et devote, iuxta rubricas Breviarii Romani, tem-
> pore determinato persolvent ».

Altera inducta modificatio tollit punctum quartum Capitis IX antiquorum statutorum; a quo arma micidialia retinere vetatur in propriis cellis, hanc ad ducendo causam :
» quia conventus strictam clausuram non habet et securi-
» tas, quae hodie ac praecipue frequentioribus in urbibus
» non est certissima ». Attamen notandum est, id suasioni inniti quod Conventus hospitalis strictam clausuram non habeat. Dum constitutiones anno 1853 iterum cusae , text. nuperrimarum modificatarum ***Cap. X n. 3*** sic se habeant: « Nullus cubiculum alterius studiorum et orationis
» tempore praesumat ingredi, ne si qui minus timorati fue-
» rint, magis confabulationibus, aut aliis actibus ^conve-
Ȳ» mentibus, aliorum quietem et studia turbent. Nec item
> aliquam feminam, etiamsi mater, soror aut consanguinea
» foret, nisi de speciali superioris licentia intra conventus
> clausurae septa introducat ».

Emus Archiepiscopus Pragensis rogatus de opinione et voto multa animadvertit, quae visa sunt obstare quominus indulgeretur expetita Apostolica approbatio.

» tia; atque Apostolicae auctoritatis
» robur illis non adiicitur absolute, sed
» solum conditionata ; videlicet, si iuste,
» canonice ac provide facta sint; et dum-
» modo ss. **canonibus, Tridentini Con-**
» cilii decretis et Constitutionibus apo-
» stolicis non adversentur.... Etenim
» talis confirmatio nihil novi iuris aut
• efficacitatis illis tribuit, qua antea
o carerent ».

Sacra dein Congregatio votum expetivit duorum consultorum, quorum inferius referimus synopsim.

Disceptatio Synoptica

VOTUM PRIMI CONSULTORIS. Dubium prae primis sibi enodandum proposuit consultor, an nova haec statuta sint approbatione apostolica confirmanda. Et ut ad dubii resolutionem procederet, prius generales ad rem, dein peculiares super respectivis articulis perfecit considerationes.

Quum regulares Ordines, ait, habeant a Papa potestatem sibi condendi leges et statuta, eaque variis necessitatibus aptandi, servatis de iure servandis : ordo Crucigerorum potuit haec statuta conficere et pro variatis temporum locorumque circumstantiis eadem accommodare, dummodo observaverit canonicas et apostolicas praescriptiones. Neque pontificia veterum statutorum confirmatio, utpote facta in ***forma communi,*** impediebat legitimam eorum revisionem ad tradita per Bened. XIV de Synodo ***dioec. I. 8, c. 5, n. 11.*** < Statutum ab Apostolica auctoritate confirmatum in for- » ma communi integrum est statuentibus delere, atque ab » illius obligatione aliquem ex iusta causa eximere ». Qua de re patet Crucígeros suum ius praetergressos non esse quum revisionem statutorum peregerint et approbationem apostolicam expostulaverint.

Potius videndum est, ait consultor , an probandum sit praecipuum criterium in reformandis statutis quod sibi proposuerunt reformatores: reconciliandi nempe theoriam cum praxi, legis scriptae rigorem temperando ad inditae consuetudinis exigentiam et commodum. Hinc generalis Minister circulares litteras ad fratres dando aiebat : « porrigo vobis, in hisce statutis, vivendi normam, quae non novum et forsan gravius humeris vestris imponit iugum; et quae potius in quantum fieri potuit allevare et imminuere conatur onera statui nostro singularia. Nova et diificiliora haud in eis reperietis, ast invenietis plura omissa, et multa in favorem vestrum mutata »

Huiusmodi statuendi benignitas respondere videtur spiritui Iesu Christi dicentis : ***iugum meum suave est et onus meum leve;*** nec non matris Ecclesiae , quae legum vetustiorum severitatem in gratiam fidelis populi et cleri, iuxta tempora, loca et personas temperare consuevit. (1) Respondet etiam regulae s. Augustini, qui de ipsa ait fratribus : « donet Dominus ut observetis haec omnia.... non sicut » servi sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti ». Igitur benignior veterum statutorum moderatio in Crucigerorum Ordine non improbanda videtur.

Ex longissimi temporis consuetudine multa invecta in ordine fuere, ut ait magnus Magister Crucigerorum , quae adamussim non concordant cum omnibus et singulis statutorum mandatis; quae tamen abrogari nequeunt et quarum observantia pene impossibilis evadit, intuitu praesentium temporum et praecipue pro nonnullis fratribus qui extra conventum pragensem degunt.

Consuetudinem valere legem veterem abrogare, et esse optimam legum interpretem aiunt dd. dummodo sit rationalis, neque adversetur legem divinam aut naturalem. Tunc enim, ait Angelicus, manifestatur per consuetudinem, quod lex alterius non est utilis, sicut etiam manifestaretur , si lex contraria verbo promulgaretur. Hic pariter occurrunt monita s. Augustini ad Ian. « ***ipsa mutatio consuetudinis, etiam quae adiuvat utilitate, novitate perturbat ».*** Et Bened. XIV Const. Paternae charitatis - ***quod possumus exigendum est, non quod optamus. -***

Neque parvipendenda est ratio, quod fratres quum statuta solemniter profiterentur, ea in mente habuerunt quae in vigente consuetudine noverunt, non quae verbo et litterae respondent. Ad rem s. Alphonsus : ***certum est, quod postquam regula per legitimam consuetudinem relata estquam-***

(\)Ex cap. Exparte ult. de transactionibus Honorius III ait « In » his vero, super quibus ius non invenitur expressum procedas (aequitate 9 servata) semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas et causas, loca et tempora videntur postulare ».

«?ís *primi religiosi peccar int, secundi tamen non tenentur eam observare... I. M. I. 4, n. 44.*

Hinc ex his generalibus animadversionibus eruere censuit consultor quod nova statuta, quibus Capitulum Crucigerorum fratrum conscientiae et quieti consulere voluit , probari possint, in forma ***communi et conditionata*** ceu probata fuerunt a Clemente X.

Quod si ageretur de confirmatione istorum Statutorum in forma specifica tunc magnus apparet labor grandisque difficultas. Nam confirmationi novorum Statutorum quae observantiam fovent relaxatam, opponitur Tridentinum Sess. 25 c. **1** pro Regularium reformatione, normam praebendo: ***« ubi collapsa est vetus et regularis disciplina instauretur, et constantius ubi conservata est perseveret*** ». Et ad hunc finem Concilium vaticanum intendisse ex praeparatis schematibus Constitutionum pro Regularibus colligitur.

Quamobrem consultor proposuit varias animadversiones praesertim quoad articulos innovationis introductae in favorem Crucigerorum. Sic per innovationem inductam quoad Caput II §. 2, quamque supra retulimus, animadversum fuit auferri omnino obligationem ad communem Breviarii persolutionem. Ast minus decet apostolicam approbationem in forma specifica apponere novis statutis, quae veteribus derogant quoad pietatis officia, quae sunt secundum regulam, sicuti est istud de persolutione divini officii in communi.

Tum iuris, tum, facti animadversiones egit Consultor quoad caput 10 n. 1. « Tametsi conventus hospitalis stri- > etam clausuram non habeat... » Quoad ius appellavit consultor ad canonicam clausarae legem, a Benedicto XIV censuris confirmatam; qua cuicumque adimitur facultas permittendi feminis ingressum in quorumcumque regularium virorum monasteria. Insuper Pius IX Bulla ***Apostolicae Sedis*** inter excommunicationes latae sententiae art. 7 recenset . < ***Mulieres violantes regularium virorum clausuram, et superiores aliosque eas admittent es*** ». Quoad factum animadvertit, Crucígeros pragenses admittere intra eorum con-

ventum nedum saeculares viros, sed etiam feminas sub praetextu non strictae clausurae, a qua lege clausurae obstringuntur Oucigeri, utpote solemnia vota professi. Quoniam vero iuxta diversa instituta variasque circumstantias limites clausurae soleant plus minusve extendi ; in casu videretur quod extendi posset tantum ad internam fratrum habitationem : quia in ordine Orucigerorum, sunt hospitalia pauperum et parochiae seu curatiae. Tali modo constituta clausura, patere posset mulieribus accessus, per externam portam Conventus ad hospitale et officium parochiale, cum debita tamen cautela, et ex rationabili causa.

Tandem animadvertit Consultor nonnulla alia in novis statutis omitti, uti de socio in egressu assignando; alia admitti, uti de vestiario et de peculio privato et cetera quae ad normam Tridentini et Apostolicarum praescriptionum minime substineri possent.

VOTUM SECUNDI CONSULTORIS. Etiam Consultor alter consentit approbari posse in sua generalitate nova Crucigerosum statuta, exceptis duabus modificationibus. Quarum prima respicit recitationem horarum canonicarum, altera vero clausuram con ventorum.

Duas hasce modificationes haud sustineri posse tuta conscientia censuit Emus Antistes pragensis , et cum eo uterque consultor. Nam immutatio quae respicit recitationem £ ararum canonicarum legitima haud fulcitur consuetudine, argumentis falsis aut absurdis innititur.

Quoad clausuram pariter uterque consultor in sententiam ivit Emi Archiepiscopi Pragensis. Nam certum est Crucígeros, veros esse religiosos; qui solemniter ligantur tribus votis fundamentalibus , quique uti tale? habentur ab Ecclesia. Et sicuti ceteri tenentur religiosi ad observantiam legum illarum quas tum sacri canones, tum pontificiae constitutiones pro omnibus generaliter constituerunt. Inter quas leges praecipue recensetur lex clausurae, in cuius favore Bened. XIV in Bulla ***Regularis disciplinae*** habet : « providis saluberrituisque constitutionibus , ordinationibus-

» que, sub poena etiam excommunicationis latae senten-
» tiae, feminis quibuscumque aditum ingressumque intra
» Monasteriorum clausuram interdixerunt ».

Quoad alias Statutorum immutationes, quas dixit minoris momenti, varias fecit animadversiones, et proposuit variationes consultor; sed cum Emo Archiepiscopo et altero Consultore censuit novis Statutis non esse denegandam Apostolicam approbationem in forma communi , peractis tamen nonnullis variationibus. Hisce aliisque per consultores animadversis, sequentia proposita fuere enucleanda

Dubia.

I. ***An et quomodo approbari debeant modificationes pei - actae a Capitulo generali anni 1879 quoad veteres constitutiones in casu.***

Et quatenus affirmative ad secundam partem

II. ***An et qualis provisio capienda sit quoad recitationem divini officii et clausuram in casu.***

III. ***An et quomodo excipiendae sint aliae accessoriae modificationes, a Rrhis Consultoribus propositae, praecipue quoad approbationem in forma specifica in casu.***

RESOLUTIO. Sacra Congr. Ep. et eg. die 27 Aprilis 1883, omnibus rite perpensis, censuit respondere:

Ad I. ***Negative et ad mentem: mens est ut servetur regula s. Augustini in sua prima ordinatione, recitetur divinum officium in communi, observetur clausura iuxta sacros canones, s. Concilium Tridentinum et Constitutiones Apostolicas; et induatur habitus religiosus. (I) In reliquis dilata.***

(1) Inter alias modificationes cap.VII p. 5, loco tunicae additur habitus et vestis civilis iuxta locorum, rerumque circumstantias, in quibus plures confratres versantur Cui tnodificationi opponitur Trid. Sess. 14 cap. 6 de ref. *u* Quia vero etsi » habitus non facit monachum, tamen » clericos vestes proprio congruentes or- » dini semper deferre . . . . »

4d II. ***Provisum in primo.***

Ad III. ***Dilata.***

Ex QUIBUS COLLIGES:

I. Duplicem esse, ex dd. confirmationem quae Constitutionibus Regularium accedere potest ex benignitate Apostolicae Sedis, nempe ***in forma communi*** et ***in forma specifica.***

II. In forma communi confirmari statuta quae non singulatim examinantur, neque a Pontifice probantur ***motu proprio et certa scientia*** et solum conditionate ; nempe si iuste, canonice ac provvide facta sint, ac non adversentur sacris canonibus, Tridentino, et Constitutionibus Apostolicis.

III. In forma specifica confirmari, cum praemittitur causae cognitio, singula statuta diligenter expenduntur, nulla adiicitur conditio, sed accedit Apostolica auctoritas cum clausula ***motu proprio*** atque ***ex certa scientia.***

IV. Constitutiones approbatas in forma specifica induere naturam legis pontificiae; constitutiones confirmatas in forma communi, hanc naturam non induere, et deleri possunt a statuentibus.

V. Religiosos Ordinis regularis teneri ad observantiam clausurae, et ad recitationem horarum canonicarum in communi dubitari a nemine posse, post Tridentinas sanctiones et Apostolicas constitutiones, ad id editas. (1)

VI. Crucígeros in themate esse veros religiosos Ordinis regularis omnia suadent; quia eisdem nihil desit ex his quae regularem Ordinem constituunt.

(l) Religiosos solemniter proiessos teneriad officii divini recitationem incuoro, eruitur etiam ex responso dato a Pio IX in audientia 6 Angusti 1858. A Magistro generali ordinis Praedicatorum propositum fuit dubium: « An professi votorum simplicium teneantur ad officium divinum ». Cui dubio responsum fuit : « Non teneri ad privatam recitationem divini officii; *debere tamen choro interesse, ut solemniter professi* ». Vol.XV pag. 250 harum ephem.

EX S. CONGREGATIONE DE PROPAGANDA FIDE

LITTERAE circulares, quibus graviter monentur familiae Religiosae, quae Orientalium Missionum curam susceperunt, ut oxigant **studium linguarum, quae necessariae sunt in hunc finem, ab illis qui huic s. ministerio mancipare se velint.**

iteverendissime Pater,

Quandoquidem, miserante Deo, ostium ad conversionem haereticorum et schismaticorum quotidie latius aperiri dignoscitur; et regiones iam albae ad messem videntur, oportet eos praeprimis qui ab Apostolica Sede ad hoc opus procurandum mittuntur, prudenti usos oeconomia, collatisque viribus et consiliis alacrius coeptis insistere, satagentes ne umquam ea careant scientiarum ac litterarum cognitione, quae in diversis missionum locis necessaria est ad apostolicum munus rite ac utiliter obeundum. Cum enim fides, docente Apostolo, per auditum sit, auditus per verbum Christi, nemo autem credat nisi audiat praedicantem, necesse est hunc eo uti sermone quam auditores probe noverint et intelligant. Nisi enim, ait apostolus Paulus (I. Corinth. XVI. 9), *vos per linguam., manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo; et nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus; et qui loquitur, mihi barba" rus.* Quamobrem in Ecclesiae primordiis divinitus et praeter ordinem factum est, ut apostoli omnia loquerentur genera linguarum; quarum notitiam in illis rerum adiunctis humano studio assequi non poterant. Ecclesia autem constituta, tale subsidium non a Deo praeter ordinem expectandum fuit, sed humano labore atque industria comparandum. Quare nil crebrius atque instantius ab Apostolica Sede desideratum est, expetitum, iussum, quam ut missionarii tempestive addiscerent et probe callerent linguas, quibus populi ab ipsis erudiendi uti consueverunt; eamque ob causam plura S. Congreg, de Propaganda Fide decreta prodierunt, quae etiam apostolicarum mis-

siccum collegia respiciunt, in quibus religiosi viri ad christianam fidem catholicamque religionem propagandam mittendi opportune instituuntur. Etsi vero in calamitosis hisce temporum adiunctis ea vix, aut ne vix quidem, consistere possint, non tamen necessaria media volentibus et conanti bus deficiunt. Nulla enim est ferme ex celebrioribus Europae urbibus, in qua nive ad commercii negotia utilius procuranda, sive ad diplomaticas relationes tutius fovendas, Orientalium linguarum scholae desiderentur.

Has vero praevertisse visa est Apostolica Sedes, quandoquidem post editum oecumenici concilii Viennensis decretum de orientalium linguarum cathedris apud praecipuas nonnullas universitates instituendis, eas in Pontificio romano Athenaeo erexit, atque ad novissima haec tempora, quoad licuit, fovit atque aluit. Novissime vero s. m. Pius PP. IX. sollicitus quam qui maxime de Ecclesiarum ritus orientalis miserrima conditione relevanda, hoc etiam in earum utilitatem sancivit, ut peculiares linguarum quae apud illas usurpantur cathedrae in hac alma Urbe extarent, in quibus tum litteralis tum vernacula earum loquendi atque scribendi forma traderetur; quod sacrae huius Congregationis cura ac studio in aedibus s. Apollinaris penes Pont. seminarium romanum iampridem factum est. Hac ratione provide consultum fuit procurandis eidem Congregationi fidelibus doctisque interpretibus, at^ue etiam missionariis citius atque utilius instituendis. Decessoris sui vestigiis inhaerens SSmus D. N. LEO div. prov. PP. XIII, studiosissimi^ et Ipse restituendi iamdiu discissam apud orientales Ecclesias catholicam unitatem, tanto operi adiutricem manum strenue admovit, dato etiam mandato, ut solertissimi ex earumdem scholarum auditoribus, cura sacrae huius Congregationis, in Orientem mittantur, ut linguas, ritus moresque ecclesiarum orientalium ipsi coram audiant, inspiciant, penitus addiscant. Quo scholarum praesidio si usi fuerint qui sacris missionibus in illis regionibus obeundis se devovere intendunt, celerius atque utilius diversas quae illic usurpantur linguas callebunt, et ubi ad praestituta sibi loca devenerint, servi inutiles diu non erunt, verum sacris sui' ministeriis citissime perfungi poterunt.

Quam ob rem sacra haec Congregatio pro negotiis orientalibus universos moderatores religiosarum familiarum, quae orientalium missionum curam susceperunt, sedulo graviterque monet, ut studium linguarum, quae eum in finem necessariae sunt, ab iis omnino exigant qui ad sacrum illud ministerium incumbere velint. Missio-

num autem Praefectis mandat, ut id ipsum severe exigant; et quos noverint desides in hac sui muneris parte adimplenda, huic s. Congregationi denunciare non morentur. Demum RR. PP. DD. delegati apostolici pro suo munere ad omnimodam praemissorum exequutionem ad vigilabunt, et memoratam s. Congregationem edocere non praetermittent.

Hisce praesidiis, praeter alia, instructi apostolici viri, quibus datum est catholicae fidei veritatem atque unitatem promovere, ad animarum salutem procurandam quotidie magis incumbant, minime dubitantes quin misericors Deus opus quod coepit perficiat, confirmet solidetque, et Ecclesiam catholicam aberrantibus ovibus in unicum Christi ovile adductis, nova iugiter filiorum accessione laetificet.

Datum ex aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 22 iulii 1888.

IOANNES CARD. SIMEONI *Praefectus.*
SERAPHINUS CRETONI, *Secretarius pro Neg. orientalibus.*

EX AEDIBUS VATICANIS

TRIBUNALIA PONTIFICIA IN VATICANO

Statuta praeliminaria pro dirimendis controversiis, contractuum causa enatis, cum administratione Aedium Vaticani.

1. Sono deferite al giudizio delle Commissioni istituite col riferito *Motu-Proprio* le controversie provenienti dai contratti relativi alle diverse aziende della Casa Pontificia, e che sono di ordine interno della medesima.

2. Queste controversie saranno trattate avanti le suddetta

1. Iudicum collegiorum, quae per MOTUM-PROPRIUM, *iam relatum, (i) constituta sunt iudicio deferunturlcontroversiae e contractibus exsurgentes, qui ad varia Domus Pontificiae negotia spectant, quique internum eius ordinem attingunt.*

2. *Huiusmodi controversiae coram Hsdem Iudicum collegiis*

(Ij Recole Vol. XV, pag. 193.

COMMISSIONI COLLA PROCEDURA STABILITA DAL REGOLAMENTO GIUDIZIARIO GREGORIANO, DI CUI NEL *Motu-proprio* 10 NOVEMBRE 1834, Dell' EDITTO 25 LUGLIO 1835 ED IN ALTRE DISPOSIZIONI RELATIVE, MENO IN QUELLE PARTI ALLE QUALI ESPRESSAMENTE È PROVVEDUTO COL PRESENTE REGOLAMENTO; E SARANNO GIUDICATE A NORMA DELLA LEGISLAZIONE PONTIFICIA.

agentur eo iure eaque forma, quae in Lege iudiciaria Gregoriana (cuius mentio et in MOTU-PROPRIO *diei X Novembris, anniMDCCCXXXIV et in Edicto d. XXV Iulii an. MDCCCXXXV, aliisque his similibus ordinationibus) statuta, fuit; praeterquam in iis, quibus hac prae-* senti lege expressim consultum est, quaeque Pontificia iudiciorum forma definientur**

Ordinamento delle Commissioni

3. LE COMMISSIONI DI PRIMO E SECONDO GRADO AVRANNO UN PRESIDENTE DI NOMINA DI SUA SANTITÀ TRA I TRE PRELATI CHE LE COMPONGONO. DI QUELLA DI TERZO GRADO È PRESIDENTE MONSIG. UDITORE GENERALE DELLA R. C. A. IN CASO DI MANCANZA, ASSENZA, O IMPEDIMENTO DI ALCUNO DEI PRESIDENTI, NE ESERCITERÀ LE FUNZIONI IL PRELATO PIÙ ANZIANO DI NOMINA NELLA RISPETTIVA COMMISSIONE.

4. A CIASCUNA COMMISSIONE SARÀ AGGIUNTO UN PRELATO COL TITOLO DI SUPPLENTE, A NOMINA DI S.ia -SANTITÀ. I SUPPLENTI, CIASCUNO NELLA PROPRIA COMMISSIONE, FARANNO LE VECI, CON VOTO DECISIVO, PEL GIUDICE MANCANTE.

5. ALLE COMMISSIONI SARÀ ADDETTO UN SEGRETARIO.

ORDINATIO COLLEGIORUM IUDICUM

3. Iudicum collegia primi et secundi gradus Praesidem habebunt, qui a Pontifice nominatur inter Praesules, quibus haec eadem collegia constant: collegio autem iudicum tertii gradus praeerit R. P. D. Auditor generalis Ii. C. A. Deficiente autem, vel absente, quavis de causa, aliquo ex Praesidibus, eius vices geret senior Praesulum, a suo quisque Ordine nominandus.

4. Cuique Iudicum collegio adiicietur Praesul, suppletivis nomine, a Pontifice designandus. Hae ratione ct hoc nomine suffecit', iudicis absentis, suffragio definitivo praediti, vices gerent.

5. Iudicum collegiis Secretarius adtribuetur.

Della procedura

6. LE CONTROVERSIE DEFERITE AL GIUDIZIO DELLE COMMISSIONI SA-

DE IUDICIORUM FORMA

6\ *Controversiae adiudicium collegiorum iudicum delatae,*

RANNO IN TI ODO ITE E TRATTATE COL MEZZO DI MEMORIE.

7. LE MEMORIE, QUALUNQUE SIA LA DOMANDA CHE SI PROPONE, DEBBONO CONTENERE QUANTO PER LE CITAZIONI SI RICHIEDE DAL REGOLAMENTO GIUDIZIARIO GREGORIANO 10 NOVEMBRE 1834.

8. LA MEMORIA, COI DOCUMENMENTI GIUSTIFICATIVI DOVRÀ ESIBIRSI OL SEGRETARIO DALL'ATTORE, O DAL SUO PROCURATORE APPROVATO DALLA COMMISSIONE; IL PROCURATORE VI UNIRÀ IL MANDATO SPECIALE COLLA FACOLTÀ DI ELEGGERE IL DOMICILIO, CHE DOVRÀ SEMPRE ESSERE ELETTO IN ROMA.

9. IL PRESIDENTE DELLA COMMISSIONE SCRIVERÀ A PIEDI DELLA M; MORIA LA SUA ORDINANZA PERCHÈ VENGA COM ¡NICATA ALL'ALTRA PARTE, O PARTI: ASSEGNERÀ UN TERMINE PIÙ O MENO BREVE, SECONDO LE CIRCOSTANZE PER ESIBII E LA RISPOSTA.

LA RISPOSTA sua ESIBILA NELLO STESSO MODO, C NELLE LO; ME CHE SONO PRESCRITTE NEL PARAGRAFO PRECEDENTE.

10. LA REPLICA , E LA DUPLICA SI ESIBIRANNO EGUALMENTE AL SEGRETARIO , ENTRO IL TERMINE DA STABILIRSI DAL PRESIDENTE.

LE M MORIE E LE RISPOSTE NON POTRANNO ECCEDERE IL N MERO DI TRE FOGLI, RAGGUAGLIATI A ST MPA (SESTO ORDINARIO), LE REPLICHE R LE DUPLICHE NON ECCEDERANNO IL NUMERO UI DUE LOGLI, raggila-

per libellos memoriales exhibebuntur, et expedientur.

7. Hi libelli memoriales quidquid per illos expetatur, omnia contineant, quae pro vocationibus, in lege iudiciaria Gregoriana diei X Novembris ann. MDCCCXXXI V, praescribuntur.

8. Libellus memorialis cum documentis, quibus petitio innititur, Secretario exhiberi debet ab Actore, vel ab huius Procuratore per collegium adprobato: Procurator adiiciet speciale mandatum cum eligendi domici Iii facultate, quod quidem Romae semper erit elige n dum.

9.Collegii Praeses,in calceli belli memorialis suam¡orablationem scribet, ut alteri parti vei partibus nota fiat ; eique terminum plus m inusvebrevem prae figet, iuxta tempor is locique adiun ct a,ad responsionem deferendam

Quae quidem responsio eodem jnodo eademque forma exhibebitur, quae in praecedenti paragrapho pra eser ibit ur»

10. Contrascripta item, et duplicata exhibebuntur Secretario, infra dierum terminum a Praeside designandum.

Libelli memoriales ac responsiones Iri um foliorum numerum, juxta ea folia, quae typis exarata, mensura ordinaria, e prelo prodeunt, non excedant. Repetita et Duplicata duo folia non excedant, comparata ut supra Pro petitionibus incident<bus,

GLIATI COME SOPRA. PER LE DOMANDE INCIDENTALI LE MEMORIE E LE RISPOSTE SARANNO CONTENUTE IN UN SOLO FOGLIO, RAGGUAGLIATO COME SOPRA.

11. LE MEMORIE PRIMORDIALI EOI DOCUMENTI RESTERANNO NELLA SEGRETERIA. DELLE MEDESIME COI RELATIVI DOCUMENTI, DELLE RISPOSTE, E REPLICHE SE NE ESIBIRANNO TANTE COPIE CONFORMI, QUANTI SONO COLORO CHE DEBBANO RISPONDERE ED I GIUDICI CHE DEBBANO DECIDERE LA CONTROVERSIA.

12. LE COMUNICAZIONI ALLE PARTI SI FARANNO DAL SEGRETARIO , PREVIO SEMPLICE AVVISO DA TRASMETTERSI AL DOMICILIO ELETTO.

13. TRASCORSI I TEIMINI ASSEGNATI LA COUIMISIONE DARÀ IL SUO OPINAMENTO MOTIVATO , ACCORDANDO UN NUOVO TERMINE PER RISPONDERE , O REPLICARE, E DAL SEGRETARIO SE NE DARÀ COMUNICAZIONE ALLE PARTI , COME AL § 12. SI DICHIARA PERÒ, CHE T OPINAMENTO AVRÀ LUOGO SOLTANTO PER LE DOMANDE SUL INERITO DELLA CAUSA E NON PER GLI INCIDENTI.

TRASCORSO IL NUOVO TERMINE , LA COMMISSIÓNE EMANERÀ LA DECISIONE DEFINITIVA , ANCORCHÉ ALCUNA DELLE PARTI NON ABBIA SODDISFATTO A QUANTO LE INCOMBE.

14. *V* ESTRATTO D' OGNI DECISIONE A CURA DEL SEGRETARIO, SARÀ PARTECIPATO ALLE PARTI, AI

seu decessor iis, libelli memoriales et responsiones uno folio continebuntur; comparato ut supra.

11. Libelli memoriales primo exhibiti cum documentis penes Secretariam manebunt. Memorialium cum relativis documentis,nec non responsionum, et repetitionum tot deferenda erunt exemplaria, primis conformia, quot sunt qui respondere debent, et iudices qui controversiam definituri sunt.

12. Comunicationes utrique parti contendenti per Secretarium fient, praevia simplici admonitione ad domicilium transmittenda.

13. Elapsis terminis praefixis Collegium suum votum cum eiusdem motivis edet, novo concesso termino, ad respondendum, vel iterum repetendum: omnia haec a Secretario utrique contendentium, parti nota fient, ut in paragrapho XII. Declaratur tamen quod huiusmodi votum locum habebit tantummodo in postulationibus circa MERI TUM *causae, non item vero circa accessoria, seu incidentia.*

Novo elapso termino, Collegium suam definitivam sententiam proferet, etiamsi alterutra contendentium pars, ea quae praestare deberet, omiserit.

14. Summarium cuiusque Decisionis per Secretarium utrique contendentium parti, vel earum Procuratori, in domici-

loro procuratori nel domicilio eletto: sarà anche alìisso nella Segreteria, e nel partecipare ad essi l'estratto, il Segretario enuncierà il giorno dell'affissione.

Ho quod unaquaeque sibi elegit, exscriptum mittetur: ad fige tur etiam in secretaria diemque affixionis Secretarius, dum Summarium iisdem contendentibus exhibet, una denunciabit.

Dell' appello

DE APPELLATIONE.

15. La parte che vorrà appellare, se la decisione sia appellabile, dovrà esibirne la dichiarazione sottoscritta da essa, o dal suo speciale Proculatore, al protocollo della Commissione, che ha pronunziato la decisione.

Le decisioni interlocutorie, o sopra domande incidentali non sono appellabili se non imitami* nie alla decisione definitiva sul merito, se, come e quando questa sia appellabile. Tali decisioni quantunque volontariamente eseguite non recano pregiudizio al m-rito della causa.

16. L'appello dovià interpoli nel termine di sei mesi dal giorno dell'amissione dell'estratto nella Segreteria: scorso questo teimne sarà perento il diritto di appellare.

17. Il Segretario entro trenta giorni dall' interposto appello dovrà trasmettere di officio a Presidente della Commissione di appello il fascicolo contenente le memorie delle parti, i documenti, e tv. Ili

15. Quae contendentium pars appellare velit f si quidem lata sententia eiusmodi sit, quae appellationem admittat), declarationem a se, vel a suo Procuratore subsignatam exhibere debebit apud regestum, illius collegii qui sententiam dixerit.

Decisiones interlocutoriae ¡ aut supra postulationibus circa incidentia appellationem non admittunt, nisi coniunctim cum Decisione definitiva super merito, *quatenus, quomodo, et quando haec appellationem admittat. Huiusmodi autem Decisiones, quamvis sponte adimpletae merito causae haud o/fidunt,*

16. Appellatio intra sex mense a die, quo summarium Decisionis \in Secretaria a f fixum fuit, interponenda est: quo elapso termino, appellandi ius peremptum erit.*

17. Secretarius infra triginta dies ab interposita appellatione, Praesidi collegii apud quod appellatio facta est, fasciculum, quo libelli memoriales, partium documenta a et iisque omnes in collegio iudicum primi gradus confecti, contineantur, ex officio

GLI ATTI INTERVENUTI IN PRIMO GRADO.

QUESTA TRASMISSIONE COSTITUISCA LA PROSECUZIONE DELL' APPELLO.

18. PRESSO LA COMMISSIONE DI SECONDO GRADO SI OSSERVERANNO LE MEDESIME REGOLE SOPRA STABILITE PEL PRIMO GRADO.

19. QUANDO COMPETA UN NUOVO APPELLO DOVRÀ INTERPORSI NEI MODI , E NEI TERMINI STABILITI NEI §§. 16 , LU E NEL RESTO SI OSSERVERANNO IN TERZO GRADO LE REGOLE PRESCRITTE PEL SECONDO, i

20. LE DECISIONI EMANATE IN TERZO GRADO SONO IRRETRATTABILI, E CONTRO LE MEDESIME NON COMPETE ALCUN RECLAMO, NEPPURE IN VIA DI NULLITÀ.

21. È DATA FACOLTÀ ALLE COMMISSIONI DI ESEGUIRE LE LORO DECISIONI COL PROCEDERE, OVE NE SIA IL CASO ALL'ESAME DEI TESTIMONII RICEVERE GIURAMENTI DECISORI, O SUPPLETORI, NOMINARE PERITI, DEROGANDO PER QUESTA PARTE A QUANTO VIENE PRESCRITTO DAL REGOLAMENTO GIUDIZIARIO 10 NOVEMBRE 18IM, DALL'EDITTO SUL CONTENZIOSO AMMINISTRATIVO 25 LUGLIO 1835 , E DA ALTRE DISPOSIZIONI RELATIVE.

transmittet. Quae quidem transmissio Appellationis prosecutionem constituit.

18. Penes collegium secundi gradus eaedem Regulae servabuntur, quae superius pro collegio primi gradus statutae sunt.

19. Quando appellationem iterare liceat, iisdem et modis et terminis ea interponenda erit, quae in paragraphis XV et XVI praescribuntur; quo *ve" ro ad cetera, servabuntur in tertio gradu eaedem regulae, quae pro secundo constitutae sunt.*

20. Sententiae in tertio gradu prolatae irrevocabilem sunt et adversus easdem non datur ulla appellatio, neque in "Ham nullitatis.

21. Collegiis Iudicum datur facultas suas sententias exequendi procedendo, si opus sit, ad xamen testium,recipiendo iuramenta decretoria aut suppletòria, designando artis peritos, derogando, quoad hoc, iis omnibus, quae in Lege iudiciaria edita die X. Novembris anni MD CCCXXXI V.et in Edicto super negotiis contentiosis administrativis, dato die XX V Iulii ann. MDCC CXXX V., r Hisque in statutis his similibus, praescribuntur.

EX 8. CONGREGATIONE RITUUM

DECRETUM

Papien. confirmationis cultus ab immemorabili tempore praesul servo dei SEVERINO BOETIO, philosopho martyri sancto nuncupato-

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boetius ex nobilissima inter Romanas Anicia familia progenitus, eximiae doctrinae laude floruit, sed multo magis Christianae pietatis studio extitit conspicuus. Divitiis affluens pauperes ac miseros liberalitate et benevolentia impense iuvit, philosophica et mathematica studia summopere coluit, theologicis quoque animum applicuit, de quibus disciplinis egregia etiam edidit volumina. Quum tot tamque insignia virtutis et ingenii argumenta praebuisset, primum a Theodorieo Gothorum Rege, qui tum Italiae sortes moderabatur , in Venatorum Collegium cooptatus, dein ad supremum consulatur honorem evectus est. Hisce autem auctus honoribus Severinus Boetius, haud neglecto, quo fungebatur, munere reipublicae gubernandae, curas omnes ad bonum Ecclesiae procurandum potissimum convertit. Quare Theodoricus tanti Viri praestantiam demiratus, eum singularis benevolentiae et aestimationis signis complecti non destitit.Verum quum Iustini senioris Imperatoris opera, res catholica in Arianorum perniciem re floresceret, Rex Theodoricus qui eousque Catholicos humanissime tractaverat ratus regnum suum haud stabile fore nisi Catholicam Religionem ulterius promoveret, et iustitiam in tuto collocaret, acerrimus , uti erat, Arianae haeresis sectator, ira efferbuit, et Catholicam Fidem subdolis artibus in sectandam sibi proposuit. Idcirco tres praecipuos Catholici nominis proceres perdere deliberavit, nempe Ioannem primum Summum Pontificem, Symmàchum Patricium et Severinum Boetium Consulem ; his enim de medio sublatis, reliquos Catholicae Fidei cultores animo facile deiectum iri arbitrabatur. Hinc regis imperio Ioannes Summus Pontifex comprehensus et Ravennani ductus, ibi in teterrimo carcere inedia aliisque aerumnis confectus obiit ; Symmachus autem

capite plexus est; et demum Severinus Boetius Ticinum deportatus ac in turri occlusus, gladio percussus occubuit. Eius vero corpus, veritus iniquus Rex ne illi a Catholicis cultus exhiberetur, uti Martyri, clam tumulari praecepit. At paulo post Theodorico e vivis erepto, cives Ticinenses corpus Severini Boetii in Basilicam Beato Petro Apostolorum Principi dicatam, et nomine ad caelum aureum distinctam transferre, et honorifico sepulchro condere curarunt. Exinde sacras hasce exuvias, non secus ac Martyris, Catholici venerari ceperunt; proindeque cultum Severino exhibitum ab eius obitu originem duxisse ex probatissimis monumentis satis evincitur.

Haec quidem iure meritoque permoverunt Ticinenses cives aliosque plurimos, praesertim doctrina praestantes , ut huiusmodi cultus, ob eam, quam praefert, nobilitatem insignemque vetustatem, ab Apostolica Sede confirmatio postularetur. Quibus tandem votis obsecundare maxime cupiens hodiernus Ticinensis Episcopus ordinaria potestate constructis processualibus tabulis de immemorabili eodem cultu affirmativam iuridicam sententiam dicere minime dubitavit, eamque supremae Apostolicae Sedis iudicio de more subiecit. Hinc postquam ea , quae a sa. me. Urbani Papae VIII constitutione sancita sunt, rite praestita fuere, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die penes Vaticanas Aedes habitis , Emus et Rmus Dominus Cardinalis Lucidus Parocchi, Causae huius relator, sequens proposuit Dubium: *u An sententia, lata a Reverendissimo Domino Episcopo Papiensi sit confirmanda in casu, et ad effectum de quo agitur? »*

Eminentissimi porro et Reverendissimi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurato examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. *D.* Augustino Caprara, sanctae Fidei promotore, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu sententiam esse confirmandam.* Die 15 Decembris 1883.

Facta postmodum de praemissis per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII fideli relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit die iisdem Mense et Anno.

D. CARD. BARTOLINIUS S. R. C. PRAEFECTUS.

L. * S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

EX SACRA CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

DECRETUM

quo dies determinantur, quibus Cuordigeri recipere queunt absolutionem generalem et benedictionem papalem.

B. Pater,

Quum Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita Decreto dato 22 Martii 1879, a SSmo Dno Nostro Leone Papa XIII approbato, constituerit Chordigeris loco Absolutionis generalis dari solitae alumnis nonnullorum Ordinum vere Regularium, Plenariam Indulgentiam esse concedendam quater in anno diebus a Summo Pontefice designandis et pro communicatione bonorum operum cum Sodalibus Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis pariter quater in anno. Papalis vero Benedictionis privilegium semel in anno tantum, Praeses Generalis pii operis, a S. Francisco Salesio nomen habentis, supplex adit Sanctitatem Vestram, ut dies, quibus praefati Chordigeri, quorum plurimi adnumerantur inter Sodales praedicti pii Operis S. Francisci Salesii, gaudere possunt plenaria Indulgentia loco Absolutionis generalis, nec non privilegio Benedictionis Papalis clementer designare dignetur.

Quam gratiam, etc.

Sanctissimus Dnus Noster Leo Papa XIII in Audientia habita die 26 Maii 1883 ab infrascripto Substituto Secretariae S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne indulsit ut Chordigeri praefata Indulgentia, necnon communicatione bonorum operum elargienda iuxta formulam praescriptam ab hac S. Congregatione Indulgentiarum decreto diei 25 Februarii 1739 incipiendo ab iis verbis: *u* Communicamus vobis, Fratres, orationes, ieiunia, etc., *n* gaudere valeant diebus festis S. Francisci Assisiensis, S. Clarae Virginis, S. Antonii Patavini et SS. Stigmatum, S. Patris Francisci; privilegio autem Benedictionis, nomine Summi Pontificis elárgiendae in festo Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti per aliquod temporis spatium iuxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sac. Cong. Die 26 Maii 1.883

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO, PRAE**CTUS

IOSEPH M. CAN. COSELLI, *Substitutus.*

EX AEDIBUS VATICANIS

LITTI UE Emi Cardinalis Ludovici Iacobini Secretarii Stat[1]is ad Apostólicos Nuntios de nuperrima sententia civilium Tribunalium quoad bonorum S. G. de Propaganda Fide conversionem.

Jllmo e Rmo Signore.

Dai publici fogli V. S. Illma e Riña avrà appreso certamente la notizia della sentenza definitiva pronunciata da questa Corte di Cassazione, colla quale si dichiara la sacra Congregazione di *Propaganda Fide* soggetta alla legge della conversione dei suoi beni immobili.

Non posso quindi dispensarmi dal manifestare a V. S. le considerazioni gravissime che ispira questo nyovo attentato alla dignità ed alla libertà d'azione della S. Sede, di cui la Propaganda rappresenta il più nobile ed efficace mezzo per la propagazione della fede, e con essa, della civiltà.

L'origine e la natura di questa venerabile istituzione rende manifesto come la sentenza di spogliazione pronunziata contro la medesima colpisca direttamente il Papato nella sua azione apostolica, e nell'uso dei mezzi che a quella si attengono.

Dai documenti della sua fondazione si rileva chiaramente averla i Romani Pontefici, fra i quali primeggiano Gregorio XV ed Urbano VIII, considerata come una emanazione del loro *Supremo Mìnistero Apostolico:* doversi perciò la

Praeclarissime Prae.-ul.

Per publicas ephemerides te iam cognovisse certissime arbitror de sententia a supremo Consilio causis rerum iudicatarum dirimendis, Romae constituto, nuper lata; qua sacra Congregatio christianae Fidei propagandae praeposita, bonorum , quae possidet, immobilium conversioni, ut aiunt, et ipsa subiacere decernitur.

Equidem operae pretium duco ac prorsus necessarium eos tibi mentis cogitatus exponere, quos suggerit hic tam novus, quam impudens Italici Gubernii ausus contra dignitatem libertatemque Sedis Apostolicae, cuius eadem Congregatio, maxime omnium nobile atque praeclarum instrumentum est ac subsidium ad Fidem Christianam propagandam, gentesque civilibus moribus informandas.

Huius venerabilis institutionis origo et natura apprime demonstrat, quam haec eoopoliationis sententia, contra eam lata s. Petri Sedem recta percellat, eiusque Apostolicam actionem praepediat, quominus mediis, quae ad ipsam referuntur, ut par est, utatur. E documentis insuper suae fundationis manifeste patet, Romanos Pontifices, inter quos , et quidem praecipue, Gregorium XV et Urbanum VIII ar buratos fuisse eamdem congregationem quamdam supremi sui ministerii Apo stolici emanationem; ac proinde

Propaganda tenere in conto d'istituzione eminentemente cosmopolita nel!' orbita della sua azione: suo scopo finale essere la propagazione della fede, cioè della verità: i mezzi a lei largamente donati dovere esser indiritti, secondo la volontà dei pii donatori, al conseguimento di tal fine : e quindi il suo patrimonio appartenere alla grande famiglia cattolica.

Dalle quali considerazioni è agevole l'inferirne, che la Propaganda rappresenta la più splendida e la più efficace creazione del Papato, per aver pronti e per mettere in opera i mezzi principali volti a compiere la sua missione divina di propagare la fede e la civiltà fra tutte le genti.

In qual guisa la Propaganda abbia corrisposto a tale destinazione, lo attestano gli Annali delle sue missioni,! quali hanno registrati i prodigi operati dall Apostolato cattolico dal Thibet alla Scandinavia , dall'Islanda alla Cina, e principalmente nelle due Indie.

Gli scrittori, anche eterodossi, hanno riconosciuto che l'azione assirailatrice, la quale partendo da questo centro s'irradia sulle più remote regioni, ha prodotto ovunqrie le pacifiche conquiste della religione e dell'incivilimento.

E qui, a maggiormente constatare il carattere universale della Propaganda, vuoisi rilevare che i Romani Pontefici non solamente scorsero con questa istituzione alla conversione dei pagani, ma altresì a fare rifiorire quelle Cristianità che lo scisma di Fozio e l'errore avevano miseramente corrotte

hubenäßWi esse (intra suae actionis confinia) tamquam institutionem eminenter cosmopolitam ; eius tandem institutum esse Fidei seu christianae veritatis propagationem; media, quae ei large attributa sunt, ad hunc fin-em obtinendum adhibenda esse, iuxta piorum fidelium largientium volun tatem; ac ideo eius patrimonium ad universam familiam catholicam pertinere..

Ex his quae hactenus exposui facile est deducere, Congregationem, cui a Christiana Fide propaganda nomen est, divinam Romani Pontificatus constitutionem sublimiori atque efficaciori modo quam plerasque alias id generis institutiones, praeseferre , quod ipsi suppetant ea media, quae in primis valida atque idonea iure existimantur ad missionem rite complendam eidem Romano Pontificatui divinitus traditam, Fidei Christianae in omnes nationes propagandae, easque civilibus moribus informandi.

Quam vero satis superque eadem Congregatio huic divino mandato continenter satisfecerit, id sacrarum Missionum annales testantur, qui prodigia referunt per Evangelii praecones patrata in Tibetam,in Scandinavia, in Thüle, in Sinis, aliisque regionibus permultis ; praesertim vero in utrisque Indiis.

Ipsimet scriptores heterodoxi saepe numero testati sun' vivam ac praepotentem actionem, quae a romana Ecclesia tamquam e centro ad plagas usque remotissimas se extendit, pedetentim ac pacifice barbaras plerasque nationes religiosas civilesque effecisse.

Sed hic quo melius patefiat natura eiusdem Congregationis a propaganda fide erga omnes mundi nationes, iuvat sedulo observare , Romanos Pontifices per hanc maximam institutionem non ^laborasse solummodo ut barbaras

Di che basti rammentare la generosa dotazione del Cardinale Antonio Barberini, il quale volle fondarvi dodici posti per Georgiani, Persi, Melchiti e Copti, sette per Etiopi e sei per Indiani e Armeni.

Or bene, una Istizutione di tal natura - che nella sua origine, nella sua indole, nella sua azione, nel suo patrimonio e nella sua storia — si appalesa essenzialmente universale e cosmopolita - si pretende sottoporre alle leggi particolari d' un *governo*, al giudizio d'un *tribunale* locale, che dichiarandola incapace di possedere giuridicamente, la spoglia delle sue proprietà.

Non bastava pertanto l'aver costretto la Propaganda a trascinarsi lungamente dinanzi ai tribunali ed a subire i gravissimi carichi di una lite dispendiosa. Non bastava l'averla assoggettata al pagamento di enormi tasse, che assorbiscono pressoché la quinta parte dei suoi redditi annui, sottratti con ciò alla lóro salutare destinazione. A nulla valsero gli uffizii benevoli di personaggi : a nulla approdarono i tentativi di rendere men dura la sua situazione giuridica ed economica: non si tenne alcun conto degli irrefragabili argomenti allegati nelle sentenze a lei favorevoli, dettate in altre sedi di giudizio, e che meritarono l'approvazione di tutti gli onesti: la stessa volontà formale di un augusto personaggio non fu rispettata oltre la tomba! Si direbbe quasi che una forza occulta aveva decretato la spogliazione della Propaganda, appunto perchè essa è l'incarnazione più splendida del

regiones Fidei christianae subiicerent, sed etiam ut iam Christianae nationes, quas Orientale schisma et haeresis in adeo miseram,, qua versarentur , conditionem redegerat, reflorerent. Satis heic sit eximiam et largam dotis largitionem ab Eminentissimo Antonio Barberinio factam meminisse qui duodecim annui redditus assignationes peregit pro Georgianis Persis, Melchitis et Coftis ; septem pro Europaeis, sex demum pro Indis et Armenis.

Iam vero huiusmodi institutio quae ratione suae originis, suae constitutionis, suae actionis, sui patrimonii, suaeque historiae formam exhibet natura ipsa universalem, cosmopolitam; ea est quae modo Gubernii legibus peculiaribus ac Tribunalis localis iudicio subiici attentatur ; quod quidem eam ad iuridice possidendum inhabilem decernens, iis quae ipsa possidet expoliat.

Nec satis erat Congregationem propagandae christianae fidei institutam adegisse ut se rapi sineret de tribunali ad tribunal, et gravia litis iudiciique onerosi impendía subiret. Item satis non fuit immanibus eam vectigalibus solvendis subiicere , quae ferme quintam redditutim partem absorbebunt, beneficentiae videlicet operibus , quibus destinata erat , subtractam.

Nulla ratio habita est bonorum officiorum, quae per praeclarissimos viros praestita sunt: conatus omnes ad eiusdem conditionem cum civilem, tum oeconomicam tolerabiliorem reddendam, fútiles omnino atque supervacui cesserunt; flocci habita sunt argumenta invictissima exhibita in sententiis eidem favorabilius , ac honestis profecto quibusque viris comprobatis, nulla demum reverentia habita expressae defuncti Viri praeclarissimi voluntati. Ferme dicere cogeremur, ~viin quamdam occul-

Papato : e che dinanzi alia prepotenza di quella forza hanno dovuto spuntarsi tutti gli argomenti del diritto e della convenienza, hanno dovuto piegare tutte le rimostranze..

Ad affievolire il valore delle precedenti considerazioni, ed a scemare la responsabilità di cosi odiosa spogliazione, si vuol far credere che la Propaganda non ritrarrà alcun danno dalla applicazione della legge sulla conversione dei suoi beni immobili, dovendosi l'importo delle proprietà alienate rappresentare da altrettanta Rendita dello Stato, iscritta a suo favore, e potendo inoltre essa aumentare per l'avvenire il suo patrimonio coll'accettazione di nuovi cospicui lasciti. — Peraltro, a dileguare codesti sofismi, è ovvio, innanzi tutto, 1' osservare , che interdicendosi alla Propaganda il diritto di proprietà, la sua condizione giuridica si dichiara inferiore a quella di qualsiasi cittadino. Che se il diritto di proprietà guarentisce l'autonomia e la rispettabilità degli enti riuniti nel civile consorzio , quale oltraggio non si infligge alla Propaganda , col dichiararla inabile a possedere, e col renderla dipendente da un'altra istituzione , ehe a lei, semplice usufruttaria , e come per limosina, paga un reddito semestrale?

Ma prescindendo da questi riflessi di *ordine morale,* è contrario al vero, che la *condizione economica* della Propaganda non abbia a subire alcun danno dalla legge di conversione.

A quali condizioni sarebbe posta la Propaganda, se la rendita fosse

iam *ideo expoliationem Congregationis a propaganda christiana Fide decrevisse , quod ipsa sit omnium maxime illustris Romani Pontificatus manifestatio; contraque huius extraneae vis potentiam inutiles omnino fore quotquot tum iuris tum aequitatis, quae adduci possint, rationes; supervacuae omnes animadversiones.*

Ad vim minuendam earum rationum, quas ante protuli, attenuendamque tam invisae expoliationis sponsionem persuadere nituntur, Congregat ¿onemFidei Christianae propagandae nullum ex conversione, ut aiunt, bonorum suorum immobilium, per legem decreta , detrimentum subituram, quum aequivalens pecuniae summa, quae direptis bonis scilicet respondeat, exhibenda eidem sit per schedam quae referat annui redditus titulum in magno Italici Regni libro, eiusdem Congregationis seu Collegii nomine, inscrip/um; atque ipsimet sartum tectum ius sit proprii patrimonii augendi per legatorum, si quae deinceps contigerit, acceptationem.

Ad haec sophismata refutanda iuvat in primis animadvertere, interdicto Congregationi, cui a propagandachristianaFidenomen est, possidendi iure , iuridicam illius conditionem deteriorem fieri, quam quae sit cuiusque civis. Siquidem verum est proprietatis ius tutam facere autonomiam *dignitatemque tueri earum personarum, quae in hominum societate constitutae sunt , quam atrox iniuria est eamdem congregationem iure ad possidendum inhabilem edicendo, atque eidem, tamquam alii superari instituto subiectae, redditum sexto quoque mense solvere, ut qui usu rei tantum fructuque fruitur, et, aliqua etiam ratione, eleemosynae titulo ì*

Sed ut praeteream has moralis ordinis animadversiones, nec illud profecto verum est quod äs-

ridotta, o se ne sospendesse del tutto il pagamento, come è accaduto in altri Stati? Chi potrebbe assicurare che essa verrebbe esattamente ed integralmente pagata nell'ipotesi di crisi finanziarie, di guerreschi avvenimenti, e di sinistre everitualità? Si è forse dimenticato che per sola ragione di *rappresaglia* fu sospeso per molti anni il pagamento delle pensioni ecclesiastiche, che gravavano i beni indemaniati dal Governo Subalpino?

È poi della più alta importanza il rammentare, che la Propaganda p< r la sua condizione speciale e per soddisfare alle straordinarie esigenze della sua azione mondiale, è non di rado obbligata a disporre in parte anche dei suoi capitali, non essendo bastevoli al bisogno le rendite ordinarie. Co-I avvenne allorché si dovette sovvenire nelle recenti carestie ai cristiani della Cina e del Tonchino , e quando fu d'uopo soccorrere con ingenti somme alle gravissime condizioni del Vicariato di Costantinopoli.

Oltre a ciò lo sviluppo sempre maggiore del Cattolicismo fra gli infedeli, e la crescente facilità delle communicazioni, reclamano la fondazione di nuovi centri di missioni, e con esse di seminari, di collegi, di università, di vicariati, di prefetture apostoliche ; su di che basti il rammentare che sotto il glorioso pontificato di Leone XIII, già 18 nuovi Vicariati Apostolici furono eretti.

E fu per le accennate ragioni, ed a fine di meglio provvedere all'accresciuto movimento delie mis-

seritur. Congregationis a propaganda christiana fide oeconomicam *et ut aiunt,* materialem *conditionem, per bonorum eiusdem immobilium conversionem , salvam fore.*

Quid erit des. Congregatione cum huius annui redditus imminuti fuerint aut eorum solutio intercepta ac prorsus suspensa, quemadmodum in quibusdam aliis regionibus evenisse constat ? Quis spondere poterit eosdem annuos redditus si fides publica periclitetur, aerariumve deficiat; aut immineat ancipiti fortuna bellum , aut denique quodvis aliud infortunium forte contingat, accura'e atque integre solutum iri? Num e memoria excidit, nuper uno clarigationis nomine ac praetextu,, ecclesiasticarum pensionum provenientium ex bonis,quae aerario publico adiudicata fueran t, solutiones a Gubernio subalpino suspensas dilatasi ne fuisse ?

Praeterea maximi momenti est hic meminisse,Congregationem propagandae christianae Fidei, ratione ipsa specialis suae conditioni, et ut subveniat necessitatibus extraordinariis, quas eius actio, ut ita dicam mundialis, profecto amplectitur , cogi saepe ad ipsa capita dis trahenda,deque sortesna aliqua ex parte disponendum ; quum ordinarii reditus , quibusdam in adiunctis, impares necessitati sint: quod quidem contigit, exempli gratia, cum nuper annonae inopia christianos Sinarum et Tunkini populos vehementer afflixit: item cum gravissimis calamitatibus Vicariatus Apostolici Constantinopolitani, immani pecuniae summa collata, opem ferre necesse fuit.*

Insuper Catholicae Religionis inter Infideles explicatio, et cornunicationnm cum exteris quibusque gentibus facilitas continenter excrescens , novarum Missionum sacrarum fundationem exigunt; ac proinde etiam Seminariorum,

fioni, che il Pontefice Pio IX di sa: me: decretò di stabilire una Congregazione speciale della Propaganda per gli affari di Rito orientale con apposita Segreteria.

Avvertasi infine che nella Propaganda hassi a ravvisare non solamente il centro principale delle missioni, ma altresì una istituzione educativa e scientifica di primo ordine; in cui fiorisce un collegio di oltre a cento alunni colle relative cattedre di letteratura, di filosofia, di teologia, e di linguistica; e che possiede una ricchissima biblioteca, un museo assai pregevole ed una tipografia poliglotta.

Che se la Propaganda per sopperire alle ingenti spese richieste per tanti titoli è stata qualche volta obbligata a disporre di una parte de suoi capitali , la Provvidenza e la pietà dei fedeli non sono venute meno giammai a rifornire largamente il suo patrimonio.

Si cerca di opporre che la legge di conversione non impedisce alla Propaganda di aumentare il suo asse colla accessione di nuovi lasciti. Sia pure : ma ciò le viene consentito alla condizione che il governo l'autorizzi ad accettare ulteriori capitali. Siffatta condizione ê innanzi tutto sommamente umiliante per un'istituzione di tale natura, la quale viene astretta a mendicare dall' altrui consenso i suoi mezzi di sussistenza. Il governo poi prima di concedere tale autorizzazione vorrà verificare se le condizioni economiche della Propaganda siano tali da richiedere l'aumento del suo patrimonio. E cosi la Propaganda sarà sottopo-

Collegiorum, Universitatum, Vicariatuum , Praefectoratuum denique apostolicorum constitutionem. Sufficiat hic meminisse,LeoneXlII Pontifice, duos deviginti Vicariatus Apostolicos erectos fuisse.

His rationibus permotus Pontifex S. M. Pius IX, ut harum sacrarum Missionum progressui consuleret, specialem Congregnem pro negotiis Orientalis ritus agendis cum proprio Secretario destinavit.

Denique animadvertere iuvat Congregationem hanc non esse tantummodo dirigendarum Sacrarum Missionum praecipuum centrum, sed maximam in primis institutionem educationi et scientiae comparandae tradendaeque; quae quidem Collegium possidet centum eoque amplius alumnorum cum plerisque literarum, Philosophiae, Theologiae ac Philologiae Cathedris: Bibliotheca pretiosissimis libris referta; Musaeo pervetusta , et Officina demum libraria polyglotta.

Si quidem Congregatio Christianae Fidei propagandae praeposita, ut immania dispendia his omnibus agendis necessaria sustineret, fuit saepe numero coacta distrahere partem sortis , divina Providentia, Fideliumque pietas illius patrimonium iterum opibus augere numquam destiterunt.

Obiicitur: conversionis,*ut aiunt, lex Congregationem Collegitimque propagandae christianae Fidei nequaquam impediet, quominus novis legatis excipiendis suum assem augeant. Esto; sed ista facultas eidem non fiet nisi adiecta conditione, ut Italici Gubernii specialis concessio intercedat : quae quidem conditio nimis abiecta est atque indecora huiusmodi naturae institutioni, quae cogeretur enim subsistentiae suae media atque adminicula ab aliis mendicare. Dein civile gubernium antequam eamdem facultatem concedat, profecto inspicere et com-*

sta al controllo governativo , il quale toglierà ad esame il suo stato economico, l'impiego fatto delle sue rendite, e l'andamento della sua amministrazione! Ecco a quale prezzo di nuove umiliazioni dovrebbesi implorare il permesso di adire una eredità e di. accettare un legato! Che se non si ritenesse necessario di concedere l'autorizzazione governativa, il disposto della legge diverrebbe illusorio, e la Propaganda si vedrebbe esposta ad un rifiuto non meno indecoroso che pregiudizievole.

Nell'ipotesi poi più benigna che si accordasse l'impetrata facoltà , i nuovi capitali dovrebbero convertirsi in rendita dello Stato e quindi anch'essi correrebbero tutti i pericoli sopra enumerati.

Questi evidenti argomenti fanno comprendere facilmente quale giudizio debba portarsi su certi sofismi escogitati nell'intento di attenuare il valore di una sentenza condannata dalla comune riprovazione.

Valendosi delle precedenti considerazioni la S. V. richiamerà l'attenzione del signor Ministro degli affari esteri sopra la gravità particolare di questo ulteriore attentato ai diritti della Santa Sede; all'esercizio del potere del Pontefice, al libero uso dei mezzi necessari per la propagazione della fede. Da queste violazioni trarrà Ella nuovo argomento per far comprendere i molteplici oltraggi e le vessazioni che rendono ogni giorno più penosa e trepida la situazione del Supremo Capo della Chiesa. Che se ragioni di altissimo ordine ed influenze rispettabili non hanno po-

probare volet, utrum conditiones oeconomicae, in quibus Congregatio eadem versatur re ipsa eiusmodi sint, ut hoc patrimonii augmentum provocent atque exigant.

En eadem Congregatio Italici Gubernii inspectioni subiecta ; quod quidem sibi ius reservabit statum illius oeconomicum , usumqve reddituum, administrationis denique rationem ac pro cessum inquirendi. En cuius novae deiectionis pretio Congregatio ipsa, Legati alicuius aut donationis cuiuslibet excipiendae facultatem implorare debebit; quam si forte denegari contingat, quod ea von expedire iudicetur, legis statuta /Ilusoria forent, Congregatio cui nomen est a propaganda christiana F'e , repulsam tam iniquamq uamincommodam patietur.

Sed etsi ea permis-no concedatur (ut quod extremum es paullisper admittant), novum patrimonium in aerarii publici redditus converti deberet,omniaque pericula supra exposita profecto subire.

Hae rationes omnes, quae adeo manifesta evidentia fulgent , facile demonstrant, quanti facienda sint ea sophismata , quae producuntur ad imminuendam sententiae vim, opinione publica iam re probatae.

His animadversionibus innixa Amplitudo tua curabit ut iste Minister ab ex'eris negociis a'-tentionem ferat super gravitate huitis novi ausus Italici Regiminis contra S. Sedis iura, contra Pontificiae po'estatis exercitium, liberumque mediorum usum, quae Fidei Christianae propagationi sunt omnino necessaria.

Item ex hac iurium violatione eadem Amplitudo tua occasionem captabit ut iniurias vexationesque perplurimas ostendat atque enarret, quae quidem Romani Pontificis conditionem quotidie difficiliorem intolerabilioremque reddunt.

Si quidem praecipuae supremi

tuto valere ad impedire una sentenza di non minore ingiuria che danno pel Papato, e giudicata dai più savi di ogni partito sommamente impolitica, è purtroppo a temere che 1' audacia ed i disegni della rivoluzione s'impongano sempre maggiormente e riducano il Sommo Pontefice a durissime strettezze.

Si ha pertanto fiducia che dietro riflessi di si grave momento il governo presso cui Ella è, accreditato vorrà efficacemente interessarsi a favore di un'Istituzione, che forma la gloria precipua del Papato e del mondo cattolico, e vorrà maturamente ponderare se possa ulteriormente tollerarsi che il Sommo Pontefice sia fatto segno a tali spogliazioni e violenze, che gli rendono sommamente difficile, se non impossibile , di compiere la sua spirituale missione.

La S. V. darà lettura e lascerà copia di questo mio dispaccio al signor ministro degli affari esteri.

Con sensi della più distinta stima passo a confermarmi.

Roma, 10 febbraio 1884.

Di V. S. Illma e Rma.

Servitore

ordinis rationes, si officia studiaque Virorum maxime sperandorum, sententiam Romano Pontifici adeo iniuriosam perniciosamque , atque ab omnibus cordatis quibusque viris habitam tamquam ipsi rei publicae gerendae rationi repugnantem , impedire nequaquam potuerunt , iure heu ! timendum est, perduellium audaciam consiliaque fore ut quotidie vi imperioque excrescant, atque supremum Ecclesiae Catholicae Pontificem ad teterrimas angustias adducant.

Hae tanti momenti rationes in spem adducunt fore ut supremi istic rei publicae administratores , penes quos Legati munere Amplitudo tua fungitur , animo benevolenti curam et patrocinium suscipiant Institutionis , quae unum constituit e praecipuis Romani Pontificatus atque Ecclesiae Catholicae ornamentis : ac serio considerent, utrum tolerari deceat ac possit, quum res ita se habeant, ut Romanus Pontifex his similibusque violentus et direptionibus sit quotidie expositus, quae ipsi supra modum difficile, ne dicam impossibile reddunt suae divinae Missionis complementum.

Hartem literarum lectionem et exemplar Administro ab exteris negociis Amplitudo tua exhibeat.

Meae erga Amplitudinem tuam existimationis testimonium con firmo.

Romae 10 Februarii 1884.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

CRACOVIEN.

IURIUM CANONICALIUM

Die I Decembris 1883.

COMPENDIUM FACTI. Iosephus Pelczar, et Stanislaus Spis Canonici Cracoviensis Capituli simulque Theologiae Professores in Universitate die 7 Decembris 1881 S. **C. C.** haec exposuerunt :

« Vi conventionis inter Sedem Apostolicam et regimen regni Poloniae, anno 1818 initae, quatuor Canonicatus in illustri Capitulo cracoviensi pro todidem professoribus munus docendi in alma Universitate Iagiellonica explentibus in perpetuum destinati sunt, simulque ius praesentandi ad eosdem canonicatus ab Episcopo cracoviensi , qua ordinario col la tore, memoratae Universitati traditum est. Canonici ab Universitate praesentati, qui vulgo ***Canonici Academici*** dicuntur, iisdem a principio iuribus ac alii gaudebant : quoad obligationes vero quaedam privilegia a Sancta Sede obtinuerunt, ut officiis suis facilius fungi possent. Posteriori tempore tum circa numerum canonicorum eorumque praebendas, tum circa iura Episcopi, difficultates sat graves exortae sunt ; ad quas removendas Pontifices Gregorius XVI et Pius IX decreta reformationis Capituli cracoviensis, mediante Sacra Congregatione Consistoriali, annis 1838, 1851, 1859 ediderunt ».

« Ultimum decretum, a Sanctissimo Domino Pio P. IX sancitum die 10 Maii 1859 et hucusque obligans, numerum Praelatorum et Canonicorum determinat, iura officia-

que eorum exponit, singulas praebendas commemorat. In specie vero quoad Canonicos academicos statuit: - 1 ut sint quatuor, - 2 ut todidem habeant proprias praebendas quarum nomina sunt... - 3 ut possint obtinere simul beneficia curata iurispatronatus academici - 4 ut ad obsequia in Ecclesia cathedrali in tantum sint obligati, in quantum officiis parochialibus et munere docendi non fuerint impediti, hinc, ut Canonici academici beneficium curatum haud possidentes, saltem diebus dominicis et festivis choro intersint; dispensentur vero : ***a)*** a visitatione Ecclesiae Cathedralis diebus ferialibus, ***b)*** a turno septimanali, c) a praesentia in sessionibus capitularibus per hebdomadam haberi solitis. Cuius dispensationis haec erat potissimum ratio , quod usque ad recentissima tempora quatuor dumtaxat erant ordinarii professores in facultate theologica Cracoviensi, qui disciplinis tradendis occupati vix alia officia suscipere poterant, idque eo minus, quod ut plurimum cum canonicatu beneficium currum iurispatronatus Academici possiderent ».

« Ast nunc mutata est facies rerum, nam numerus professorum Theologiae auctus est , onera vero eorum sunt imminuta; adeo m, praeter officia muneris sui, ea quoque, quae Canonicis incumbunt, commode adimplere queant; praeterea cumulatio muneris professoris cum beneficio curato iam facta est impossibilis ».

« His perpensis, nos Canonici academici, paucis abhinc mensibus rite instituti et installati, nullum tamen beneficium curatum possidentes, illustri Capitulo exposuimus, renuntiare nos debere et velle dispensationi a Sancta Sede concessae, cuius ratio iam cessaverit , paratosque esse ad omnia Canonicorum officia implenda , imprimis ad visitationem quotidianam Ecclesiae cathedralis, ad turnum sept i marialem, ad praesentiam in sessionibus consuetis et consequenter ad residentiam ».

Capitulum, quin oblatam operam exciperet, omnia iura petentibus abiudicavit; iudicavitque canonicos academicos,

utpote **in** decreto **Pii IX** nominatos tertio loco., ad canonicos gremiales non pertinere, omnibusque canonicis posponi, tum in sessionibus, tum in processionibus.

Qua de re duo oratores exposcebant ut s. Congregatio lecerneret sese non amisisse iura omnia quae ab initio habebant; ita ut arceri nequeant si omnia canonicorum officia explere velint. Episcopus rogatus de sua sententia, audito capitulo, transmisit votum Capituli cui adhaerere declaravit. Adiecit autem etiam nunc munus Canonici et professoris conciliari non posse. Votum autem Capituli omnibus canonicorum academicorum petitionibus obstitit.

Disceptatio Synoptica

IURA CAPITULI. Qui cracoviensis Capituli iura protmtus est duplicem in partem allegationem suam divisit. In prima demonstrare curavit Canonicos academicos esse mere honorarios , vel supernumerarios, in altera adversariorum argumenta ref uta vit.

Horum Canonicorum itaque originem innuens retulit quod cracoviensis Universitas circa dimidium saeculi XV iuspatronatum super tres paroeciales Ecclesias assecuta, illas Professoribus sive actu exercentibus, sive emeritis, conferebat. Cum autem hi animarum curae vacare non possent, Coadiutoribus illam committebant; Paroeciae tamen reditus percipiebant, et honoris causa titulo Canonicorum honestabantur. Diebus vero festis ad Cathedralem accedebant, ut Choro tamquam Canonici honorarii adsisterent; quod ex monumentis tabularii Universitatis constare dixit.

Canonicos istos mere honorarios esse confirmavit ex Tractatu Vindobonensi anni 1815, in quo civilis potestas voluit, ut memorati Canonici conservarentur, imo et quartus additus fuit. Si enim ad Capituli gremium pertinuissent, inutile prorsus fuisset id statuere.

Quoad Bullam vero Pii VII anni 1815 ***Ex imposita nobis*** ad ecclesiastica Poloniae negotia componenda edita,

observavit, Summum Pontificem in ea decrevisse, ut in singulis Cathedralibus Regni Poloniae, suppresso prius, et immutato eorumdem statu, unumquodque Capitulum ex duodecim tantum Canonicis, Dignitatibus etiam comprehensis, efformaretur. De Canonicis vero academicis cracoviensis Capituli nullam mentionem fecit. Quod omittendum haud erat si Summus Pontifex voluisset cracoviense Capitulum sexdecim Canonicis de gremio componi, comprehensis etiam quatuor academicis, nulla canonicali praebenda fruentibus: idque potiori ratione facere debuisset, quia cuiuscumque Cathedralis statum immutavit. Pontifex igitur hos Canonicos a Capituli gremio prorsus exclusit.

Cum Canonici de gremio nonnisi anno 1833 ad duodecim fuerint redacti, hinc Praesul qui Pontificis dispositionem antea exequi non poterat, eodem anno decretum edidit, quo de bonis omnibus Cathedralis duodecim praebendas fixas pro quatuor Dignitatibus et Canonicis constituit, ac optionem pro ea tantum vice permisit, eo quod nondum quisque determinatam unicuique praebendam assequi poterat. Reliqua vero bona pro quotidianis distributionibus assignavit. Quoniam autem Canonici de gremio etiam quibusdam villis cum domibus, titulo praestimonii cum iure optionis fruebantur, praestimonia huiusmodi atque optionis iura abolevit; et Capituli statum iutta Pontificis mentem immutavit. Quoad Canonicos academicos vero nulla facta fuit mentio sive ad aliquod praestimonium consequendum, sive ad canonicalem praebendam optandam, ex quibus arguit Orator, ipsos ut mere honorarios ab Episcopo fuisse habitos.

Variae autem exarserunt controversiae in Capitulo, quibus consultum fuit per decretum Pii IX diei 10 Maii 1859, quo nedum confirmata fuit exhibita ordinatio ad divisionem bonorum capitularium, sed etiam indulta fuit Capitularibus de gremio facultas reformandi vetera aut nova conficiendi.

Sustinuit autem Orator plurima discrimina in illa ordinatione inter Canonicos qui tenentur ad quotidianum servi-

tium, et quatuor Académicos inveniri. Et re quidem vera Capitulum statuit quatuoi Dignitates et octo Canonicos iuxta Bullam Pii VII anni 1818 ad obsequia Ecclesiae Cathedralis, et ad continuam residentiam teneri. Quoad Canonicos academicos voluit ut permanerent , ***ad mentem constitutionis anteactae Reipublicae Cracoviensis ,*** scilicet tamquam beneficiati Curati alterius Ecclesiae , et Canonici honorarii Cathedralis cum praebenda beneficii simplicis, qui propterea nonnisi diebus festis Choro interessent.

Voluit insuper ut assignata fixa praebenda quatuor Dignitatibus, octo Canonicis optio permitteretur, et denegavit academicis, quos vere honorarios habuit. Permisit tamen ut Episcopus posset ***Canonicum Professorem...de praebenda academica> ad Canonicatum collationis suae vacantem, et obsequiis quotidianis in Ecclesia Cathedrali oneratum transferre,*** dimissa prius praebenda academica et paroeciali.

Statuit praeterea quod principalis cura divini cultus in Cathedrali duodecim Canonicis incumberet, Academici vero diebus festis ***Choro interesse teneantur, atque in distributionibus aequa lance cum aliis Praelatis et Canonicis participabunt,*** quod si beneficia curata possiderent, diebus festis officia parochialia exerceant, et tantum in solemnitate Corporis Christi, et s. Stanislai Episcopi cracoviensis ***Cho^o interesse teneantur.*** Ex quibus arguit Orator , huiusmodi distictionem horum Canonicorum originem confirmare qui initio erant veri Parochi, et nonnisi ad honorem Canonici nuncupati fuerunt.

Aliud discrimen invenit in eo quod Academici ad sessiones capitulares accedere non deberent , quamvis diebus festis ad illas accedere possent, et observat id suae thesi haud obesse cum Canonici de gremio etiam extraneis vocem activam in sessionibus concedere possent, dummodo unanimiter id fiat; Reiffenst. ***lib. 1 Decret, tit. 6 num. 161. Cap. Scriptum est 40 h. tit. de elect. Cap. Causam S, et Quia propter tit, 2 h. tit.***

Tandem in eadem statutorum declaratione Capitulum *art. 4* edixit Canonicis academicis nullum ius esse ad domus et curias capitulares, quae veterum praestimoniorum partem efficiebant, sed illas conferendas esse *Praelatis et Canonicis ad continuam penes Ecclesiam Cathedralem residentiam, et ad quotidiana in eadem obsequia obstrictis.*

Allatis argumentis Patronus observantiam addidit ex fide procuratoris capituli Cathedralis. Libros autem praesentiarum, et actorum capitularium plenissimam in iudicio probationem facere dixit iuxta Canonistas omnes cum *Barbosa de Canon, et Dignit. Cap. 37 num. 28.* Quod si Canonici academici potiusquam honorarii , de gremio fuissent, nullam rationem assignari posse sustinuit, cur nunquam oneri celebrationis Missae solemnis diebus festis , et turno septimanali fuerint subiecti. Ideoque ex huc usque expositis hoc unum consequi tuetur, nempe Canonicos academicos nonnisi honorarios, vel ad summum supernumerarios dicendos esse, ac praebendam illis ab Episcopo statutam, simplex beneficium constituere cum paroeciali compatibile.

Ad alterum suae allegati onis caput Patronus deveni ens adversariorum argumenta refutare nisus est, inquiens : perperam eos ad sua iura vindicanda afferre Decretum Consistoriale a,nni 1838, in quo iuxta eos inter Canonicos academicos, et reliquos nullum discrimen, nisi quoad praebendas statuitur. Siquidem in alio Decreto eiusdem Congregationis anni 1859 dicitur « iam revocatum abrogatumque fuisse Decretum illud, quod per hanc S. C. Consistorialem sub die 12 Martii 1838 latum fuit, ad hoc negotium tunc temporis controversum aliquo modo componendum. >

Subdunt vero Decretum anni 1859 eos ab ordine Canonicorum de gremio non reiecisse, sed ab aliquibus canonicalibus oneribus dispensasse , dispensatio vero iura non tollit, secus rationem poenae haberet. Falsum esse Patronus contendit, ibi de mera dispensatione agi, etenim nedum contextus sed ipsa verba aliter sonat. Siquidem illo Decreto

ordinatio Capituli confirmatur. Iamvero illa ordinatio non solum ad observantiam antiqua statuta revocavit, et declaravit duodecim esse Canonicos ad obsequia praestanda et ad residentiam obstrictos, Canonicos vero Professores ad mentem Constitutionis anteactae Reipublicae permanere, sed etiam statuit priores duodecim principaliter, et quatuor academicos secundario ad Chorum teneri : inde conclusit : academici « ad praesentiam tempore divinorum officiorum, » diebus ferialibus, et turnum septimanalem non obstrin- » gantur. » Statuit scilicet ipsos hoc onus non habere. At dixit, aliquem ab onere iam suscepto dispensare, et aliud esse declarare, eumdem numquam fuisse subiectum.

Inepte pariter, ait, illos adducere Kalendarium Dioecesis anni 1831, 1840, 1850, in quo nonnulli Canonici academici, utpote seniores, reliquis antecedunt. Siquidem 1. usque ad annum 1831 nunquam id in Kalendario apparuit: 2. ab anno 1828 ad annum 1859 aliqua confusio ex academicorum causa in capitulo exorta fuit; 3. ex Apostolica auctoritate capitulum sua statuta magis declaravit. Accedit demum quod Episcopi illius Dioecesis declarationes illas approbarunt, et hodiernus Antistes academicorum petitionibus contradicit.

Quoniam vero eo quod voce fruantur in Capitulo pro negotiis gravioris momenti, uti Canonici de gremio renuncian vellent, opponit Card. De Luca, qui in ***disc, 19 num, 28 de Canonicis et Capit,*** ait « habere votum in > Capitulo non facit Canonicum, quum de consuetudine > etiam simplices Presbyteri possint huiusmodi praerogati- > vam obtinere. »

Iniuria demum conclusit, academicos in dubium revocare valorem statutorum, quae anno 1860 Capitulum renovavit, vel declaravit, cum vi Decreti consistorialis id peregerit.

IURA CANONICORUM ACADEMICORUM. Horum orator totus in facto fuit ut revinceret incorporationem quatuor Canonicatuum favore Universitatis antiquissimam esse, quippe

quae auctoritate Ioannis XXIII et Martini V cum plenitudine iuris, cum stallo in choro et ***loco in Capitulo*** praestituta fuit et a Delegato Apostolico anno 1422 exeutiôni commissa, cuius decreto declaratur, professorem Sacerdotem ab Academia praesentatum recipi in ***Canonicum et fratrem cum stallo in choro et voce in Capitulo, cum iuris plenitudine assignato.*** Incorporationem hanc fuisse recognitam saeculo decimo quarto ab historiographo Deglosz, et ab Episcopis. Quin imo anno 1815 virtute peculiaris conventionis inter S. Sedem, et Regnum Poloniae praescriptum fuit, ut ***quatuor in cracoviensi Capitulo Canonicatus pro totidem Professoribus in Academia Iagellonica nuncupata exercentibus haberentur exclusive , perpeluoque destinata*** - ac subinde constanter in ipsa S. Cong. Consist, an. 1858 et **59** incorporatio quatuor canonicatuum favore Universitatis cracoviensis semper agnita fuit, nec ulla iurium Canonicalium derogatio tanto temporis decursu obvenit. Nec profecto quaestionem enatam fuisse Orator adurget nissi Capitulum, insciis interesse habentibus, nec audita Universitate veneranda patrona, provisionalia statuta coniecisset, quae secularia iura et praerogativas de facto canonicis academicis ademerunt, etsi Articulus IX Decreti consist. prohibuisset ne contra ss. Canones, et Concilium Tridentinum statuta conficerentur, ***ita quidem ut sacris canonibus, Apostolicis Constitutionibus> aut Tridentinae praesertim Synodo consentanea omnimode sint, neque ullatenus refragentur.***

Hisce aliisque ex historia praemissis, in duo capita Defensor divisit allegationem. In primo scilicet uti comperassi mum praemisit esse in iure, quod cum causa in petitoria deagatur omnis prorsus exulet difficultas ex túrbido statu, qui controversiae originem dedit, praesertim cum antiqua erectio et prudens observatio cum iure comuni et inviolabilibus Canoniae principiis concordet. Observantia siquidem etsi difformis semper praevalere debet, nam observantia ***etiam vario modo secuta vemwiet sub dispositione iuris communis: Mota Decis, 294*** ùrirt, ***TV. tom*** [1]

Ad hunc nobiliorem titulum, theseosque criterium controversia circumscripta, animadvertit : pariter compertissimum esse in iure in quolibet Canonicatu duo intrinsecus distingui ***canoniam*** scilicet, et ***praebendam.*** Enimvero intuitu Canoniae in quolibet Canonicatu certa investito iura ita competere adursit, ut si ista denegentur Canonicus essentialibus requisitis canonicatus destituatur ; praebendam vero, quae a privatorum placitis , et elargitionibus dependet, varie et diversimode dimetiri posse, ita ut pro maiori vel minori dote maius, minusve servitium assignari valeat. Imo, uti ait Bouix ***de Capititi. Cap. 1.*** §. ***3. Canonia concipitur, et absolute subsistere potest absque praebenda.*** Ex quibus colligitur prouti exponit Ceccoperius ***Luctibrationes Can. Lib. I. Cap. II. n. IS aliud esse canoniam, et aliud praebendam, unamque ab altera non parum differre, quia Canonia est ius habendi sedem in choro et vocem in Capitulo ex electione in fratrem - Praebeada vero ex se non habet sedem in choro*** ; Barbosa ***de Canon. Cap. XII. n. 11.*** Semel igitur ac quis in Canonicorum numerum est adlectus perfecte acquirit iura Canonicalia omnia, Felin. ***in Cap. Ferrarien. num. 23 de Constitut.*** Fagnan. ***Cap. Dilectus de Praeb.*** etc. Cum itaque , ait orator, spatio quinque saeculorum antiqui Canonicatus ***LeskocoviensisKarnisiensis , Krzezzorensis , et Ouniovensis*** iidem semper manserint , incontioversum est eosdem pristina iura ex canonia derivantia haud amisisse, cum subinde nullam subierint abrogationem, et spatium quinque saeculorum favore Cracoviensis Universitatis suppeditat ***meliorem titulum de mundo.***

Hocce constituto principio, nullam limitationem, aut iurium abrogationem in propositis quaesitis demonstrare studuit. Sane vero quoad primum dubium extra controversiam positum esse, contendit, omnes videlicet Canonicos virtute ipsius canoniae gaudere stallo in choro, ita ut etiam qui minimo servitio ligantur quotidie intervenire possint, ceu ad rem **S. C. C.** statuit in ***Romana 5. Iulii 1785,*** ubi etiamsi

Canonicus Amidei quatuor vicibus per annum interesse deberet, proposito Dubio - ***An Canonicus Amidei possit choro interesse aliis diebus praeter eos, qui a testatore praecipiuntur - Affirmative*** - respondit. Pariter incontroversum esse, ait, sive in iure sive in facto, eos, qui abessendi indultum obtinuerint, quoties interveniant, distributiones inter praesentes percipere. Causam porro tenacis oppositionis Orator arguit esse repetendam a violatione ipsius Decreti consistorialis, quod praeservat in ***Art. VII. n. 3,*** quosdam fundos, praesertim suppressam praebendam S. Georgii ut ***cum suis redditibus ad mentem Concilii Tridentini Massae Capitulari pro augendis quotidianis distributionibus adiiciantur, et incorporentur.***

Nec, subiungit, in Canonicorum dispendium est vertenda gratia qua, iusta concurrente, ac durante causa Summus Pontifex decreto Consistoriali eosdem ad quotidianam Visitationem turnumque bebdomadalem in Ecclesia Cathedrali non obstrinxit - ***non obstrigantur :*** cum ista verba vinculum tollant, ac libertatem adeundi relinquant. Praesertim cum in eodem contextu idem sonent ac dispensentur, hoc enim verbum adhibetur infra ubi a ***praesentia quoque in consuetis sessionibus capitularibus dispensentur.*** Unde ex hoc deduxit quod, seclusa dispensatione et finali causa, omnia Canonicatus munera adimplenda forent cum dispensatio non sit ***Iurium*** abrogatio.

Quae porro antea impedimenta dispensationem suaserant in praesentiarum cessasse ostendit. Nullum enim impedimentum ex officio parochiali, quod nec habent Canonici, et lege Imperiali anni 1860 prohibetur cumulatio beneficii curati. Neque adest incompatibilitas ex parte muneris docendi, quia duplicatus est numerus Professorum; antea scilicet anno 1859 quatuor, nunc octo s. Theologiam explanant, et horae praelectionum partim meridie, partim horis pomeridianis habentur, ita ut insimul commode servitio chorali praesentes esse possint. Ad haec retulit, declarationem Canonicorum Academiae, qui fatentur se posse,

velle et in ***conscientia debere*** adesse in Ecclesia cathedrali, praesertim cum valde mite sit servitium, et anniversaria celebrentur pro defunctis Canonicis et persaepe pro defunctis Academicis. Ostendit insuper Episcopum nullam habere iurisdictionem in Universitate, sed tantum curare ut sana Doctrina theologica tradatur.

Quapropter, subiunxit Orator, non sunt eisdem pro personali servitio quotidianae distributiones , aliaeque obventiones denegandae, quae iampridem universo Capitulo, nemine excepto, pro huiuscemodi officiis debebantur et speciatim praebenda s. Georgii erat designata pro augendis quotidianis distributionibus iuxta Concil. Trid. ***Sess. 21 cap. 3. de ref.*** Quotidianas porro distributiones ***proprie illas esse quae in dies praestantur pro servitio,*** ac labore mere personali, et ***frequentius sunt illae, quae obtinentur pro exequiis, et associatione cadaveris, ac similibus:*** De Luca ***De Iurep. Disc. 10. n. 12.*** Pignatelli ***Cons. 49. tom. VI. n. 12.*** Fagnanus ***in cap. Cum Dilectus de praeb.*** Moneta ***De distrib. Part. II, quaest. I. num. 7.*** Quinimo etiam Canonicos secundae erectionis , et etiam illos, qui sine ulla restrictione adlecti extra numerum fuerunt , percipere emolumenta antiquae massae : unde argumentum excrescit favore Canonicatuum eiusdem naturae, qui nec extra numerum sunt, nec secundae erectionis.

Alterum quod attinet dubium paucis se expedivit Orator, et ex solemni actu possessionis cuncta sosphismata et, si quae opponantur, difficultates resolvi affirmavit. Novus equidem Canonicus ab Universitate praesentatus fideliter iurat se fideliter iura spiritualia et temporalia respectivi can)iiicatus servaturum. Nec umquam auditum est ut Canonicis eiusdem Ecclesiae prohibeatur celebratio in altari maiori ; quod si etiam de facto Canonici academici se abstinuerint a dicta celebratione, ex hoc nil aliud deduci posse affirmavit nisi quod, cum hic actus inter facultativos recenseatur, per ***non usum*** nullum praeiudicium infertur, De Luca

de Benef. disc. 97. num. 13 etc. Rota ***coram Olivati Bec. 280. num. 8.***

Relate ad redintegrationem domorum, quae in tertio proponitur dubio, comprobare eamdem studuit defensor ex plenitudine canoniae: ita ut quod universo Canonicorum coetui spectat, idipsum alicui non sit denegandum. De hoc notorio facto in testimonium compellat Rmum Ioannem Schindler, cui qua subdelegato commissa fuit executio Decretorum S. Consistorialis Congregationis. De hoc meminit primum Decretum anni 1838 « ***Domus Capituli propria hunc in modum ordinata praestimonia optabunt et possidebunt.*** » Nec alterum Decretum anni 1859 hoc inhabitandi ius abrogat aut imminuit, quod Canonici Academici per ***spati um quinque saeculorum*** pacifice possederunt.

Factum porro possessionis confirmari subdit a statuto additionali, quod prorsus, inaudita patrona ceterisque interesse habentibus, domus Canonicis academicis ademit. Quod enim adimitur iam antecedenter existebat, simulque demonstrat aliam in antecessum usque ad annum 1860 obtinuisse observantiam. Quod si etiam nonnulli negligentes fuerint in vindicandis iuribus proprii canonicatus , hanc negligentiam haud nocere affirmavit, sicuti articuli additionales contra canones confecti nullum inferre possunt damnum et praeiudicium illis, qui nomine proprio veniunt; S. Congregatio in ***Platien. Iurium et Praeeminentiarum 14 Februarii 1879*** iuxta doctrinam Fagnani ***Lib. 2 Decr. De transaction, cap. Veniens,*** et Reiffenstuel ***eod. cap.***

Subinde Orator nullas adesse difficultates ostendere studuit: assignatis enim domibus favore Canonicorum academiae nil aliunde sequitur, nisi quod per simplicem notificationem publico Aerario factam, ex ***hoc momento Capitulum minora tributa solvet.*** Quamquam animadvertit hasce difficultates esse spernendas, cum agatur de reddendo unicuique ius suum, et res clamet ad dominum.

Ad quartum Dubium, nempe quoad interventum ad sessiones consuetas, ait Orator, Canonicos academicos ex pie-

ni tudine canoniae habere vocem in omnibus sessionibus capitularibus. Ius enimvero habendi locum et vocem in Capitulo consequitur ad ***canoniam ex cap. Dilectus de praeb.*** Moneta ***cap. I part. II de Distribut, quaest. 20 n. i.*** Id enim intrinsecus titulo canoniae absque ulla imminutione inhaerere docet S. Congreg, in ***Senen. Vocis in Capitulo diei 27 Feb. 1768*** - ibi - « ***Proprium*** esse canoniae ut » Canonicis tribuat ***indistinctum,*** et ***aequale*** ius vocis ad » omnia, quae in Capitulo fiunt, et collegialiter expediun- » tur » Fagnan. ***in cap. cum M. de Constit, n. 26,*** Barbosa ***de Canon. cap. 12,*** Lother. ***de re benef. lib. 1. q. 15.*** Quod principium applicat Card. De Luca ***Disc. 37 de Can.*** etiam iis qui improprie supra numerum Canonici nuncupantur, idemque fusius affirmat Pignatellius ***in Consult. 48 tom. VI per tot.*** et Fagnanus in casu de Canonicis receptis supra numerum in cap. ***Dilectus de praeb. n. 19*** concludit quod isti ad limites insta llationis vocem consequuntur.

Sed vero subdit orator cum nulla adinveniatur distinctio inter Canonicos cracovie **ises** ex antiquissima fundatione, princi pi **u n i** generale, ut omnes aequaliter in omnibus Capitularibus sessionibus interveniant, nullis limitationibus et clausulis est circumscribendum. Id apprime innotescere propugnavit ex ipso decreto Consistoriali anni 1859 , in cuius ***Cap. VI n. 8*** clare ostenditur quod seclusa, aut cessante dispensatione, Canonici academici deberent **esse** praesentes ***in consuetis sessionibus, et alus in quibus necessaria circa cultum divinum absolvendum ordinantur, vel negotia oeconomica tractantur.*** Atque duo .apprime inibi distinguuntur, primum facultas non interveniendi, unde donec Canonici academici dispensatione uterentur haud erant in vitandi; alterum, praecisa obligatio et absoluta interveniendi ad electiones ***Candidatorum*** ad Ecclesiae cracoviensis Episcopatum : unde necessaria in hoc casu erat invkatio , licet haec iterum iniungatur quoad alios Canonicos aliunde et. sem **D e r** invitandos.

Ad postremum dubium, nempe ut Canonici academici in choro et processionibus praecedentia fruantur iuxta prioritatem temporis respectivi processus, haec animadvertit. Statim ac electus recipitur in fratrem unius Collegii, illico et immediate ab illa die praecedendi praerogativam nanciscitur. ***Qui prior est tempore, potior est iure, Reg. 54 in 6.*** Cum omnes indiscriminatim Canonici efficiantur membra unius corporis a die adeptae possessionis, consequi exinde arguit, ut quod membrum prius conformavit corpus maneat prius, quod posterius posteriori maneat loco, praescindendo a maiori vel minori dignitate collaturum; ceu exemplis revincit ex. gr. Collegiatae s. Eustachii de Urbe, ubi adest Canonicatus qui licet sit peculiaris patronatus, attamen praecedentia utitur super iis, qui sive a Summo Pontifice sive ab Emo Titulari nominantur. Id revinci posse ait ex eo quod generatim haec praecedentia competit etiam Canonicis novae erectionis, nisi aliter et expresse in lege fundationis cautum fuerit; S. C. in ***Nullius, seu terrae*** Pontiani ***Praecedentiae 5 Maii 1735 y Embricen. Iurium Canonie. 18 Sept. 1745*** et aliae quamplurimae. Ac omissis ceteris in una ***Civitatis Castelli 25 Iunii 1831*** decrevit ***non posse Capitulum*** statuta condere quibus Canonicus ***a iure praecedentiae, vocis activae, et passivae aliisque iuribus excludatur.***

Huic praecedentiae nullam fuisse introductam limitationem si excipiantur arbitrariae innovationes clanculum et non auditis interesse habentibus peractae. Quibus attamen, subdit Orator, praevalere semper debet praecedens observantia, spreto ultimo statu, qui originem liti dedit, quae est iuri communi conformis. Anno siquidem 1756 nulla occurrit distinctio inter Capitulares. Post Breve anni 1838 in gremio duodecim Canonicorum tres Academici recensentur, atque idipsum subinde 1850 et 1852, ex productis Kalendariis observatum fuisse commonstrat, in quibus omnes Canonici sive collationis Episcopalis sive nominati ab Universitate iuxta ant'unitatem possessus proprias occupant Sedes.

Hisce ex utraque parte animadversis, proposita fuerunt enodanda sequentia

Dubia.

I. ***An Canonicis Krzevzowiensi, et Leskowiensi, vulgo academicis, ius sit choro interessendi diebus ferialibus, et respectivis quotidianis distributionibus fruendi in casu.***

II. ***An iisdem liceat celebrare in altari maiori in casu.***

III. ***An ius habeant optandi domum canonicalem in casu.***

IV. ***An et in quibus sessionibus capitularibus ius habeant interveniendi in casu.***

V. ***An iisdem ius competat sedendi in choro et procedendi cum Capitulo inter ceteros Canonicos iuxta ordinem senii in casu.***

RESOLUTIO. Sacra C. Congr. re mature discussa, sub die **1** Decembris 1883 censuit respondere:

Ad I. ***Affirmative, dummodo prudenti iudicio Episcopi detrimentum von afferatur muneri primario docendi in Universitate.***

Ad II. ***Affirmative.***

Ad III. ***Affirmative.***

Ad IV. ***Affirmative in omnia us.***

Ad V. ***Affirmative,***

hx QUIBUS COLLIGES

I. In quolibet canonicatu duo distingui , nempe canoniam et praebendam : ***canonia*** investito confert certa iura in canonicatu; ita ut si ista iura denegentur, canonicus despoliaretur essentialibus requisitis eiusdem canonicatus; praebenda autem diversimode dimetiri potest quia dependet a privatorum elargitionibus.

II. Hinc differre inter se canoniam et praebendam pa-

tere ; quia canonia est ius habendi sedem in choro, et vocem in capitulo ex electione in fratrem ; praebenda autem ex se non habet sedem in choro.

III. In controversiis horum iurium , difficultatem adimere antiquam erectionem et prudentem observantiam, quae cum iure communi et canoniae principiis concordet; nam observantia etsi difformis, seu etiam vario modo sequuta, remanet sub dispositione iuris communis.

IV. Canonicos academicos in themate habere in sui favorem antiquam institutionem, quia istorum canonicatus numquam abrogati videntur, et observantiam, quamvis difformis appareat ; ideo iura omnia ex canonia derivantia non amisisse dicendi videntur, omniaque exercere posse.

V. Dispensationem ab operibus haud secum ferre iurium abrogationem et officiorum: quia gratia in discrimen obtinentis verti nequit* et quia si causa finalis dispensationis cesset, onera et officia implenda sunt.

VI. Canonici academici in themate, iusta concurrente causa, a nonnullis muneribus dispensati fuerunt ab Apostolica Sede per verba ***non obstrigantur;*** ne autem gratia in eorumdem damnum vertatur dicendum videtur, eorum iura intacta mansisse, et illorum onera nunc reviviscere, quia causa finalis cessavit.

DECRETORUM

ET APPELLATIONIS

Die 7 Iulii 1883.

COMPENDIUM FACTI. Ad Archiepiscopalem Cupiam M. formali accusatione delatum est: Davidem Sacerdotem ante Missae celebrationem naturale ieiunium infrangere. Curia Tribunali Ecclesiastico rei inquisitionem iudiciumque super huiusmodi immutatione ferendum commisit. Pro-Vicarius generalis Curiae M., ut hac in re tutius nrocederet, as-

sessores sibi adscivit Angelum R. Theologum metropolitanum, et Iosephum M. Protonotarium Apostolicum, utrumque praesulem, Iosephum G. examinatorem et iudicem prosynodales! , et Praepositum Parochum S. Stephani. - Iosephus M. adversae valetudinis ergo officio nuntium misit.

Accusato examini subiecto , testibusque ab eo productis una cum accusationis testibus excussis, ille binas proposuit exceptiones : alteram nempe adversus Iosephum G. quem, ob inimicitiam in se conceptam ab officio assessoris removendum asserebat : alteram , contra Gervasium Notarium, inter testes accusationis praecipuum, de cuius pariter aperta in se inimicitia plura afferebat.

Prc-Vicarius generalis qui iam a die 4 Decembris 1882 accusato praefixerat terminum dierum 18, postea die 15 eiusdem mensis prorogatum , pro exhibitione responsionis replicationi a Procuratore Fiscali proditae, die 5 Ianuarii decretum edidit: « ***ob frivolitatem rationum quaeis innititur epistola super remotione Assessoris Iosephi O. haud opportunum ducit executoriam sententiam dicere, decretumque diei 15 Decembris 1882 firmum tenet.*** » Die veio, 10 Ianuarii, cum instaret accusatus pro exclusione Notarii Gervasii testis, et pro productione in sui favorem testium Magni et Cavanna decrevit iterum Pro Vicarius generalis : ***quoad credibilitatem testis Oervasii, probationes aliaque elementa in actis edere superfluum esse. ad hoc ut iudex, suo tempore, depositiones in pretio habeat*** . . . , ***ideo intra terminum iudicialem rigorose sumptum et non prorogandum diei 17 currentis, decretum supradictum exequutioni mandetur per responsionis definitivae praesentationem.***

Die 15 Ianuarii libellum protulit David pro appellatione ad S. C. Concilii, eo quod ob reiectionem recusationis Assessoris Iosephi G, recusationemque procedendi ante omnia super exceptione contra Gervasium Notarium, et tandem ob Iudicis imperitiam, praeclusa sibi via esset legitimae defensioni, conditioque intolerabilis imposita contra ss. Canonum praescriptione-

Hac accepta appellatione Curia Archiepiscopalis die **19** Ianuarii decrevit: interpositam appellationem pura ac simplicia decreta respicere, quibus appellationis remedium applcabile minime est ; ideoque appellationem haud admitti.

Appellationis libellus ab Davidis patrono exhibitus habebat: **1.** debere hac in causa Iosephum G. ab assessoris officio abstinere 2. excludendum esse Gervasium testem 3. esse admittendos uti testes C. et M. et alium quemcumque haud inhabilem pro defensione inducendum.

S. C. rem pro informatione et voto ordinario detulit, suspensa interim actorum prosequutione.

Curiae defensor incidenter petiit coram **S.** C declarari esse locum moderationi appellationis a decretis Curiae diebus 5 et **10** Ianuarii editis : tum quia decreta erant sempliciter ordinatoria, ideoque inappellabilia, tum etiam quia gravamen non continebant quod in appellatione a definitiva sententia reparari nequiret. Proposuit itaque aliud dubium praejudiciale: - ***An sit locus moderationi appellationis a decretis Curiae archiepiscopalis 5 et 10 Ianuarii 1883:*** quod propter oppositionem defensoris sacerdotis Davidis propositum est per ***memoriale*** una cum merito in die propositionis causae.

Disceptatio Synoptica

SACERDOTIS DAVIDIS DEFENSIO. Eius patronus praenocabat: plurimorum odium in se cumulasse Davidem propter directionem ephemeridis cui titulus X quo iura Ecclesiae et religionis contra modernos ***catholicos liberales*** solerter tuetur. Adversarios in lucem edidisse aliud diarium Y, eum in finem ut ephemeridem X ad nihilum redigerent. Quod consilium cum in vanas auras abiisset, ideo accusationem de non servato naturali ieiunio molitos fuisse adversarios , quos inter eminere illum ipsum notarium Gervasium qui ephemeridis Y redactor fuerat.

Ad rem propius deveniens contendebat, praesidem Iosephum G. nequire assessoris officium servare : eum nam-

que fuisse inter subsignatores protestationis contra praetensas intemperantias ephemeridis X. Firmum namque manere principium de quo Pignattell. ***Consult. Can. tom. 10 Cons. 97 num. 43 - Finis praecipuus recusationum et reiectionum iudicum ut lites sine suspicione procedant, et dirimantur sine ulla captione, et quia periculosum sit coram iudice suspecto litigare. Satis namque superque alea iudicis per se dura et incerta est, ut opus non sit addi aliud periculum, et discrimini suspecti iudicis rem committere.*** Imo recusationem fieri posse ***ubi et leviores causae suspicionis facilius reiiciunt iudices quam testes. Quia plures iudices facilius habentur quam testes.***

Perperam reponi recusationem huiusmodi ob suspicionem dari ex iure debere ante litis contestationem. Regulam enim exceptionem pati, quando nova supervenit causa iudicem recusandi. Tunc in quocumque termino processus causa reperiatur, adhuc fas esse iudicem recusari ***Cap. insinuante de offic, delegati.*** Quin imo, etiamsi de novo non superveniat causa, sed tantum ad notitiam venial, recusationem exerceri posse ***Cap. pastoralis de excepi.*** Igitur terminum usque quem admitti debeat revocatio esse sententiam definitivam exclusive: ac proinde etiam conclusionem in causa admitti debere, cum definitivam sententiam praecedat. ***Pignatt. loc. cit. num. 60.***

Testem Gervasium inimicitiam contra Davidem non paucis abhinc annis fovisse, ob rationes politicas quas in suo diario is exposuit. Huiusmodi odium pluribus modis innotuisse, hoc est tum calumniis tum insimulationibus tum difiamationibus. Igitur cum constet Gervasium inter capitales Accusati inimicos esse recensendum , eumdem ad testimonium ferendum inhabilem ex iure dicendum esse. ***Reiff, lib. II. tit. 20 num 142 et seqq. Cap. si testes §. testium fides 4 quaest. 3 et Cap. cum oporteat 19 de accusat.*** Leuren. ***Iur. eccles, lib. 2 tit. 20 quaest. 594*** Schmalzgrueber ***lib. 2 tit. 20 num 39 43.*** Inimicitiae argumentum praebere certissimum atrocem iniuriam ***Reiffenst. loc. cit. num. 13***

Gervasium vero non inimicum tantum se revelasse, sed esse accusatorem delatoremque primum Davidis: et etiamsi eum auctorem non dixeris insidiae in Davidem paratae, certe inter eiusdem complices esse.

Dicendum quoque esse de Curiae recusatione pro novis admittendis testibus favore accusati , quae irrationabilis omnino est. Productionem enim testium , ex utroque iure, admitti etiam post publicationem nominum eorumdem immo in causis criminalibus, locum fieri productioni novorum testium etiam post conclusum in causa absque ulla limitatione. Id obtinere praesertim si testes producantur ex parte rei Leg. ***Unius 148 §. cogniturum ff. de quaest,*** et citati Auctores Schmalzg. ***loc. cit. num. 126*** Leuren, ***lib. 2 tit. 20 quaest. 564*** Reiff, ***lib. 2 tit. 19 num. 162 et seqq.***

Praetensam inappellabili tate m decretorum Curiae esse reiiciendam. Antiquo enim iure a quocumque decreto appellationem admitti solitam, abusibus viam aperuisse. Hoc ex ***regula 37 Cancellariae Cap. 1 sess. 13 et a Concil. Trid. cap. 20 Sess. 24.*** Hodie vero appellationis limitationem cavillationibus locum praebere. Attamen pro certo teneri posse, triplici modo ab interloquutoriis sententiis appellationem dari 1. Si tangant substantiam negotii principalis; 2. Sinon possint reparari per definitivam; **3.** Si difficultatem ingerant circa causae decisionem. Primi capitis theoriam haberi penes Rigant. ***in reg. 37 Camiti, p. 127*** et apud Scacc. ***de appell, quaest. 17 limit. 17 memb. 1 n. 168.*** Inficiari neminem valere, in casu meriti decisionem a probatione pendere; probationem vero consistere in testium depositionibus, quae si favore accusati praepediatur, reo defensio per probationis subtractionem praecluditur.

Secundi capitis pronunciatum, quod nempe appellabilis sit interloquutoria quando infert gravamen irreparabile per definitivam confirmari in iure per ***leg. 2 ff. de appell.*** Scacc. ***loc. cit. limit. 2 membr. 8 num. 2 verb.*** « Confirmatur » ***et num. 3 et seq.*** Ridolphin. ***prax. iudic. part. 1 cap. 13 num. 298 seq.*** In ⁺hemate id verificari de adses-

sore Iosepho **Gr.** cum Rigantius ***loc. cit. num. 125 doceat Rursus decretum quo quis declarat se iudicem competentem dicitur continere gravamen irreparabile per definitivam.***

Per definitivam reparari nullo modo posse Curiae decreta circa exceptiones contra testem Gervasium editas , nec non circa facultatem accusato competenti producendi in sui favorem testes.

Quod tandem ab interloquutoria detur appellatio quando haec difficultatem ingerit circa causae decisionem, hauriri ab auctore Scaccia ***loc. cit.***

Tertio in capite pertractabat defensor de ipsa accusatione infractionis ieiunii naturalis, de qua testes omnes singulares deponunt. Unum remanere Gervasium qui, utpote solus, nullus a iure proclamaretur. In themate vero nullos admitti valere testes eo quod omnes actores et denunciatores fuerint iuxta tradita per Leuren, ***for. eccles, lib. 2 tit. 20 quaest. 585.***

Tandem insidiosum et omnino captiosum modum iudicandi accusatum fuisse asserebat, quia proposito accusationis articulo, responsionis lex eidem imposita fuit prout sequitur « cogatur ut singillatim et super quolibet articulo in qua- » libet positione contento respondeat pure et simpliciter » ***credit*** vel ***non credit:*** aut si positio iuxta opinionem inipu- » tati esset partim vera, partim non, respondeat per verbum » ***non*** credit ut ponitur. » Iamvero hanc iudicii formam nullam irritamque decerni a Leurenio ***For. eccles lib. 2 tit. 20 quaest. 644*** et a Reiffenst. ***lib. 2 tit. 18 num. 204 208.***

Concludebat: testimoniis omni fide dignissimis et in ipso processu relatis, prorsus exclusum iri factum celebrationis Missae die 20 Aprilis.

DEFENSIO CURIAE M. Hic per orationem divisam, agebatur primo de instantia incidenti Curiae hoc est de appellationis moderatione. Sane in decreto diei 5 Ianuarii 1883 iudicem causae decrevisse « attenta futilitate rationum qui-

» bus petitio contenta in epistola diei 4 Ianuarii 1883 in-
» nititur, non putat emittendam esse sententiam interlocu-
» toriam (super remotione adsessorris G) firmumque tenet
» quoad effectus omnes decretum diei 15 Decembris 1882. »
Duo igitur hoc in decreto contineri : 1. non edendam esse sententiam interlocutoriam 2. firmum habendum esse quoad omnes effectus decretum diei 15 Decembris 1882.

Iamvero ab hoc primo decreto nullam dari appellationem, quippe quod non est definitivum quo quaestio principalis de infractione ieiunii naturalis ante Missam fuerit decisa. Neque opponi posse, iuxta Tridentinum, huiusmodi decretum habere vim definitivi, eiusque gravamen per appellationem a definitivo reparari nequire. At nullum existere gravamen palam esse, dato sacerdoti Davidi congruo termino pro exhibitione reduplicationis contra replicationem Fisci. Haec quoad secundam decreti partem: nam primam, in qua interlocutoriae sententiae quoad remotionem Assessoris G. pronuntiatio denegatur, nullum suppeditare gravaminis motivum, cum sententia nulla adsit.

In altero decreto diei 10 Ianuarii 1883 statutum esse. 1. executioni mandandam esse dispositionem alterius praecedentis decreti diei 5 Ianuarii per definitivae reduplicationis exhibitionem. 2. De opposita inhabilitate testis Gervasii B. ex capite inimicitiae, ac de petito ex parte rei conventi examine testium ***M.*** et ***C.*** ad eam inimicitiam probandam, declarasse : haud necesse esse probationes afferre pro credibilitate testis R. ádstruenda, ut iudex suis loco et tempore valeat eius depositiones iustitia duce aestimare.

Bina decreta Pro-Vicarii Generalis vere non fuisse sententias interlocutorias, sed simpliciter ordinatorias processus: cum in his nihil iudex constituerit circa remotionem Adsessoris Iosephi G. inhabilitatem testis Gervasii R. reiectionemque aliorum testium sed unum praefixisse terminum pro reduplicationis exhibitione, quae, antequam claudatur processus , viam sternit conclusioni in causa, et pronunciationi definitivae sententiae

Supremum signaturae Tribunal appellationem denegasse in Decisione cui titulus ***Circumscriptionis et Appellationis diei 3 Augusti 1826 coram Crossi*** in qua praemisso decretum deputationis Periti iudicialis in causa esse mere praeparatorium, quia per illud via aperiebatur ad magis rectam magisque accuratam causae definitionem, additum est sub § 3 ***non esse novum ab hisce decretis nullam dari vel suspensionem vel devolutivam appellationem ne aliter iudicia usque a sui exordio intercipiantur litesque fiant propemodum immortales.*** Similiter decisum fuisse in ***Setina Appellationis diei 10 Septembris 1826 coram Grossi*** Haec fundamentum habere in L. 7 ***Cod. de appellat, non recip.***

Huc usque de inappellabilitate decretorum Curiae. Deinde ea iusta et confirmanda intrinsecus quoque esse ostendebatur ex iam tradita ratione quod ea essent mere ordinatoria, et nihil continerent circa remotionem Adsessoris Iosephi C, inhabilitatem testis Gervasii et examen testium M et C.

Non esse sacerdotis Davidis inimicum Adsessorem Iosephum G. Nam licet ea quae in ephemeride X David scribebat non approbaverit; ex hoc non sequi Davidis inimicum esse. Pro excludendo iudice capitales inimicitias requiri, iuxta decisionem supremi Tribunalis signaturae ***in Bononien Redditionis rationis super remotione iudicis diei 3 Aprilis 1845 coram Ferrari,*** et Decisionem ***Veliterna Circumsciptionis et Recusationis Iudicis 29 Maii 1841 coram Ianni § ultimo.***

Ceterum Iosephum non esse in causa iudicem, sed Adsessorem hoc est consiliarium: ideo litigatori praeiudicare nequire sententia sua.

Eadem ex ratione non esse removendum Gervasium testem uti inhabilem propter inimicitiam. Iudices namque iuxta ***L. 9. Cod. de iudic, debere in sententia definitiva in primis rex qualitatem plena inquisitione discutere, et tunc utramque partem saepius inter"jgare, num quid novi ad-***

dere desideret. Ideo nequire a litigatoribus cogi ad iudicium ferendum prout iis libuerit super editarum probationum valore, aut in initio, aut in medio processus. Hinc magistratus arbitros facti appellari cuius extimatio ex ***L. 69 ff. de iud.*** remittitur religioni iudicantium.

Religionem et credibilitatem Gervasii confovere suus parochus, qui eum omni exceptione maiorem dicit quoad probitatem ac honestatem. Idipsum testari praesidem societatis catholicae a S.Vincentio a Paulo; quin immo ipsos testes ab imputato inductos Gervasii virtutes rectumque animum extollere.

Tandem testes M. et C. haud esse examini subiiciendos ob eorum inanitatem. Ceterum Vicarium Generalem eorum testimonium in appellato decreto haud repudiasse.

Concludebatur petitione rescripti ad utraque dubia a se proposita **-** ***Non esse locum appellationi -.***

RESOLUTIO. S. Concilii Congregatio in Sessione habita die 7 Iulii 1883 resolvendum sumpsit unicum ex officio propositum.

Dubium

An sustineantur decreta Curiae Archiepiscopalis 5 et 10 Ianuarii 1883 in casu.

Et responsum prodiit: ***Quoad Assessorem O. ac testem R. affirmative: quo vero ad testes M. et C. negative.***

Ex **HIS COLLIGES**

I. Iudicis recusationem rem esse magni momenti, quae nonnisi gravissimis de causis excipi meretur.

II. Pro iudice recusando unam ex causis legitimis esse apertam iudicis inimicitiam contra reum.

III. Verum non ex quocumque adversi animi indicio ob alias causas, vel ex reprobatione alicuius operis vel opinionis rei conventi, talem iudicis inimicitiam esse admittendam, quae ipsum iudicii ferendi incapacem efficiat.

TV. Multo magis levia indicia non sufficere pro remotione Adsessoris, qui non est de iudicibus sententiam proferentibus, sed tantum consiliarii munus explet.

V. Nec testem esse recusandum ob vaga inimicitiae indicia, praesertim si agatur de viro caeteroquin probitate ac honestate insignem.

VI. Appellationem dari a sententia interlocutoria vel etijam ordinatoria, quae utcumque, etiam indirecte causae meritum afficiat.

VII. Itaque si magnum causae punctum sit in probatione facti, factum autem nonnisi per testes probari possit, a sententia quae vel suspectum testem admittat , vel inductos ab imputato testes reiiciat, merito appellationem interponi.

EX S. CONGREGATIONE EP. ET REG.

SUESSANA

CONFINIUM PAROCHIALIUM

Die 23 Septembris 1881 et 16 Februarii 1883.

COXWPENDIUM FACTI. Iosephus Parochus s. Ioannis Baptistae Dioecesis Suessanae, Curiae episcopali retulit, parochum s. Nicolai iurisdictionem super nonnullis familiis sibi subiectis usurpasse. Idem proinde valde adlaboravit ut res a Curia aliqua dirimeretur ratione, sive in sui favorem sive contra, ceu ad Episcopum scripsit anno 1879.

Episcopus importuniate Parochi recurrentis adactus, die 4 Martii 1880, dum sacram perageret Dioecesis visitationem, decretum edidit, quo nedum familias controversas, sed integrum subiecit vicum iurisdictioni parochi s. Nicolai.

Tunc Parochus s. Ioannis Baptistae qui antea sese indifferentem esse iactaverat quomodolibet resolveretur quae-

stío, decretum eiusmodi excipere recusavit ; utpote quod prolatum ***extra formam iuris et cum praeiudicio parochi obtinentis,*** falsisque innixum documentis fuerit. Attamen decreto in sua firmitate permanente violentis usus verbis parochus idem voluntatem pandidit, civilem adeundi potestatem ad rem dirimendam. Tunc Ordinarius suspensionem eidem Parocho minatus est.

Cum autem Antistes hic diem obiisset supremum , Parochus s. Ioannis Baptistae R. Pontificem , supplici oblato libello, adivit adversus decretum Episcopi , sibi infensum. Episcopalis curia autem institit pro decreti observantia ; quaesivitque an Parochus ille, ob iurisdictionis impedimentum, ab eodem positum, in censuris inciderit. Cui dubio s. Congregatio respondit: ***consulat probatos auctores.***

Die autem 15 Ianuarii 1881 dum instaret parochus, ut decretum ab Apostolica Sede infirmaretur, novus Episcopus, qui sacram erat initurus visitationem, ab eadem s. Congregatione quaesivit normam agendi cum eiusmodi parocho tum quoad censuras , tum quoad dispositionem decreti 4 Martii 1880.

Disceptatio Synoptica.

EA QUAE ADDUXIT PAROCHUS S. NICOLAI. Vicus, ait hic, quem Parochus s. Ioannis Baptistae ad suam paroeciam pertinere praesumit, olim divisus erat per arcum, qui ceu limes duarum paroeciarum positus fuerat. Pars superior ad paroeciam s. Ioannis, pars vero inferior et extra portam, ad paroeciam s. Nicolai pertinebat. Quod firmatur per veterem topographiam oppidi ***Mondragone*** et ex eo quod processiones in octava Corporis Christi producebantur usque ad arcum ceu limitem iurisdictionis parochi s. Ioannis Baptistae.

Parochus s. Nicolai adduxit etiam in sui favorem duo testimonia: alterum Syndici e ***Mondragone,*** alterum vero Cancellarii Episcopalis ; quibus edicitur duos in Curiam exhibitos fuisse libros paroeciae s. Nicolai , in quibus nomina

referuntur natorum et mortuorum ab anno 1743, ad annum 1842. In libris eisdem nomina reperiuntur personarum quae domicilium habebant in controverso vico. Animadvertit praeterea idem parochus decreta in s. Visitatione, ab Episcopis emissa, observanda esse, ad tradita per ***s. Rotam decis. 90 n. 16 coram Emerix;*** et per s. C. Concilii in ***Sor ana*** 22 Iunii 1754. Hisce omnibus addi potest argumentum ***a simili.*** In concursu enim ad ecclesias paroeciales datur appellatio tantum in devolutivo, ne sine pastore longius maneant fideles; idem fieri debere in circumscriptione territoriali retinendum esse ratio dictare videtur, ut fideles certum semper habeant pastorem. Quoad concursus paroeciales sic se habet De Luca ***disc. 35 de iudiciis n. 53:*** « Ut illa appellatio quae in concursibus ad parochiales con- » ceditur non debeat interim retardare executione.n prae- » lectionis : ob praeiudicium scilicet quod resultaret curae » animarum, quod ve oves remaneant sine pastore ».

EA QUAE ADDUXIT PAROCHUS S. IOANNIS. Parochus hic certavit pro nullitate decreti episcopalis , quia prolatum ***extra formam iuris,*** falsisque suffultum documentis fuerit. Ut evinceret quod asseruit, alia duo attulit documenta ab eodem Municipio emissa et contraria iam relatis a Parocho s. Nicolai. Exhibuit praeterea fides com plurim as Curiae episcopalis, ex quibus apparet incolas non paucos controversi vici pertinere ad paroeciam s. Ioannis Baptistae.

Praeterea aiebat: appellationem rite interpositam suspendere etiam decreta in s. Visitatione emissa, docet De-Luca in ***Conc. Trid. disc. 5 n. 5 et 6.*** « Apud Episcopos » aliosque praelatos, eorumque officiales opinio circumfertur » ut multa eis liceat in visitatione , quodque eorum pro- » visiones subiaceant illi suspensioni , quam appellatio de » iure inducit in casibus , in quibus effectus suspensivum » non sit sublatus. Verum erronea opinio est ita genera- » Uter ac indefinite hoc praetendere, quoniam id percutit » solum ea quae concernunt correptionem morum, aliasque » provisiones, quas in forma extraiudiciali, potius more

» prudentis patrisfamilias prompta dare operteat, vel eon-
> gruat, non autem in iis, in quibus more iudicis, atque in
» figura iudicii procedi oporteat . . . >

Etiam s. Rota dum substinet decretorum observantiam, ceu in ***cit. dec. coram Emeriæ*** dictum est, tamen adiicitur: « Ubi autem contra solitum factum sit non valet. » Et in ***cit.*** resolutione Sorana diei **22** Iunii **1754** supra relata additur: « quod tunc obtinet, quoties aliter non suadet ne-
» cessitatis et utilitatis ratio. »

Hisce aliisque praenotatis, propositum fuit enodandum

Dubium

An et quomodo sustineatur decretum episcopale s. Visitationis diei 4 Martii 1880 in casu?

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Ep. et Reg. sub die **23** Septembris **1881** censuit respondere :

Dilata : et coadiuventur hinc inde probationes : exhibeantur praesertim acta dismembrationis Paroeciae s. Michaelis de anno 1741; (1) ***nec non primae erectionis et restaurationis paroeciae sancti Nicolai, aliaque documenta ad rem facientia.***

Post dictam resolutionem a partibus transmissa fuere nonnulla alia documenta, paene nullius entitatis. Cancellarius episcopalis autem retulit in Curiae registris haud reperiri potuisse decretum Episcopi per quod dismembratio paroeciae facta fuit anno **1741.** Tandem Curia episcopalis enixe rogavit, ut lis omnino dirimeretur ad removenda scandala pacemque reducendam. Petiit etiam eadem Curia , ut posthabitis partium deductionibus , quae aliunde parvifaciendae sunt, Apostolica Sedes, de plenitudine potestatis novos paroeciarum limites constitueret.

Hisce noviter animadversis, idem dubium enucleandum propositum fuit nempe:

(1) Relatum f ait Episcopum Verdesca «iino 1741 fines certos constituisse Paroeciae s. Michaeli in Collegiata s.Ioannis Baptistae.

An et quomodo substineatur decretum episcopale s. Visitationis diei 4 Martii 1880 in casu.

Et s. Congregatio Ep. et Reg. sub die 16 Februarii 1883 respondit :

Affirmative: et pro nunc sustineri decretum Episcopi diei 4 Martii 1880, et ad mentem: mens est ut Episcopus utatur respectivis vacationibus pro constituendis, stabili ratione, paroeciarum finibus. >

Ex **QUIBUS COLLIGES :**

I. In dismembratione paroeciarum et in concursu ad ecclesias paroeciales contra decreta Episcoporum ex iure dari appellationem tantum in devolutivo : ita ut effectus decretorum nequeat suspendi, ne praeiudicium curae animarum afferatur.

II. Erroneam esse opinionem , ait De Luca in ***Conc. Trid. disc. 5, n. 5 et 6*** quod contra omnes Episcoporum provisiones in s. Visitatione, generaliter et indefinite detur appellatio tantum in devolutivo, ita ut appellatio rite interposita numquam suspendere valeat decreta aut provisiones in s. Visitatione emissas.

III. Eiusmodi appellationem in devolutivo iuxta De Luca tantum dari, praeter casus a iure positos, quoad ea quae concernunt correptionem morum aliasque provisiones quas in forma extraiudiciali prompte dari oporteat ab Episcopo, more prudentis patrisfamilias , potius quam iudicis instar.

IV. Sacram Congregationem noluisse decernere an Parochum censuris devinctus fuerit ob impeditam Episcopi iurisdictionem.

BAMBERGEN, SEU HERBIPOLEN.

PRAECEPTI ET SUSPENSIONIS

COMPENDIUM FACTI. Antonius parochus in Dioecesi herbipolensi anno 1872 excipiebat in suo famulatu Catharinam nubilem annorum 27, ex honestis parentibus progenitam.

Quae tamen, sex annos ante ab officiali exercitus Bavariae seducta, filium peperit extra legitimum matrimonium. Ceterum huius puellae fama integra apud omnes erat, si praedictum excipias factum. Et superior scholasticus ante id temporis scholam ***artium*** eidem puellae crediderat; cui praefuit spatio plurium annorum. Nemo ex paroecianis miratus est quod femina haec apud parochum maneret.

Verumtamen novi administratores municipii, liberales sub specie zeli, sed odium et vindictam praeferentes in parochum eiusque famulam, Curiae episcopali detulerunt, Christifideles scandalum pati ex eo quod apud parochum sit famula filium illegitimum enixa. Addiderunt etiam quod femina illa in Ecclesia haud permaneret in loco, suis paribus destinato; quodque parochus apud quamdam processionem fuisse cum famula super currum eumdem. Quoad parochi mores nihil , neque eius detractores , innuere valuerunt: et episcopalis Curia nullum adesse testata est dubium de integritate et honestate parochi eiusdem.

Has delationes Curia haud parvipendit; sed parochum accersivit, variisque peractis inquisitionibus, quoad huiusmodi feminam, per decretum diei ***22*** Iunii 1877 iussit parochum illico a se removere famulam , cuius non ignorahat noxam. Attamen duo lapsi sunt anni et femina apud parochum manebat. Hinc sub die 19 Iulii 1879 Curia eadem episcopalis, alio edito decreto, addidit praecepto poenam suspensionis, ni parochus, spatio quatuor hebdomadarum famulam non removisset.

Parochus tunc adversus huiusmodi decretum et suspensionis interminationem appellavit apud Curiam Bambergensem. A qua tamen appellatio haec reiecta fuit, utpote omni destituta fundamento. Animo sed vero haud deiectus presbyter suam detulit appellatione)o ad Apostolicam Sedem, ut nullius valoris sententia haec declararetur.

Disceptatio Synoptica.

IURA PAROCHI. Ambigere nemini licet de rigoie sacrorum canonum quoad presbyteros, communem retinentes habitationem cum feminis suspectis aut concubinarius. Et censurae et poenae ecclesiasticae hosce adversus presbyteros iam constitutae fuerunt: quae tamen applicantur ***servatis servandis,*** prae oculis etiam habendo quod lex poenalis latam haud admittit interpretationem. Ex regula enim iuris 15 in 6 notum est « ***odia restringi et favores convenit ampliari*** » Et Schmalzgrueber cum aliis quamplurimis doctoribus ***Ius Eccl. univ. lib. III. tit. 2, n. 7.*** habet: « Olim ***(concubinari^*** diversis coercebantur poenis, nec unus idemque in iis infligendis servatus est ordo. Hodie circa eosdem observanda sunt potissimum decreta poenalia Tridentini, ut patet ex Bulla Pii V' édita anno 1566, ubi Dioecesium Ordinariis in virtute sanctae obedientiae praecipit ut districte illa observari faciant. Porro ordo adversus eosdem procedendi describitur a, memorata synodo ***Sess. 21 cap. 6 et Sess. 25 cap. 14 de ref.*** 1. Iubet eos moneri; et quidem monitione speciali, ut notat G-allemart ad ***cap. 14 :*** unde non sufficit generalis per edictum aut in synodo facta, licet alias haec trinae monitionis vim habeat. 2. Si ita moniti non abstinuerint, ipso facto privati sint tertia parte fructuum, obventionum et proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, et pensionum quae fabricae Ecclesiae, aut alteri pio loco pro arbitrio Episcopi. 3. Si in delicto eodem... nec secundae monitioni paruerint, eo ipso amittunt, et proventus omnes... atque insuper a beneficiorum suorum administratione, quandiu Ordinario videbitur suspendi debent. 4. Si ita suspensi nihilominus eas non expellent iubentur beneficiis... perpetuo privari... 5. Si etiam sic puniti a scandalosis huiusmodi commerciis non destiterint, praeter praedictas poenas, excommunicationis gladio plectantur_____Is cui infligitur poena a Tridentino taxata, debet esse vere concubinarius. Talis esse ille dicitur clericus, qui concubinam vel

domi suae, vel etiam extra illam alibi instar uxoris continuo retinet, et assiduam cum ea retinet consuetudinem. Unde poenae istae non cadunt in eum qui simplicem incontinentiam commisit absque qualitate concubinatus, ut declaratum est a Card. apud Gallemart ad caput 14 c. princ, et ratio est, quia poenae cum odiosae sint restringi debent. » Hisce in iure animadversis, notatum fuit parochum studuisse factum excusare per haec quae sequuntur rationum momenta; nempe sibi adhuc impossibile fuisse aliam sufficere famulam, quae rem domesticam prudenter curare sciret et valeret. Raro ait his in locis famula huiusmodi culpae expers invevenitur; nam mulieres, undequaque moribus integrae, aut nuptias ineunt, aut monasterium ingrediuntur. Quamobrem his in adiunctis minus favorabilibus lex quae impedit Clericum excipere in suo famulatu feminam lapsam aut minorem quadraginta annis, in praxi a longo tempore haud asservatur. Fateor enim legem huiusmodi vim suam efficaciter exerere posse, quando agitur de famulis et presbyteris quorum fama aliqua deturpetur actione contra bonos mores; ast in themate nullum adducere valuerunt factum adversus parochum eiusque famulam, neque eorum detractores.

Quod si lex prohibens revocari vellet ad pristinum vigorem, eximi per exceptionem adprecatus est orator, ne per mulieris expulsionem detrimentum patiatur et res domestica bonaque Parochi fama coram paroecianis.

Eiectio autem famulae, praedictae, ait parochus, nimis dura pro me ipso, nunc sexagenario foret; qui iam per 25 annos continua affectione capitis nervo-rheumatiea angor, et dubietate excrucior an aliam idoneam inveniam famulam, pro innumeris valetudinis meae incommodis.

Famula praeterea quae, post primam culpam , vitam omnino commendabilem duxit, quamplures et meliores insumpsit suae vitae annos Parocho fideliter inserviendo. Ex quo fit ut eadem quoddam ius manendi in parochi domo sibi acquisiverit ; et inhumana videri posset eius expulsio, quam pauci exposcunt Paroeciani ad vindictam elidendam.

Deinde domo Parochi egressa mulier naec infirmae valetudinis, gravi premeretur necessitate, cui parochus nullum ferre posset auxilium in sua indigentia. Quinimo, praeter damnum, parochi vituperaretur fama, quae quoad mores adhuc intacta mansit, et obmormuratio gigni posset ex facto expulsionis coactae.

Quamobrem hisce aliisque innixus argumentis, petiit parochus, ut revocata sententia Curiae Bambergensis, datum praeceptum et censurae interminatio revocarentur.

IURA CURIAE. Praemisit Curia, parochum Antonium haud ignorasse culpam mulieris quam aegro animo, ait ille, ab initio excepit in domum suam. Quo posito eidem reverenda erat lex ecclesiastica ubique adhuc vigens, et, cuius origo ita antiqua est, quantum concinnatio Decretalium Gregorii IX ***lib. 3 tit. 2 cap. 1*** (ibi). « Inhibendum est, ut nullus Sacerdos feminas de quibus suspicio potest esse retineat. Sed neque illas quas canones concedunt matrem, amitam et sororem quia instigante diabolo, et in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earumdem. Sed si qua de his necessitatem habuerit, presbyteri habeant in vico aut in Villa domum longe a sua conversatione, et ibi eis quae sunt necessaria subministret. Prohibendum quoque est ut nulla femina ad altare praesumat accedere, aut presbytero ministrare aut intra cancellos stare, sive sedere. »

Quae lex confirmatur a Tridentino ***Sess. 25 cap. 14 de ref.*** - ibi - « Prohibet sancta Synodum quibuscumque cleiicis ne concubinas aut alias mulieres, de quibus potest haberi suspicio, in domo vel extra, retinere aut cum iis ullam conversationem habere audeant. » Ex hisce, ait Curia, facile arguitur, personam lapsam cooptari posse inter illas mulieres, ***de quibus possit haberi suspicio.***

Quod autem applicata non fuerit lex ista in locis aliquibus ex eo forsan repeti potest, quod nulla querela admota sit contra aliquem parochum , habentem in suo famulatu mulierem lapsam; ita ut haec diu in domo parochi permanere valuerit. Verum quum querela adsit de scandalo, ceu

in themate, superior auctoritas tacere nequit, quia periculum est in mora. Risum autem movet, quod parochus nullam aliam invenire potuerit mulierem, moribus integram, ut aliam sufficeret !

Censuit autem Curia episcopalis, adversus parochi opinionem, municipii administratores querelam admovisse zelo bonae causae, non autem odio et vindicta. Fatemur nuperrimos administratores municipales hostes Dei et liberales esse: quod tamen fortius parochum sollicitare debebat ad omnem tollendam scandali occasionem pro his Ecclesiae hostibus, removendo famulam, quam quilibet uti lapsam agnoverat. Exceptio autem in iuris applicatione a parocho pro se invocata , nullimode a Curia indulgeri potest ; quia id disciplinae ecclesiasticae relaxationem innueret, praemiumque pertinaciae.

De damnis, quibus mulier obviam iret si depellatur, magis, ait sententia Curiae, culpandus est parochus quam famula. Ista enim bona fide nescivit quibus legibus sese subiecit parochi domum ingrediendo moribus haud integris; parochus, autem noverat legem Ecclesiae prohibentem , et tamen mulierem excepit in domum suam, nec de lege certius ein illam fecit.

Hisce praenotatis, enucleandum propositum fuit

Dubium.

An confírmemela vel infirmanda sit sententia Curiae archiepiscopalis Bambergensis in casu.

RESOLUTIO. Sacra Congi-. E p. et Reg. die 17 Augusti 1883 censuit respondere: ***Sententiam Curiae archiepiscopalis esse confirmandam, et ad mentem: mens est ut scribatur R. P. D. Episcopo Herbipolensi ut de alia parochia provideat parochum, qui tunc derelinquere famulam debebit.***

Ex QUIBUS COLLIGES. I. Nedum veras concubinarias, sed etiam alias feminas, de quibus tantum suspicio haberi pos-

óit, fxrceiidas esse **a** domibus presbyterorum ius et Doctores clamant.

II. Ait enim Trid. Sess. 25 cap. 14 de ref. « ***Prohibet s. Synodus quibuscumque clericis ne concubinas aut alias mulieres, de quibus*** *potest* ***haberi suspicio in domo vel extra retinere aut cum iis ullam- conversationem habere.»***

III. In themate noxam, qua sese mulier foedaverat, antequam domum parochi ingrederetur, praebuisse suspicionem, et scandali occasionem: ex quo factum est ut auctoritas ecclesiastica tacere nequiret: quamquam de moribus parochi integra permanserit fama.

EX SACRA RITUUM CONGREGATI*

DECRETUM

(Hispalen Beatificationis et Canonizat onis Ven. Servi Dei Fr Dydacl Iosephi a Gantois Sacerdotis professi Ord n is Minorum Sancti Francisci Capuccinorum:

Super Dubio

An constet de Virtutibus Theologalibus Spe, Fide, et Caritate in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adh" x is, in gradu heroico, in casu et ad effe tum de quo agitur f

Inter ea multa, in quibus excellit generosa Hispanorum natio illud maxime accensetur, quod quamplurimis genuerit atque a'.uerit de re Catholicae Religionis praeclare méritos, et ad vesanam retundendam impiorum hostium audaciam strenuos propugnatores. Ex his extitit, decurrente superiore saeculo, Venerabilis Dydacus Iosephus, qui Gadibus, Granatensis Regni urbe, nobili genere oi/tus, vel primos ipsos integerrimae Hitae annos admirabili austeritate,

aliarumque christianarum virtutum cultura transegit. Exinde sublimioris perfectionis desiderio flagrans, inditae Franciscalium Capulatorum familiae adscribi obtinuit, ubi quasi arbor frugifera super rivos aquarum plantata ita effloruit , ut una cum seraphici Patris externa asperi habitus humilitate, eius quoque mores apprime induerit, praesertim amorem eximium Crucis Christi, Spiritumque vehementis caritatis. Haec tantopere pectus eius pervasit, ut quamvis ingenio tardior, ac loquelae non satis expeditae, assumptus tamen speciali Dei nutu ad opus ministerii annuntiandi populis verbum veritatis, illico in novum suae gentis Apostolum immutatus apparuerit. Solam Dei gloriam et animarum salutem inexplebili ardore quaerens , ab orationibus , ieiuniis , itineribus et laboribus numquam destitit , ut ubique per oppida et civitates pene universae Ibericae regionis, confluente immensa hominum, ab intimis ad summos, multitudine, praedicaret Evangelium poenitentiae in remissionem peccatorum, doctrinas pravas et vitia extirparet, cunctosque doceret vias rectas. Pretiosis divinae largitatis thesauris ditatus, tamquam imbres mittebat eloquia sapientiae suae et tamquam ignem etiam duriora corda calefacientem, ita ut nemo resistere posset spiritui qui loquebatur. Hinc veluti homo sanctus a Deo missus, ac veluti alter Iacobus et Vincentius ad Hispaniae salutem datus, vulgo habitus est.Et inter admirandi huius Apostolatus labores, caritate magis ac divini honoris zelo, quam viribus consumptus, sacramentis Ecclesiae rite susceptis, Arundae, Malacitanae Dioecesis oppido , placidissime quievit in osculo Domini nono Kalendas Aprilis Anno MDCCCI aetatis L VIII-. Quae de eximia eius sanctitate hominum animis insederat opinio, magis ac magis post felicem ipsius obitum praesertim per Hispaniam diffusa est. Pacatis itaque rei sacrae ac publicae rebus, instructus fuit auctoritate ordinaria in Hispalensi Archidiocesi Processus eoque probato, sa. me. P. us IX Summus Ponti lex Commissioneui introductionis eius Causae propria manu signavit decimo octavo Kalendas Februarii anni MDCCCLXII1. Ex e litis deinceps Litteris Re mi ssorialibus, conditi fuerunt Apostolici Processus tum in eadem Archidioecesi Hispalensi , tum in AI alae tana Dioecesi. Sancita eorum validitate,

aliisque absolutis, quae Iuxta Canonis Constitutiones praemittenda erant, ad severum virtutum examen in Sacra Rituum Congregatione deventum est. tribus de more institutis disquisitionibus. Primo in Comiitis Antepraeparatoriis pridie Idus Iunii anno MDCGCLXXVII in Aedibus Reverendissimi Cardinalis Dominici Bartolini, loco Reverendissimi Cardinalis Caparti C.iusae Ponentis, tunc morbo impediti. Deinde in Praeparatorio Conventu in Pontificalibus Aedibus Vaticanis collecto tertio Nonas Februarii anni MDCCCLXXX. Postremo in ipsis Vaticanis Aedibus in Generali Congregatione coram Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII superiore anno MDCCCLXXXIII nono Kalendas Iunii coadunata. In qua idem Reverendissimus Cardinalis Dominicus Bartolini Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, qui iam e vivis erepto ei. me. Cardinali Hannibali Capalti relatori successerat, sequens proposuit Dubium: *u An constet de Virtutibus Theologalibus 'Fide, Spe, et Caritate in Deum et Proximum , nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur f* **Et Reverendissimi Cardinales ac Patres Consultores suas ex ordine protulere sententias; Sanctissimus vero Dominus Noster suum distulit supremum ferre iudicium, ac suffragato res adhortatus est ut secum preces fundere pergerent ad uberius lumen et consilium in tam gravi negotio sibi a divina Sapientia impetrandum.**

Tandem Sanctissimus Dominus Noster hac recurrente sacra die Dominica in Septuagésima, oblata piissime salutari Hostia in suo privato Sacello, in nobiliori eiusdem Palatii Vaticani aula ad se accersivit praefatum Reverendissimum Cardinalem Dominicum Bartolini, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum et huius Causae relatorem , una cum R, P. Augustino Caprara Sanctae Fidei Promotore, et me infranscripto Secretario, iisque adstantibus edixit: « *Constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe ei Caritati in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, Ven, Seroi Dei Dydaci Iosephi a Gadibus, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur,* »

et ad effectum de quo agitur. »

Huiusmodi Decretum in vulgus edi et in Acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit, Quarto Idus Februarii anno MDCCCLXXXIV.

D. CARD. BARTOLINITJS S. R. C. PRAEFECTUS

L. S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. SECRETARIUS

DECRETUM

Montis Falfsci seu Viterbien. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Sor Mariae Gertrudis Salandri Ordinis Sanet Dominici Fundatricis Monasterii Sanctissimi Rosarii in Oppido Vaientani.

Super Dubio

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Caritate in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu, et ad effectum de quo agitari

Rex aeternae veritatis nihil odit magis, quam fatuam mentis humanae superbiam, ideoque propriis fidentes viribus , suique opinione inflatos perculit ; humiles vero plerumque feminas superno auxilio robora tas, ad sanctitatis fastigium , et ad ardua quaeque pro sui nominis honore gerenda eligere consuevit. Ex harum numero Venerabilis Maria Gertrudis Salandri novum tamquam sidus in inclita Dominici Gusmani familia, elapso saeculo, eluxisse visa est. Romae honestis parentibus edita in lucem, in sincerae religionis et morum sanctitate, piae praesertim aviae curis, una cum aetate crevit Annum vigesimum primum egressa, ut ad se vocantem Christum liberius sequeretur, plurimis obstaculis superatis, in Viterbiensi Sanctae Catharinae Senensis monasterio regularis vitae institutum suscepit. Exactis ibi aliis viginti annis, cum illis sancti-

monialis praeclaro suo profuisset exemplo , ad novum sacrarum virginum Monasterium in Valentani oppido erigendum , ut divinae obtemperaret voluntati, se transtulit. Porro quasi altera Senensis Catharina, quam sibi a tenera aetate imitandam proposuerat, haec quoque electa virgo Maria Gertrudis spiritus sapientiae et intellectus a Deo ornata, eximiis virtutibus, imprimisque flagrantissima divina caritate ubique excelluit. Haec pariter ad divini Sponsi gloriam dilatandam se totam impendit , et prorsus virili pectore laboravit, in eo potissimum ut Dominicanam Sororum institutionem ad primigeniam observantiae pulchritudinem reduceret. Erga matrem Ecclesiam amore plena, ideo novum Monasterium fundatum voluit , ac titulo Beatissimae Dei Genitricis Mariae a Rosario dicatum, ut esset quovis tempore tamquam propugnaculum bene munitum, in quo sodales Virgines orationum armis et sacri Rosarii recitatione adversus religionis hostes dimicarent. Ac tandem, cum in tota sua vita suavem Christi odorem Late effudisset ad caelestem Sponsum feliciter migravit undecimo Kalendas Aprilis anno MDCCXLVIII, aetatis suae LVIII iam expleto. Ob sanctitatis famam magis invalescentem, post pretiosum eius obitum, informativi Processus cum Valentani in Dioecesi Faliscodunensi, tum Romae et Viterbii conditi fuerunt, atque Idibus Augusti anni MDCCLXIII a Summo Pontifice Clemente XIII signata est Commissio introductionis Causae. Constructi deinde sunt Processus Apostolici, et omnium, Processuum validitate comprobata, cum rerum publicarum perturbationes Causae cursum diu intercepissent, de virtutibus primo initum fuit iudicium in Antepraeparatorio Sacrorum Rituum Congregationis Conventu penes Reverendissimum Cardinalem ci. me. Constantinum Patrizi Episcopum Ostiensem et Veliternensem eidem Sacrae Congregationi Praefectum et Causae Ponentem, pridie Kalendas Septembris anno MDCCCLXXV; deinde iterum in Comitiis Praeparatoriis apud Pontificias Aedes Vaticanas tertio Kalendas Maii anno MDCCCLXXIX; ac tertio in Comitiis Generalibus habitis in ipsis Vaticanis Aedibus coram Sanctissimo Domino Nostro LEONE PAPA XIII superiore anno MDCCCLXXXIII decimo septimo Kalendas Februarii. Cum ibi Reverendissimus Car-

dinalis Aloisius Oreglia a Sancto Stephano, Causae Relator proposuisset dubium: *u An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Caritate in Deum et proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur' ? » ;* tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores suas protulere sententias: Beatissimus Pater noluit illico iudicium hoc absolvere, suamque aperire mentem, sed adstantes hortatus est ut secum fusis precibus lumen et consilium in re tam gravi a Divino Spiritu implorarent.

Id vero tandem praestare statuit hac adveniente die Dominica in Septuagésima. Ideoque piissime celebrato Sacrosancto Sacrificio in privato suo oratorio hanc nobiliorem petiit Pontificii sui Palatii Vaticani aulam et accitis Reverendissimus Cardinalibus Domi' nico Bartolini Sacrae Rituum Congregationi Paefecto , et Aloisio Oreglia a Sancto Stephano Causae Relatore, una cum R. P. Augustino Caprara S. Fidei Promotore, et me infrascripto Secretario iisdemque adstantibus solemniter declaravit: « *Constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Caritate in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, et Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, Venerabilis Servae Dei Sororis Mariae Gertrudis Salandri, in gradu heroico, in casu, et ad effectum de quo agitur ».*

Decretum hoc in vulgus edi , et in Acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit, Quarto Idus Februarii anno MDCCCLXXXIV.

D. Card. BARTOLINIUS S.R.C, r REFECTUS.

L.

UA.URENTIUS SALVATI S. R. C

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

Hie ¿4 Marnt 1884.

ALLOCUTIO SSmi D. N. Leonis Papae XTIt; qua iterum damnatur et improbatur quidquid Romae actum est et agitur cum iniuria Apostolicae Sedis.

VENERABILES FRATRES

Post excitatus seditionum fluctus, quorum immanes impetus in excidium civilis romanorum Pontificum principatus ex pugnati onemque Urbis evasere, sicut Pius IX f. r. decessor Noster, ita et Nos Apostolicae Sedis iura tueri omnique contentione vindicare studuimus, prout muneris officiique Nostri ratio postulabat. Similique animi constantia, quoties quid iniqui vidimus in rerum novarum continuatione attentatum, veritatis iustitiaeque patrocinium suscepimus: nominatim hanc vim, quam iamdiu sustinemus, quantum repugnando potuit, propulsandam curavimus.

Verumtamen, arcano permittentis Dei consilio, vehemens illa tempestas diuturnitate non resedit. Quod proiecto vix opus est verbis exequi, praesertim apud Vos, Venerabiles Fratres, quibus est id, quod dicimus, quotidiano spectaculo ac prope experimento cognitum. Nihil enim cunctantes inimici in cursu consiliorum suorum, hic stabilire quotidie firmius res suas moliuntur, omnia circumspicientes quamobrem iure optimo incommutabilique possessione consedisse in Urbe iudicentur. Huc pertinet eorum in agendo considerata dexteritas: rerum eventus per dispositas caussas apparati: captatio, domi , popularis aurae: quaesita foris voluntatem assensio: omnes denique artes, quae ad obtinendam conservandamque potentiam prodesse videantur. Quoniam igitur Ecclesiae romamque Pontificatus rationes quanto magis illi pessumdare adnituntur,' tanto Nos studiosius conservare debemus, idcirco hodierna die in hoc amplissimo consessu vestro denuo improbamus damnamusque quodcumque est cum Apostolicae Sedis iniuria actum, itemque testamur, omnia Nos iura eius ex integro et in perpetuum salva velle. Neque vero aut regni cupiditate aut rerum humanarum appetenza duçimur, quod nonnulli insigni stultitia atque impudentia pari

criminantur: sed conscientia permovemur officii, et iurisiurandi religione, et ipsis exemplis Decessorum Nostrorum eorumque virtute et sanctitate magnorum, qui pro conservando principatu civili quandocumque oportere visum est, summa fortitudine constantiaque dimicaverunt. In quo quidem principatu, praeter legitimas caussas titulosque egregios et varios, inest similitudo et forma quaedam sacra, sibi propria, nec cum ulla republica communis, propterea quod securam et stabilem continet Apostolicae Sedis in exercendo augusto maximeque munere libertatem. Nemo est enim quin sciat, id semper Pontificibus usuvenisse, ut, amisso imperio civili, in deminutionem incurrerent libertatis; quod rursus vel in Nobismetipsis nunc idem perspici potest sub casus alieni arbitrii varios incertosque subiectis. Nuperrimus ille et gravis de patrimonio, quod haec Apostolica Sedes christiano nomini propagando addixerat. Caussa agebatur cum apostolico officio Pontificis maximi apta in primis et connexa, eademque tanto rebus humanis maior, quanto christianae propagatio sapientiae et salus hominum sempiterna. Atqui tamen operi nobilissimo, quod sapiens Pontificum munificentia instituit, et gentium christianarum aluit liberalitas, vis praesentium temporum non pepercit: ita sane ut ad futuram eius incolumitatem nova Nos inire consilia necessitas ipsa coegerit.

Ista quidem acerba: acerbiora praesentimus, et pati parati sumus. Novimus enim, decretum inimicis esse usque eo Pontificatum romanum iniuriose tractare, ut, ex aliis in alias coniectus difficultates, ad extrema, si fieri possit, urgeatur. Detestabile insanumque propositum: quod, si consentaneum iis est, qui consiliis sectarum nequissimarum inserviunt, et conculcari Ecclesiam mancipio ve reipublicae dari gestiunt, profecto longe alienum ab eorum voluntate esse oportet, qui germana patriam caritate diligant, qui Pontificatus virtutem et magnitudinem non praeiudicata opinione, sed rei natura metiantur, qui beneficia ipsius tum omnibus gentibus, tum maxime Italorum generi et parta meminerint, et expectanda considerent.

Verum praecipua firmissimaque spe in Deo posita, qui vindex est aequitatis et iustitiae, animum interea a praesentium cogitatione malorum ad laetiora quaedam revocemus, quae cum Ecclesiae utilitate amplissimique Collegii vestri ornamento colligantur. Nimirum romanae honorem purpurae hodierna die deferre constituimus IOSEPHO SEBASTIANO NETO Patriarchae Lisbonensi, et GULIELMO SANFELICE Archiepiscopo Neapolitano, virtutum doctrinaeque laude, muneribus episcopalibus naviter sapienterque gestis, et immota in hanc sedem Apostolicam fide praestantibus

Quid vobis videtur?

Auctoritate itaque omnipotentis Dei, sanctorumque Apostolorum Petri et Paulli ac Nostra creamus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteros Cardinales

IOSEPHWM SEBASTIANUM NETO

GrULIELMUM SANFELICE

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

SSmus Pater habita relata allocutione, creavit et publicavit S. R. E. Cardinales

EX ORDINE PRESBYTERORUM

R. P. D. Iosephum Sebastianum Neto Patriarcham Uh ssiponensem, natum in Lagis, Dioecesis Phâronensis die 8 Februarii 1841.

R. P. D. Gulielmum Sanfelice e Ducibus de Aquavella Congregationis Benedictinae Casinensis , Archiepiscopi Neapolitani, natum Aversae die 18 Aprilis 1834.

Quibus praemissis, proposuit sequentes Ecclesias:

CATHEDRALES ECCLESIASOSTIEN. ET VELITERNEN. invicem perpetuo canonice unitas vacan, per obitum clar. me. Camilli dum viveret S. R. E. Cardinalis de Petro, postremi illarum Episcopi apud romanam curiam defuncti; quas optavit Emus ac Rmus Dominus Carolus ipsius S. R. E. Cardinalis Sacconi, sacri Collegii Decanus, Portuensis ac S. Rufinae Episcopus iisdem tamen dimissis Ecclesiis.

CATHEDRALES ECCLESIAS POBTUEN. ET S. RUFINAE, invicem perpetuo canonice unitas vacan, per translationem , vigore optionis Emi ac Rmi Domini Caroli S. R. E. Cardinalis Sacconi, Sacri Collegii Decani, ad Sedes Cathedrales 0-stien. et Veliternen. invicem pariter perpetuo canonice unitas, quas optavit Emus ac Rmus Dominus Ioannes Baptista praefatae S. R. E. Cardinalis Pitra, Episcopus Tusculanns, ipsa tamen Ecclesia dimissa.

CATHEDRALEM ECCLESIAM AL-

BAÑEN, vacan, per dimissionem ab Emo ac Rmo Domino Gustavo Adulpho S. R. E. Episcopo Cardinali d'Hohenlohe, libere ac sponte in manibus SANCTITATIS SUAE emissam, et ab eadem acceptam; quam optavit Emus ac Rmus Dominus Raphael tituli s. Crucis in Hierusalem eiusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Monaco La valletta, praedicto Titulo Presbyterali dimisso.

CATHEDRALEM ECCLESIAM PRAENESTIN. vacan, per obitum clar. me. Antonini dum viveret S. R. E. Cardinalis de Luca, ultimi illius Episcopi, apud romanam curiam defuncti; quam optavit Emus ac Rmus Dominus Aloisius Tituli S. Anastasiae eiusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Oreglia a Sancto Stephano, dimisso praedicto Titulo Presbyterali.

CATHEDRALEM ECCLESIAM SABINEN, cum ei adnexo titulo Abbatialis Ecclesiae s. Mariae Farfensis, vacan, per obitum clar. mem. Aloisii dum viveret S. R. E. Cardinalis Bilio, ultimi illius Epi scopi, apud romanam curiam defuncti; quam optavit Emus ac Rmus Dominus Thomas Maria Tituli s. Priscae eiusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Martinelli, praedicto Titulo Presbyterali dimisso.

CATHEDRALEM ECCLESIAM Tusculan. vacan, per translationem, vigore optionis Eminentissimi ac Rmi Domini Ioannis Baptistae, S. R. E. Cardinalis Pitra ad sibi invicem perpetuo canonice unitas Ecclesias Portuen. et S. Rufinae; quam optavit Emus ac Rmus Dominus Eduardus Tituli ss. Ioannis et Pauli eiusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Howard, praedicto Titulo Presbyterali dimisso.

METROPOLITANAM ECCLESIAM TURONEN. vacan, per obitum bo. me. Caroli Theodori Colet, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P.D. Guillelmi Renati Meigneu Antistitis Atrebatensis, ad nominationem perillustris Viri Iulii Grevy Gallicae Reipublicae Praesidis.

METROPOLITANAM ECCLESIAM ROTHOMAGEN, vacan, per obitum clar. me. Henrici Mariae Gastonis S. R. E. dum viveret Presbyteri Cardinalis de Bonnechose, ultimi illius Archipraesulis, extra romanam curiam defuncti,favore R. P. D. Leonis Benedicti Caroli Thomas Episcopi Rupellensis, ad nominationem perillustris Viri Iulii Grevy Gallicae Reipublicae Praesidis.

METROPOLITANAM ECCLESIAM MONTIS REGALIS vacan, per obitum bo. me. Iosephi Mariae Papardo de Parco, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Dominici Gasparis Lancia de Brolo Episcopi titularis Philadelphiensis.

METROPOLITANAM ECCLESIAM MECHLINIEN, vacan, per obitum clar. me. Viatoris Augusti Isidori S. R. E. dum viveret Presbyteri Cardinalis Dechamps, e Congregatione SSmi Redemptoris, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Petri Lamberti Goossens Namurcensis Antistitis.

ARCHIEPISCOPALEM ECCLESIAM SYPONTIN. cum administratione Vestanae Sedis, vacan, per obitum bo. me. Beniamini Feuli, ultimi illius Archipraesulis ac respective administratoris, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Friderici Pizza Presbyteri Neapolitani.

ARCHIEPISCOPALEM ECCLESIAM MITYLENEN, titularem vacan, per translationem R. P. D. Antonii Iosephi de Freitas Honorato ad Metropolitanam Sedem Bracharensem, favore R. D. Antonii Mendes Bello, Presbyteri dioeceseos Egitanensis, qui etiam deputatus fuit in suffraganeum ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia in civitate et Patriarchatu Lisbonensi obeunda.

CATHEDRALEM ECCLESIAM CASSANEN. vacan, per translationem ad Sedem Caiacen. R. P. D. Raphaelis Danise, Ordinis Clericorum Regularium, Infirmis Ministrantium, favore R. P. D. Antonii Pistocchi Episcopi titularis Sinopolitam et coadiutoris cum futura successione Antistitis ss. Marci ac Bisiniani.

CATHEDRALEM ECCLESIAM CAIACEN. seu Calatin. vacan, per obitum bo. me. Iosephi Spinelli, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Raphaelis Danise Ordinis Clericorum Regularium, Infirmis Ministrantium.

CATHEDRALEM ECCLESIAM BALNEOREGIEN. vacan, per obitum bo. me. Raphaelis Corradi, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Herculis Boni, Presbyteri Setin.

CATHEDRALEM ECCLESIAM DIANEN, vacan, per obitum bo. me. Dominici Fanelli , ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Vincentii Addessi Presbyteri Caietanae Archidioeceseos.

ECCLESIAM EPISCOPALEM SAMARIEN. titularem sub Archiepiscopo Caesariensi vacan, per successionem R. P. D. Iacobi Corna Pellegrini ad Cathedralem Sedem Brixiensem, favore R. P. Fr. Alexii Biffoli Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis, Presbyteri Romani, qui etiam deputatus fuit in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Philippi Fratellini, Antistitis Forosempronensis, qui expressum ad hoc praebens assensum ob suam senio confectam aetatem alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia illa in civitate

atque dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM TEIEN. titularem sub Archiepiscopo Ephesino vacan, per translationem R. P. D. Thomae Gomes de Almeida ad Cathedralem Sedem Egitaniensem, favore R.. D. Stanislao De Luca, Presbyteri Monopolitanae dioeceseos. Qui etiam deputatus fuit in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Livii Parlatore, Episcopi ss. Marci ac Bisiniani, qui expressum ad hoc praebens assensum ob suam senio confectam aetatem, alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM BIRTH AN. titularem sub Archiepiscopo Edesseno vacan, per obitum bo. me. Adulphi Pinsonault, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Paschalis Alphonsi Mariae Iaderosa, Presbyteri dioeceseos Acerrarum. Qui etiam deputatus fuit in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Dominici Ramaschiello Antistitis s. Agathae Grothorum , qui ob suam provectam aetatem et infirmam valetudinemj alterius indiget ope ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM I A SSEN. titularem sub Archiepiscopo Stauropolitano vacan, per obitum bo. me. Stephani Ludovici Charbon, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti , favore R. D. Caietani D'Alessandro Presbyteri Panormitani. Qui etiam deputatus fuit in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Rogerii Blundo, Antistitis Cephaludensis, qui expressum ad hoc praebens assensum, ob suam provectam aetatem alterius exigit opem ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM BERISSÈN. titularem sub Archiepiscopo Sebastensi vacan, per obitum bo. me. Michaelis Moysis Araoz, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Casimiri Ruszkiewicz, Presbyteri Seynensis, seu Augustoviensis. Qui etiam deputatus fuit in suffraganeum Varsaviensem ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia illa in archidioecesi obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM DÜLMEN, titularem iam sub Archiepiscopo Spalatensi vacan, per translationem ad Sedem Mobiliensem R. P. D. Dominici Manucy, favore R. D. Cyrilli Lubowidzki, Presbyteri dioeceseos Luceoriensis. Qui etiam deputatus fuit in suffraganeum Luceoriensem ac Zytomiriensem ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM THESPIEN. titularem sub Archiepiscopo Thebano, vacan, per obitum

bo. me. Petri Ignatii de Benavente, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favorf R. D, Antonii Baranowski Presbyteri Samogitiensis. Qui etiam deputatus fuit in suffraganeum Samogitiensem ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM SERREN. titularem sub Patriarcha Constantinopolitano vacan, per obitum bo. me. Christophori Donbiski, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Henrici Petri Delega Klossowski, Presbyteri Varsaviensis. Qui etiam deputatus fuit in suffraganeum Plocensem ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM TROIAN. titularem sub Archiepiscopo Cyziceno vacan, per obitum bo. me. Guillelmi Morris, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Caroli Pollner, Presbyteri Varsaviensis archidioeceseos. Qui etiam deputatus fuit in suffraganeum TJladislaviensem seu Calissiensem ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM CAPHARNEX. titularem sub Archiepiscopo Petrensi, vacan, per obitum bo. me. Bernardini Trionfetti, ultimi illius Episcopi,, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Ioannis Baptistae Bertagna Presbyteri Astensis. Qui etiam deputatus fuit in auxiliarem Emi ac Revmi Domini Caietani Titulo s. Mariae in Transpontina S. R. E. Presbyteri Cardinalis Alimonda, Arehipraesulis Taurinensis, ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac libito obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM IONOPOLITAN. titularem sub Archiepiscopo Gangrensi vacan, per successionem R. P. D. Francisci Xaverii Leray ad metropolitanam Sedem Novae Aureliae, favore R. D. Iacobi Daddi, Presbyteri Panormitani. Qui etiam deputatus fuit in auxiliarem R. P. D. Petri Ieremiae Michaelis Angeli ex Marchionibus Celesia Arehipraesulis Panormitani ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac libito in illa civitate et archidioecesi obeunda.

i CATHEDRALEM ECCLESIAM GADICEN. seu Gadi tan. vacan, per translationem R. P. D. Iacobi Cátala et Albosa ad sedem Barcinonensem, favore R. P. D. Vincentii Calvo et Valero iam Antistitis Santandriensis.

CATHEDRALEM ECCLESIAM RUPELLEN. vacan, per translationem R. P. D. Leonis Benedicti Caroli Thomas ad Metropolitanam Sedem Rothomagensem, favore R. P. D. Petri Mariae Stephani Gustavi Ardin, iam Antistitis O ranensis.

CATHEDRALEM ECCLESIAM AM

B1A.NEN. vacan, per translationem R. P. B. Amati Victoris Francisci G-uilbert ad Metropolitanam Sedem Bnrgigalensem, favore R. P. D. Ioannis Baptistae Mariae Simonis Iacquenet, iam Episcopi Vapincensis,ad nominationem perillustris Viri Iulii Grevy Gallicae Reipublicae praesidis.

CATHEDRALES ECCLESIAS CALAGURITAN. ET CALCEATEN. invicem canonice unitas, vacan, per obitum bo. me. Gabini Catalina del Amo, ultimi illarum Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Antonii Mariae Cascaiares et Azara, iam Episcopi titularis Dorensis et in Hispaniarum regnis Militarium Ordinum Prioris, ad praesentationem Sermi Regis Catholici.

CATHEDRALEM ECCLESIAM ANGOLEN. ET CONGEN. vacan, per promotionem R. P. D. Iosephi Sebastiani Neto ad Patriarchalem Sedem Lisboa e a sem, favore R. P. D. Antonii Thomae da Silva Leitao e Castro iam Episcopi titularis Lycopoliensis, atque Praelati de Mossambique ad praesentationem Serenissimi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissima.

CATHEDRALEM ECCLESIAM VAPINCEN. vacan, per translationem R. P. *D.* Ioannis Baptistae Mariae Simonis Iacquenet ad Sedem Cathedralem Ambianensem, favore R. D. Ioannis Leonis Gouzot Presbyteri dioeceseos Petrocoricensis ad nominationem perillustris Viri Iulii Grevy Gallicae Reipublicae Praesidis.

CATHEDRALEM ECCLESIAM ORANE N. vacan, per translationem R. P. D. Pétri Stephani Mariae Gustavi Ardin ad Sedem Rupellensem, favore R. D. Natalis Victoris Goussail, Presbyteri dioeceseos Montis Albani ad nominationem perillustris Viri Iulii Grevy Gallicae Reipublicae praesidis.

CATHEDRALEM ECCLESIAM NAMURCEN, vacan, per translationem R. P. *D.* Petri Lamberti Goossens ad metropolitanam Sedem Mechliniensem, favore R. D. Eduardi Iosephi Belin Presbyteri dioeceseos Tornacensis.

CATHEDRALEM ECCLESIAM CORDUBEN. in ditione Argentina Americae meridionalis vacan, per obitum bo. me. Mamertiab Esquiu, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Fr. Ioannis a Capistrano Tissera, Ordinis Minorum Observantium s. Francisci expresse professi , Presbyteri Cordubensis.

ECCLESIAM EPISCOPALEM LEREN. titularem sub Archiepiscopo Rhodiensi vacan, per obitum bo. me. Ioannis Thomae Hynes, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Cre^centii Carrillo et Ancona, Presbyteri Emeriteusis de Iucatania. Qui etiam deputatus fuit

in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Leandri Rodrigue/ de la Graia, Antistitis lucatanensis.

ECCLESIAM EPISCOPALEM DANABEN, titularem sub Archiepiscopo Damasceno, vacan, per obitum bo. me. Edmundi Francisci G-uierry, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Fr. Mariani Markovic Presbyteri archidioeceseos "Werhbosnensis et Ordinis Minorum Observantium s. Francisci. Qui etiam deputatus fuit in Apostolicum administratorem Ecclesiae Banialucensis, a praefata SANCTITATE SUA per Apostolicas Literas *u Ex hac augusta Principis Apostolorum Cathedra »* datas III Nonas Iulii 1881 institutae, Cathedralitatis honore auctae, et a primaeva erectione sua vacantis.

ECCLESIAM EPISCOPALEM ANASTASIOPOLITAN. titularem sub Archiepiscopo Ephesin. vacan, per obitum bo. me. Petri Ferdinandi Witte, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Caroli Schwarz, Presbyteri Pragensis Archidioeceseos. Qui etiam deputatus fuit in auxiliarem Emi ac Rmi, D. Friderici Iosephi, Titulo s. Augustini S. R. E. Presbyteri Cardinalis Schwarzenberg , Archipraesul Pragensis, ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac libito obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM PHILOMELIEN. sub Archiepiscopo Synnadensi vacan, per obitum bo. me. Iosephi Ponsot, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti favore R. D. Stephani Neszveda, Presbyteri Vaciensis dioeceseos. Qui etiam deputatus fuit in auxiliarem R. P. D. Antonii Iosephi Peitler, Antistitis Vaciensis ad pontificalia, ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac libito obeunda.

ECCLESIAM EPISCOPALEM TABRACEN. sub Archiepiscopo Carthaginen. vacan, per successionem ad Sedem Kingstonien. R. P. D. Remigii GJ-aulin, favore R. P. Fr. Bernardini di Milia Ordinis Minorum Capulatorum s. Francisci, Presbyteri Compsanae arohic^oeceseos.

CATHEDRALEM ECCLESIAM BUDVICEN. vacan, per obitum bo. me. Ioannis Valeriani Tirsik ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R D. Francisci de Paula e Comitibus de Schönborn Presbyteri Pragensis, ad nominationem sacrae Caesareae Maiestatis Francisci Iosephi I. Austriae Imperatoris, Bohemiae et Hungariae Regis Apostolici.

ECCLESIAM CATHEDRALEM SANTANDARIEN. favore Iacobi Sánchez y Castro, canonici lectoralis Legionensis.

ECCLESIAM CATHEDRALEM OVETEN. favore R. P. Fr. Raimundi

Martínez y Vigil er Ordine Praedicatorum.

ECCLESIAM CATHEDRALEM S. IACOBI CAPITIS VIRIDIS favore R Domini Ioachimi Augusti de Barros, Parochi s. Salvatoris e Tarquetà Archidioecesis Bracharensis.

ECCLESIAM EPISCOPALEM TITULAREM PHILADELPHIEN. favore R. D. Henrici Iosephi Read da Silva, canonici Cantoris in Loanda.

Per Breve autem pontificium sequentes Ecclesiae collatae fuerunt :

ECCLESIA TITULARIS ARCHIEPISCOPALIS CYRREN. R. P. D. Nicolao Adames, iam Episcopo Luxemburgensi.

ECCLESIA TITULARIS ARCHIEPISCOPALIS SALAMINEN, R. P. D. Patrino Ioanni Ryan, coadiutori Petri Riccardi Kenrick, Archiepiscopi s. Aloysii Statuum Unitorum Americae.

ECCLESIA TITULARIS ARCHIEPISCOPALIS SIRACEN. R. P. D. Adamo Ciaessens, iam Episcopo titulari Tranopolitan.

ECCLESIA METROPOLITANA SYDNEYEN. in Nova Galles R. P. D. Patritio Francisco Moran, iam Episcopo Ossorien.

ECCLESIA METROPOLITANA NOVAE AURELIAE. R. P. D. Francisco Xaverio Leray, iam Episcopo titulari lanopolitan.

ECCLESIA TITULARIS ARCHIEPISCOPALIS AMIDEN. R. D. Beniamino Caviechioni, electo Delegato Apostolico pro Statibus Aequatoris, Boliviae et Peruviae.

ECCLESIA TITULARIS EPISCOPALIS IOPPEN. R. P. D. Eugenio O'Connell, iam Episcopo e Grass Valley.

ECCLESIA CATHEDRALIS MOBILIEN. IN ALABAMA R. P. D. Dominico Manney, iam Episcopo titulari Dülmen.

ECCLESIA CATHEDRALIS HARLEMEN. R. D. Gaspari Bottman, Canonico Theologo et praesidi magni Seminarii.

ECCLESIA CATHEDRALIS HAMILTONKN. R. P. Magistro Iacopo Iosepho Carlery, socio P. Generalis ordinis Praedicatorum.

ECCLESIA CATHEDRALIS LUXEMBURGEN. R. P. Ioanni Koppes parocho apud Esch sur 1'Alzette.

ECCLESIA CATHEDRALIS BUDVICEN. in Boemia R. D. Francisco di Pauloa e comitibus Schörnborn.

ECCLESIA CATHEDRALIS BALLARETEN. in Australia R. D. Iacobo Moore, Vicario capitulari.

ECCLESIA 'ITULARIS EPISCOPALIS CISSAMEN. R. P, Adriano Rouger e Congregatione Missionis, Vicario Apostolico e Kiang-si meridionali in Sinis.

ECCLESIA TITULARIS EPISCOPALIS BODONEN. R D. Rodulpho de Courmont e Congregatione Spiritus Sancti et s. Cordis Mariae, Vicario Apostolico e Zanzibar.

EGCÎ^SIA TITULARIS EPISCOPALIS COLOPHOXIEN. R. P. Francisco Xaverio Riehl e Congregatione Spiritus Sancti , et s. Cordis Mariae, Vicario Apostolico e Senegambia..

ECCLESIA TITULARIS EPISCOPALIS ABDERITAN. R. P. Alfonso de Voss e Congregatione Cordis immaculati Mariae, Vicario Apostolico Mongoliae Occiduo-meridionalis.

ECCLESIA TITULARIS EPISCOPALIS ELEUTHEROPOLITANA R. P. Theodoro Ermanno Butsès e Congregatione Cordis immaculati Mariae, Vicario Apostolico Mongoliae orientalis.

ECCLESIA TITULVRIS EPISCOPALIS ROSALIEN. R. P. Andreae Chinchon e Praedicatoribus, Vicario Apostolico Emoy in Sinis.

ECCLESIA TITULARIS EPISCOPALIS HIEROCAESARIEN. R. P. Francisco Xaverio Van-Camelbeke e Congregatione pro missionibus exteris Parisiorum, Vicario Apostolico Concinsinae orientalis.

ECCLESIA TITULARIS EPICOPALIS FUSSOLAN. R. P. Paulo Mariae Reynaud e Missione, Vicario Apostolico e Tche-Kiang in Sinis.

ECCLESIA TITULARIS EPISCOPALIS CANEEN. R. D. Nicolao Donnelly , Canonico et parocho Dublini , deputato in auxiliarem Emi et Revmi Cardinalis Eduardi Mac-Cabe, Archiepiscopi Dublinensis.

EX 5. CONGREGATIONE DE PROPAGANDA FIDE

LITTERAE Emi Cardinalis Praefecti S. Congregationis Propagandae ^idei, quibus varia constituuntur centra, extra Italiam, ad fidelium oblationes colligendas.

lllmo e Rmo Signore.

È nota alia S. V. la sentenza emanata ai 29 gennaio p. p. dalla suprema Corte di Cassazione di Roma, a Sezioni riunite, circa la convertibilità dei beni di questa s. Congregazione. Secondo siffatto pronunciato, già qualificato abbastanza dalla pubblica opinione, la Propaganda viene equiparata a particolari enti ecclesiastici locali e

Praeclarissime Praesul.

Nota iam Tibi profecto est sententia, quae die 20 Ianuarii, proxime elapsi, e Supremo Consilio Causis rerum iudicatarum dirimendis, Romae constituto prodiit; quaque huius Congregationis bona converti *(ut aiunt) posse decretum est. Per huiusmodi iudicium, iam satis publica opinione damnat um, sacra haec Congregatio, cuilibet* ecclesiastico coetui comparatur^, atque una eademque lege quae*

perciò compresa nella legge di conversione del patrimonio di tali enti, conservati nella provincia romana. (Legge 19 giugno 1873.) Ora, siccome V. S. già conosce, ben altra è la natura di questo Istituto, indubbiamente internazionale, sia riguardato il carattere della missione affidatagli, sia la provenienza dei capitali che costituiscono il suo patrimonio.

L' atto fondamentale con cui Gregorio XV, di s. m. die principio a questa magnifica opera, gloria della s. Sede e insieme dell'Italia, la serie delle costituzioni pontificie emanate a riguardo di essa durante i due secoli e mezzo della sua esistenza, a traverso le crisi anco le più violente dell' Europa, avevano chiarito abbastanza avanti a tutto il mondo, che i Pontefici stabilirono questo Istituto allo scopo esclusiva di farne l'istromento per esercitare efficacemente il proprio ministero dell'apostolato, colla propagazione della fede su tutta la faccia della terra; al quale effetto gli conferirono i più ampi e straordinari poteri. Per assicurargli la piena libertà nell' esercizio di tanto sublime officio, essi stessi per i primi gli fornirono mezzi pecuniari, e in questo intendimento medesimo i fedeli di tutte le nazioni volenterosamente concorsero ad aumentare il suo patrimonio, che non a vantaggio di un popolo solo era destinato, ma a bene dell' intiera "m fi-nità.

Pertanto apparisce manifesti, che la sentenza accennata sopra non colpisce già i beni di un particolare istituì ii? danneggia il

lata est die 19 Tun. an. 187S de Patrimonio in Gubernii proprietatem convertendo, comprehenditur.

Iamvero sicut tu, Illustrissime Rrke Dñe, probe nosti, diversae omnino naturae est hoc Institutum, quod nimirum ad omnes nationes pertinet, tum ratione provinciae ipsi demandatae, tum etiam ratione originis eorum bonorum, quae illius Patrimonium constituunt.

Ipse primaevae institutionis actus, quo videlicet s. m Gregorius XV. Rom Pont. huic magnifico operi, quod profecto est S. Sedis, imo etiam Italiae decus, initium dedit : Pontificiae Constitutiones ad illud spectantes, duobus subinde saeculis, cum dimidio, difficillimis toti Europae temporibus, editae, satis superque ostenderunt, Romanos Pontifices hoc perficiendo Instituto, nihil aliud intendisse, quam ut instrumentum sibi quodammodo compararent ad ministerium suum Apostolicum, quod est in primis in universum mundum Christianae Fidei propagatio, explicandum: qua de causa amplissima eidem potissimaque iura attribuerunt. Quo vero in hoc adeo praeclaro Ministerio exercendo pleniori libertate Institutum gauderet, eidem pecuniarum subsidia priores contulerunt: eademque deinceps de causa omnium nationum fideles populi ad eius augendum Patrimonium convenere; quod quidem non uni genti, sed, universae homiv"^ societati d e s a - nabatur.

Patet igitur apertissime, sententiam, cuius supra memini, nOn privati cuiusquam fantummodo Institxiti bona percellere; sed patrimonium ministerio ipsi Apostolico exercendo, quod est gentes omnes Christiana Fide civilibusqne moribus informare, unice destinatum Huic igitur ministerio sentenia illa officit, sive quum illud periculo exponat eius-

capitale destinato esclusivamente all' esercizio dello stesso ministero apostolico del Romano Pontefice per la conversione delle genti alla luce della Fede e della civiltà. Essa lo danneggia, sia esponendo la Propaganda al pericolo di vedere quandochessia perire questi beni, o totalmente o parzialmente, per effetto di non improbabili eventualità, sia mettendo anco nell'arbitrio dei partiti signoreggianti, e però nella più deplorevole incertezza,il pagamento delle rendite, e sopratutto togliendole la libera disposizione degli stessi suoi capitali ad essa del tutto necessaria, visto il carattere d'iniziativa proprio della sua natura e le frequenti occasioni di dover accorrere agli straordinari bisogni delle varie missioni.

Il S. Padre afflittissimo per quenco nuovo e fiero attentato agli imprescrittibili diritti del suo apostolato, e prevedendo le tristi conseguenze derivanti dalla conversione dell'attuale patrimonio della S.C., già del resto nella massima parte .•ilienato, lite pendente, dal governo, rente il dovere di provvedere nei migliori modi al sicuro avvenire di si benemerito Istituto. Perciò si è degnato ordinarmi che à garantire tal sicurezza io dichiari, conforme faccio colla presente , che quindi innanzi la Sede amministrativa della Propaganda, per tutte quelle donazioni , lasciti, e oblazioni colle quali piacesse alla pietà dei fedeli concorrere alle continue e ingenti sue spese, viene trasferita fuori dell'Italia. E per provvedere alla maggior comodità comune, si è determinato di stabilire nelle diverse

modi bona sive ex parte, sive omnino, quibusdam temporum adiunctis quae contingere solent ,aliquan~do amittendi; sive quum factiomem quarumcumque hodie crasve dominantium arbitrio concedat, atque idcirco dubiam admodum incertamque reddat statuti annui redditus solutionem; ac demum praesertim quum eidem Congregationi potestatem adimat, quam ipsa ratio et natura eiusdem Congregationis postulat, sua per se bona disponendi; potestatem inquam summopere necessariam ob calamitates, quae saepe numero contingere solent, quibusque subveniendum per ipsam est, exterarum Missionum.

SSmus Pater ob tam atrocem iniuriam tamque grave vulnus sacris Apostolatus sui iuribus recens inflictum summo dolore affectus, trisfiaque praevidens, quae ex Patrimonii qvod ad S. Congregationem pertinet , quodque ceteroquin, dum adhuc sub iudice lis esset, iam ex parte ab Italico Gubernio divendi t. um fuit, conversione , *ut aiunt , consecutura sunt, officii sui esse iure existimavit, huius Instituti, tam bene de Ecclesia meriti, incolumitati consequentibus temporibus, eo quo modo possit, consulere atque prospicere.*

Quapropter, huius videlicet incolumitatis confirmandae gratia, mihi praecipere dignatus est, ut (quod praesentibus Uteris ago) e dicerem , administrationis sedem omnium donationum, legatorum atque oblationum, quas per pios Fideles eidem Congregationi Fidei Christianae propagandae fieri contingeret, ut continuis ingenti busque impensis occurrant, extra Italiam translatum iri.

Atque quo maiori omnium commoditati consulatur, quaedam centra seu Procurationes in variis mundi plagis constituere vi sum est; ubi quae iidem offerent

parti del mondò varii centri o Procure , ove le loro offerte possono essere poste fuori d' ogni pericolo, e a libera e indipendente disposizione di questa s. Congregazione per vantaggio delle ss. Missioni. Tali Procure vengono indicate nella nota che se le aggiunge , e che insieme colla presente circolare sarà dalla S. V. recata a conoscenza di tutti i fedeli alle sue cure affidati. Mi riservo di comunicarle in seguito ove occorra ulteriori istruzioni. Del resto la S. C- nutre ferma fiducia che il nuovo colpo recato alla Chiesa, lungi dallo indebolire la pietà dei cattolici, le sarà stimolo potente, perchè con generosità sempre maggiore sovvengano ai bisogni delle missioni che si fanno di giorno in giorno più imperiosi e molteplici.

Intanto ecc.

Dalla Propaganda 15 Marzo 1884.

Gio. CARD. SIMEONI *Prefetto*

•J- D. ARCIV. DI TIRO, *Segretario*

nullo modo periclitamur et liberae atque omnino independenti eiusdem Sacrae Congregationis dispositionis pro sacris Missionibus committantur.

Huiusmodi centra seu Procurationes in Nota prostant guae hic exhibetur, quaeque per Te in omnium Fidelium, qui Tibi commissi sunt, notitiam deducetur. Quae praeterea innuenda sunt, opportuniori tempore Tibi, Rfhe Dhe, exponam.

Ceterum S. Congregatio haec firmissimam spem nutrit fore ut quam novum, tam grave vulnus Ecclesiae inflietum non modo Catholicorum pietatem imminuat, verum etiam efficax calcar admoveat, atque maiori semper generositate sacrarum Missionum necessitatibus quae et numero et vi quotidie excrescunt, libenter subveniant.

Datae e Collegio a Propaganda Christiana Fide. Die 15 Martii 1884.

Io. CARD SIMEONI *Praefectus*

•J• D. ARCHIEP. TYREN. *a Sectetis.*

NOTA DELLE PROCURE

IN EUROPA

Vienna \
Monaco di *Baviera f Presso le Nun-*
Parigi / *ziature Apo-*
Madrid \ *stoliehe.*
Lisbona '

Aja - *Presso V Internuncio Apostolico.*

Belgio - *Presso V Arcivescovo di Malines.*

Malta - *Presso V Agente della Sacra Congregazione.*

Londra - *Presso VEmo Cardinale Arcivescovo.*

Dublino - *Presso VEmo Cardinale Arcivescovo.*

Costantinopoli - *Presso il Vicario Patriarcale pei latini.*

CATALOGUS PROCURATIONIS

EUROPAE REGIONES

Vienna)
Monachium Bavariaetk^\xà Nun-
Lutetia Parisiorum) tios Apo-
Matritum \ stoiicos.
Ulyssipo J

Haja - Penes Internuntium Apostolicum.

Belgium - Penes Archiepiscopum Mechlinen.

Melita - Penes Procuratorem Sacrae Congregationis.

Londinum - Penes Emum Card. Archiepiscopum.

Dublinum - Penes Emum Card. Archiepiscopum.

Constantinopolis - Penes Vicarium Patriarchalem Latinorum.

TN ASIA

Bombay
Calcutta
Madras — *Presso i Vicari Apostolici.*

IN AMERICA

Nuova-York - *Presso l'Emo Cardinale Arcivescovo.*

S. Francisco
Quebec
Toronto — *Presso i rispettivi Arcivescovi.*

Rio Janeiro - *Presso V Intemunzio Apostolico.*

Buenos-Ayres - *Presso il Delegato Apostolico.*

Quito - *Presso il Delegato Apostolico.*

IN OCEANIA

Sydney - *Presso VArcivescovo.*

IN AFRICA

Algeri - *Presso l'Emo Cardinale Arcivescovo.*

N. B. **Quante volte la distanza impedisca ai fedeli di far pervenire le somme ai centri accennati, potranno all' effetto dirigersi al proprio Ordinario.**

ASIAE REG-TONES

Bombayum
Calicuita
Madrasium — **Penes Vicarios Apostolicos.**

AMERICAE REGIONES

Nova Torchia - **Penes Emum Card. Archiepiscopum**

S. Franciscus
Quebechum
Torontum — **Penes proprios Archiepiscop.**

Rivus Janeirus - **Penes Internuntium Apostolicum.**

Buenos Ayres - **Penes Delegatum Apostolicum**

Quitum - **Penes Delegatum Apostolicum.**

OCEANIA

Sydneyum - **Penes Archiepiscopum.**

AFRICA

Algeria seu Julia Caesarea- **Penes Emum Card. Archiepiscopum.**

N. B. *Quoties locorum distantia impediat quominus pecunia a Fidelibus oblata ad centra, quae supra indicantur, perveniat, poterunt hi ad proprios Episcopos se convertere.*

EX 8. CONGREGATIONE (MILU

ALBARICINEN.

SERVITII CHORI ET ALTARIS

Die 4 Augusti 1883.

COMPENDIUM FACTI. Ecclesiam Cathedralem Albaricinensem, Dioecesi Secobricensi unitam, Summus Pontifex Gregorius XIII anno 1577 penitus distinxit atque separavit, expresse cavens ut Episcopus et Capitulum restitutae Dioecesis antiquas constitutiones capitulares immutare, aliusque

insuper de novo condere valerent. Vigore huiusmodi facultatum Episcopus et Capitulum anno 1593 antiquas Constitutiones recensuerunt, simulque nonnullas alias de novo ediderant; et sub n. 18 constituerunt quod Dignitates, et octo Canonici ¡deberent servire per hebdomadas; exceptis diebus inibi designatis, in quibus Decanus supplet Praelatum absentem vel non celebrantem.

Huic constitutioni innixus Decanus nunquam aut «choro per hebdomadas interfuit, aut missas conventuales per turnum litare consuevit; sed celebravit tantummodo Episcopo absente vel non celebrante.

Quum autem concordatum anni 1851 statuerit Dioecesim Albaricinensem Terulensi uniri, et Ecclesiam illius cathedralem in Collegiatam redigi; Hispanicum gubernium decreto anni 1852 numerum Canonicorum et Beneficiatorum, dotationem eorumdem (quae nunc ex pensionibus a gubernio solvendis constituitur) ceterasque cultus assignationes tamquam pro ecclesia collegiata reduxit.

In novo huiusmodi statu Capitulum Constitutionem 18 reformandam esse censuit; atque reipsa in comitiis capitularibus habitis die 21 Octobris 1878, Episcopo administratore Apostolico praeside, consentientibus omnibus praeter Decanum, declaratum ac sancitum fuit quod, ex concessione et acquiescientia Capituli, Decanus dominus Andreas Comas celebrabit Missas ***Mitrae;*** sed sub conditione ne praerogativa haec ad alios decanos transiret; ita ut istius successores in Decanatum servire debeant per hebdomadas, alternatim ceu alii capitulares. Quod quidem decretum Episcopus administrator Apostolicus, nedum viva voce et voto ratum habuit, verum etiam scripto confirmavit die ***2*** Novembris 1878.

Extinctae hinc videbantur controversiae et lites Decanum inter et Capitulum, sed malo fato acrius exarserunt cum anno 1880, Andrea Comas demortuo, Decanus renuntiatus fuit Canonicus Ioseph Zapater, qui illico ac possessionem accepit decreto capitulari propalam obstitit. Sed ne

longius adhuc protraherentur istae dissensiones, Vicarius capitularis rem Apostolicae Sedis iudicio commisit.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO CAPITULI. Neminem latet Capitulum facultate pollere statuendi leges, quae eius particulare regimen respiciunt, ***Cap. cum accessissent 8 de Constit. Cap. Significatum 11 de Praebendis*** et unanimiter tradunt Gonzalez in ***decret, lib. 1 tit. 2 de Constit, cap. 6 n. 5,*** Searfant. ad Ceccoper. ***lucub. canon. tom. 2 lib. 4 tit. 6 num. 23.*** Idque eo fortius in casu retinendum videtur, quia decretum a Capitulo conditum est cum consensu et approbatione Episcopi administratoris Apostolici. Concurrente enim Episcopi consensu, Capitulum ardua quoque et concernentia statum universalem ecclesiae statuere valet. Ad rem s. Rota iii ***causa Paduana 26 Ianuarii 1618, part. 4 recent.*** « De » iure, in iis, quae non concernunt statum universalem ec» clesiae, Capitulum etiam sine consensu Episcopi potest » facere statuta. Et in specie de concernentibus ordinatio» nem chori fuit dictum in causa Ilerdensi (19 Martii 1597 » coram Corduba). . . Hoc autem multo magis potest fa» cere Capitulum, consentiente Episcopo, quia tali casu po> test statuere etiam ardua et concernentia universalem » statum ecclesiae, ut tradunt omnes. . . et fuit dictum in » Ilerdensi causa (coram Corduba) de qua supra. >

Pariformiter eadem facultate, qua Capitulum valet propria statuta condere, potest et illa immutare atque abrogare; omnis enim res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur ***cap. 1 de Reg. Iuris.*** Concinit s. Kota ***part. 17 recent, decis. 37 n.*** 11 - ibi - « Neque enim » dubium est, quin ea auctoritate, qua canonici valent con> dere statuta... eadem potestate valeant antiquiori dero» gare. ***Jùt part. cit. decis. 308 n. 9.*** Eadem facultate, » qua in iis, quae ecclesiae regimen concernunt, licet ca» pitulis ecclesiarum statuta condere, licet quoque condita

» abrogare. > Idipsum docet S. C. O. ***in Senogalliensi 9 Maii 1829 § Neque:*** « Tandem inest Capitulo facultas » propria decreta immutandi, declarandi, revocandi, dum- » modo in his eadem quae anteactis decretis solemnitas in- > tercedat. ***S. C. EE. et RR. 13 Martii 1615. »***

Quae exposita sunt, capitulum confirmare curavit verbis decreti Nuntii Apostolici, qui executus fuit Litteras Gregorii XIII 20 Iulii 1582. Quo decreto Episcopo et Capitulo concessum fuit antiquas immutare constitutiones, addere et constituere quidquid magis conficiat ad disciplinam, decus et regimen chori, sacrarum functionum, et ad proprium singulorum munus. Qua facultate utentes capitulares condiderunt constitutiones et variis temporibus, quum opus esset, easdem modificarunt, immutarunt et aliquid novi addiderunt.

Sive igitur ius commune inspiciatur sive ius particulare, iugi observantia firmatum, idem semper consequitur, Capitulum nempe pleno ac perfecto iure potuisse una cum Episcopo administratore edere decretum diei 21 Octobris 1878. Atque id eo magis quia constitutio 18 per Concordatum evanuit; nam Gubernium omnia beneficiorum bona sibi addixit, promittendo beneficiatis annuos reditus.

Hinc dicendum videtur cessasse formam explendi onera in antiqua bonorum distributione fundatam : et capitulum iure puta visse onus peragendi divina officia adimpletum iri ab omnibus et singulis canonicis, nemine excepto: et huic ordinationi Decanum iniuria obstitisse: dum libenter et absque disceptatione sese subiecit Concordato, aquo deleta fuit constitutio, 33 , vi cuius Decanus tradere debebat Vicario parocho 24 ducata, quae nunc non rependit.

Tandem Capituli ius certius fieri videtur, si ad trutinam parumper revocetur decretum superius memoratum, iuxta communis iuris censuram. Sane concil. Trid. ***Sess.,24 cap. 12 de Reform,*** diserte statuit: « Praeterea obtinentibus in eis- » dem Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonica- > tus, Praebendas aut portiones non liceat vigore cuiusli-

» bet statuti aut consuetudinis, ultra tres menses, ab eis-
» dem Ecclesiis quolibet anno abesse : salvis nihilominus
» earum Ecclesiarum constitutionibus, quae longius servitii
» tempus requirunt. . . Omnes vero divina per se et non
» per substitutos compeliantur obire officia. . . atque in
» choro , ad psallendum instituto , hymnis et canticis Dei
» nomen reverenter, distincte, devoteque laudare. > Concordat ***cap. Conquerente 6 et cap. penult. de Cleric. non resident., cap. Extirpandae 30 §. Qui vero de Praebend.*** Posita vero hac saluberrima iuris dispositione, intelligi haud datur quonam pacto Decanus detrectare nunc valeat observantiam decreti capitularis praescribentis, quod ipse per hebdomadas, ceu alii Capitulares, onera chori impleat. Dubium enim non est quin et, Decanus comprehendatur in praefata Conc. Trid. dispositione, quae se extendit ad illas etiam Dignitates, quibus competit iurisdictio in Canonicos et exemptio a iurisdictione Ordinarii, ceu docet S. C. C. apud Garziam ***de Benef. par. 3 cap. 2 num. 180 et 181.***

Post haec nemo non videt Decanum frustra conqueri de capitulari decreto, vi cuius abrogata manet Constitutio 18. Superius enim adnotata dum evidenter ostendunt decretum capitulare adamussim respondere sanctionibus Conc. Trident. ***Sess. 24 cap. 12 §. Praeterea,*** luculenter etiam evincunt Constitutionem 18 nullitatis vitio laborare, utpote a praescriptionibus eiusdem Conc. ***loc. cit.*** abnormem.

Nec hilum proficit quod Decanus, ad eludendas praefatas iuris sanctiones refert: ***S. R. C. iterum atque iterum declarasse* hac de re, ius seu potius obligationem, quam prima dignitas habet celebrandi Missas pontificales aliasque solemnes functiones peragendi, absente vel impedito Praelato.*** Etenim istae declarationes ad summum comprobaren! Decanum habere tale ius vel onus, praeter munus alternandi cum ceteris Canonicis per hebdomadas.

DEFENSIO DECANI. Verumtamen Decanus totis viribus decreto capitulari obsistit ex eo quod ius illi tributum a Constitutione 18 atque longissima consuetudine firmatum, nec

abrogatum fuit a Concordato, nec abrogari potuit a Capitulo una cum Episcopo administratore Apostolico. Quod ut clarius evadat, praemonendum puto, ait decanus, ex iuris communis dispositione quasdam Dignitates adesse, quae non secus sunt de Capitulo quam ut solemniores functiones in maioribus anni festivitatibus peragant, ita ut nedum residentiae legibus et Conventualium turno minime teneantur ; De Luca ***De Canon, et Dignit. disc. 4 n. 5.*** S. Rota ***Decis. 708 part, i recent.,*** verum etiam neque quotidianas distributiones lucrentur, neque vocem habeant in Capitulo, nec stallum in choro; De Luca ***loc. cit. disc. In. 6*** - ibi - « De » iure ac, cessante particulari consuetudine, Dignitates non » dicuntur de Capitulo. . . tum etiam quia illae sunt exem- > ptae a turno Missarum conventualium, aliarumque quoti- > dianarum provisionum sacerdotalium, solis Canonicis incum- > bentium, cum dignitatibus distributae sint aliquae maio- > res solemnitates aliaeque functiones. »

Revera Conc. Trid. duplicem dignitatum speciem agnovit; alteram nempe aliquid commune cum Capitulo habentem, ut in ***cap. 3 Sess. 21 de Reform.,*** et alteram contra quae nihil cum eo habet commune, ut in ***Sess, 22 eod. cap. de Reform.*** Ita notat Fagnanus in ***cap. Quia nonnulli de Cleric. non resident, num.*** 12 - ibi - « Concilium » duo genera dignitatum et officiorum in collegiatis Ec- > cleris distinxit, quod etiam animadvertit Navarrus ***in > Manual, c. 27.*** Unum earum dignitatum , quae partici- » pant de reditibus mensae capitularis, de quibus intelli- » gitur ***cap. 3 Sess. 21,*** alterum earum, quae proprios et > separatos habent reditus, et nihil habent commune cum > Capitulo; quas etiam agnovit ius commune. . . et non > obligant ad residentiam. . . et de his intelligitur ***cap. 3. > Sess. 22. »***

Difficultatem vero , quae exurgit ex ***Sess. 24 cap. 12 §. Praeterea,*** ita praeoccupat laudatus Fagnanus ***loc. cit.*** *num. **20:*** « Nec urget quod Conc. in ***d. §. Praeterea*** ge- » neraliter loquatur, aptumque sit comprehendere obtinen-

» tes quascumque dignitates; quia dispositio generalis sub-
» sequens non refertur ad ea, de quibus specialiter supra
» cautum est, ad ***L. Doli clausula de Verbor. obligat.*** >
Hisce in iure praenotatis, perpendendum occurrit quod licet ex actorum fasciculo haud liquido appareat, utrum Decanus ante novissimum Concordatum proprios et separatos habuerit redditus, quidque nunc habeat commune cum Capitulo, ut ad tramites Conc. Trident, tuto dignosci valeat an ipse adnumerandus sit inter Dignitates residentiales ***cap.*** 3. ***sess.*** 21 vel non residentiales ***cap. 3 sess. 22;*** nihilominus, omnibus adiunctis pensitatis, inter hasce ultimas praedictus Decanus recensendus omnino videtur.

Ac praeprimis Decanum minime participasse de redditibus mensae capitularis; atque proprios potius ac separatos habuisse redditus, satis colligi posse videtur ex eo quod Canonici, prouti refert Capitulum, stipendium Missae conventualis iugiter perceperunt ex quadam massa canonicali constituta prius ex bonis suppressae praebendae et postea ex annuis redditibus , qui decimae vocabantur; dum e contra Decanus nihil unquam de praedicta massa percepit. Accedit quxl ius in praedicta Constitutione sancitum fuerit ab omnibus Decanis praefatae Ecclesiae constanter semperque exercitatum, nec in diuturno lapsu temporum a nullo unquam Capitularium in dubium revocatum.

Colligitur hinc quod etiamsi concederetur Constitutionem 18 contra sanctiones Conc. Trid. ***Sess. 24 cap. 12*** editam fuisse; ius tamen Decani in eodem firmitatis robore permaneret, cum ipse sibi vindicare posset meliorem titulum de mundo, consuetudinem videlicet longissimam, quae in Ecclesia. Albaricinen. viget ab anno 1593 usque in praesens, quaeque immemoriali aequiparatur.

In vado itaque posito perantiquo Decani iure, facili negotio evinci posse videtur decretum capitulare 21 Octobris 1878 minime substineri. Licet enim Capitulum et Episcopus valeant statuta abrogare sicut et condere ; haec tamen potestas limitatur ubi iustae causae deficiant vel praeiudi-

cium tertio generetur. Ita, prae ceteris, ReiffenstueWeô. ***i Decretal, tit. 2 num. 533*** « . . . indubitatum est quod » Capitula et Communitates illae, quibus -compet it facultas » condendi Statuta, denuo ***istis de causis*** haec «aêem «tol- » 1ère atque revocare valeant, ***dummodo inde nullum ter- » t io praeiudicium generetur.*** » Requiruntur equidem iu-stae causae, quia lex debet esse necessaria, seu non tradi, nisi ex instanti necessitate, ***can. Erit autem lex dist. 4*** iuncto ***can. Regulae dist.*** 29. Praesertim vero, quod leges nonnisi gravi de causa sint abrogandae aut immutandae, recte monet Imperator ***L. 3 ff. de constitut. Princip.*** - ibi - ***In rebus novis constituendis evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod diu aequum visum est.*** Reiffenstuel ***loc. cit. num. 488.*** Requiritur insuper ut revocatio statuti nullum tertio praeiudicium afferat, quia ex iuris ***reg. 33 in 6, mutare quis consilium non potest in alterius praeiudicium.***

Porro in themate nedum iustae causae exulare videntur verum etiam praeiudicium haud leve Decano afferri conspicitur ex eo quod potiora istius iura evertuntur, tum videlicet non residendi in choro, tum celebrandi Missas pontificales, aliasque solemniores functiones peragendi.

Accedit S. R. C. pluries declarasse, quod, absente Praelato, primae dignitati pertineat Missas pontificales celebrare, aliasque solemniores functiones peragere; Ferraris ***verb. canonicus art. 5 num. 85 et seq.***

Neque audiendum est Capitulum asserens Decani iura saltem ex Concordato abrogata manere. Tunc enim id admitti valeret, si evinceretur Concordatum vel expresse derogasse Constitutioni ceu tradit ***Cap. i*** de ***Constit, in 6*** -ibi - «Quia tamen locorum specialium et personarum sin- > gularium consuetudines et Statuta, cum sint facti et in > facto consistant, potest (R. Pontifex) probabiliter igno- » rare; ipsis, dum tamen rationabilia, per Constitutionem » a se noviter editam, nisi expresse in ipsa, non intelligi- » tur in aliquo derogare; * vel saltem aliquid statuisse De-

cani iuribus directe contrarium; Reiífenstuel ***in tit. de Constit, num. 491 et seq.*** Iamvero Concordatum nihil habere contendit Decanus, quod suis iuribus vel expresse deroget vel saltem sit ipsis directe contrarium ; ideoque praedicta iura in eodem statu permanere conclusit, quo antea erant.

Quibus aliisque animadversis, propositum fuit enodandnm sequens

DUBIUM

An Decretum capitulare diei 21 Octobris 1878 sustineatur in casu.

RESOLUTIO. Sacra Concilii Cong. re cognita, sub die **4** Augusti 1883, censuit respondere: ***Affirmative et amplius.***

Ex **QUIBUS COLLIGES**. I. Cum ex ***cap. 1 de reg. iuris*** omnis res per quascumque nascitur causas per easdem et dissolvatur, ambigi nequit canonicos posse immutare, declarare, revocare statuta a se condita, dummodo eadem solemnitas in his intercedat, quae anteactis decretis intercessit.

II. Capitulum, ex s. Rota, accedente Ordinarii consensu, nedum facere statuta valet quae chori ordinationem respiciant, sed alia quoque maiora, quae statum ecclesiae concernant.

III. Ambigi inde non posse in themate quod Capitulum, accedente Episcopi administratoris auctoritate : pleno iure revocaverit constitutionem 18, respicientem Decanum; idque eo fortius quia abnormis a Tridentini sanctione, qua omnes capitulares choro inservire iubentur.

IV. Ait enim ***Sess. 21 cap. 12 de ref.*** quod obtinentes dignitates, canonicatus, praebendas , aut portiones nequeant abesse a choro ultra tres menses, vigore cuiuslibet ***statuti aut consuetudinis.***

V. Ius quod in Capitulis primae Dignitati inest celebrandi missas pontificales aliasque functiones solemnes peragendi, absente vel impedito Praelato, censeri potius onus vel obligationem tali dignitati inhaerentem, praeter munus alternandi per hebdomadas cum ceteris canonicis.

VI. In themate haud abs re animadverti posse videtur; ex constitutione **18** privilegium vel munus canendi missas, solemnesque functiones peragendi, stricte loquendo, proprium esse Episcopi ; ast conventio **18** abrogata Sedesque episcopalis per Concordatum suppressa fuit: ergo quae iura aut privilegia Decanus sibi vindicabit, quae vicissim sunt iura et privilegia Episcopi, in casu non amplius existentis 2

BAIONEN.

DISPENSATIONIS AB IRREGULARITATE

Die I Septembris 1883.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Episcopus Baionensis, supplici libello Sacratissimo Principi oblato die 2 Iunii **1883** exposuit quod: « Aemilius, decem et octo annos natus et iam a pluribus annis in Seminario dioecesano ecclesiasticis vacans studiis, magnopere cupit ad ministerium sacerdotale promoveri posse. Sed obstat impedimentum irregularitatis a nativitate, propter defectum in conformatione dexterae manus ; et ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus super hac irregularitate dispensationem suppliciter postulat. Defectus autem in eo consistit quod digitus index unum solum articulum habeat cum parva ungula; digitus medius omnino deficit; digitus annularis duos habet articulos sicuti digitus minimus; pollex est integer. Orator cum huiusmodi debili manu putat convenienter peragere posse omnes coeremonias ss. Sacrificii Missae; atque in examine a se facto ita iudicavit magister Coeremoniarum Cathedralis Ecclesiae Baionensis. Nos Episcopus Baionensis vera esse testamur ab Oratore exposita; et cum pietas et intelligentia, quibus pollet, spem nobis afferant utiliter ipsum Sacerdotio functurum, gratum habebimus quod Sanctitas Sua dignetur concedere postulatam dispensationem.

Insuper exhibita fuit attestatio Magistri coeremoniarum, quae ita se habuit: « Phalanx, quae locum indicis tenet, facile moveri potest et uniri cum pollice, ita ut hostiam sive supra corporale sive supra patenam Aemilius apprehendat, illam commode tenet ac levat: calicem discooperit, tenet ac levat. Ad summum, diligenti examine peracto, nihil expertus sum quod periculum exhibeat sive irreverentiae sive scandali pro populo, nequidem in administratione sacrae Synaxis. »

Disceptatio Synoptica.

GRATIA DENEGANDA VIDETUR. Scitum est irregularitatem ex defectu corporis derivare quoties aliquis nec sine irreverentiae periculo, nec sine populi admiratione propter debilitatem vel deformationem membri sacra munera explere nequeat iuxta ***can. 3. dist. 55*** et ***cap. Presbyterum 1. de cler. aegrot.*** Hinc nullum subesse potest dubium quin piaefatus orator, ob relatam dexterae manu* deformitatem, irregularis ex defectu corporis sit. Et licet magister coeremoniarum suo testimonio, diligenti examine habito, fidem faciat periculum et scandalum abesse in sacro peragendo, cum in themate agatur de clerico promovendo, gravis illico contra eum difficultas exurgit. Idque eruitur ex constanti s. Congregationis praxi: ceu videre est in ***Burgen. Dispensationis ab irregularitate*** 23 Ianuarii 1864, ***Pampilonen. dispens.*** 13 Septembris 1856 et aliae quamplurimae.

GRATIA CONCEDENDA VIDETUR. His tamen non obstantibus, haud raro invenitur S. C. C. preces promovendorum benigniter excepisse eosque ab irregularitate dispensasse, dummodo ex una parte defectus adeo gravis non esset, ut sacris explendis impedimentum praeberet, et scandalum in populo excitaret; ex altera vero concurrerent boni mores oratoris, ab Episcopo commendati, et spes utilitatis Ecclesiae, ex tali promotione obventurae. Cuius quidem c mcessionis exempla habentur in ***Macerateci. Disp. 17 Decemb. 1853;***

in ***Matheranen. Disp. 22 Septembris 1860;*** in ***Burdigalen. Disp, 28 Ianuarii 1865;*** in ***Cephaluden. Disp. 16 Iunii 1866;*** in ***Parisien. Disp. 20 Decembris 1856;*** in ***Apuana Disp. 17 Decembris 1859, et 27 Sept. 1860*** et in ***Pinhelen. Disp. 16 Iunii 1865.***

Hisce ex utraque parte animadversis, quaesitum est quo modo preces oratoris essent dimittendae.

RESOLUTIO. Sacra Cong. Concilii, re ponderata sub die **1** Septembris 1883, respondit:

Pro gratia usque ad presbyteratum inclusive* facto verbo cum SSIfoo.

AVERSANA

EXECUTIONIS VEL COMMUTATIONIS VOLUNTATIS

Die i Septembris 1883.

Fer summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Retulit Michael Coscioni, quemdam suum propinquum canonicum in fundo rustico suae proprietatis parvam extruxisse Ecclesiam anno 1755, et in eadem duas erexisse cappellanias mere laicales. Utrique beneficio assignavit libellas 2550. Suis haeredibus et successoribus onus imposuit Ecclesiam decenter servandi, sacris supellectilibus consulendi, et cappellanos nominandi; qui, percipiendo fructus constitutae dotis, quilibet pro sex anni mensibus, missam litare deberet cunctis diebus festis.

Fundator tamen conditionem adiecit, institutionem nullius fore valoris si quolibet tempore et quacumque de causa instrumentum ad unguem non impleretur; ita ut constituta dos in liberam redeat possessionem fundatoris, haeredum, eiusque successorum. Nunc, ait orator, cum lege civili Cappellaniae omnes extinctae sint , instrumentum fundationis ad unguem impleri nequit ; et ideo dos duorum beneficiorum libera evadit a quocumque onere

Attamen orator postulavit, ut res decerneretur iudicio s. Congregationis; quae si resolveret adhuc sustineri Capellaniarum institutionem; tunc petiit, ut suae paupertatis intuitu, vendere posset, necessitate enim adigitur, liberum a ***qw®mmqmi*** onera pî^edium , cui innititur hypotheca pro dote Cappellaniarum earumdem. Ordinarius retulit, oratoris preces veritate niti.

Disceptatio Synoptica

PRECES REPELLENDAE VIDENTUR. Oratoris precibus haud annuendum apparet, eo quod conditio a fundatore adiecta nondum verificata fuerit. Cappellaniarum enim etsi laicalium fundationes Ecclesiasticae auctoritati immediate subiiciuntur, ideoque civilis potestatis circa easdem dispositio cum sit iniusta, est prorsus despicienda. Quare licet civilis auctoritas eas non recognoscat, earundem tamen executionem impedire minime potest. Cum itaque etiam nunc temporis, haud obstante civili lege, fundatoris voluntas ad unguem exequi valeat, oratoris petitio reiicienda videtur.

Neque ad voluntatis commutationem deveniendum apparet. Defunctorum enim voluntatem, suffragia et pias causas praesertim respicientem, pro lege habendam, ac religiose servandam utrumque ius amico foedere clamat ***can. Ultima voluntas dist. 13 quaest. 2 cap. 3 et 17 de Testam. L. 12 ff. de verb. signi f,*** unde commutatio difficile conceditur, nisi iusta et necessaria causa intercedat, hoc praescribente ***Conc. Trident. Sess. 22 cap. 6 de Reform.*** Et etiamsi descendentium egestas soleat inter iustas et sufficientes commutationis- voluntatis causas connumeran, haec tamen gravis esse debet, et cui alio faciliori modo opitulari nequeat. Iamvero haec extrema haud videntur in themate occurrere, siquidem apparet oratorem gravi egestate minime premi, praesertim quia constat non illud praedium tantum possidere.

PRECES NON VIDENTUR RESPUENDAE. Verum ex adverso animadvertere praestat, clausulam a fundatore adiectam am-

piissimam esse. Cum itaque ipse nullam distinctionem admittat circa causam impedientem suae voluntatis executionem, neque nobis inter ecclesiasticam et civilem potestatem distinguendum est. Quod autem civilis auctoritas revera impediat Cappellaniarum laicalium fundationem et existentiam, patet ex eo quod hisce fundationibus legalem existentiam deneget. Iamvero deficiente istis Cappellanus legali existentia, quavis firmitate carent, nec Ecclesiae certum remedium suppetit earum perpetuitate aliqua ratione, consulendi. Ex quibus sponte sequi videtur conditionem a fundatore appositam purificatam fuisse, ideoque pecuniae vim pro Cappellaniarum dote statutam in oratoris favorem cedere debere.

Verum etiam ex reditus exiguitate ad eamdem conclusionem deveniendum apparet. Et sane annuus reditus harum Cappellaniarum est libellarum 127,50, quae duobus Cappellanis tribuendae forent cum onere unam Missam celebrandi omnibus diebus festis; et consulendi sacris supellectilibus. Iam vero, ait orator, designati reditus haud satis essent pro Ecclesiae conservatione, quae vasta est, et opus habet magnis reparationibus. Cum igitur ex reditus tenuitate fundatoris voluntas nullo pacto ad unguem exequi valeat, asserendum videtur, huiusmodi piam institutionem quocumque robore destitutam esse.

Quod si EE. PP. in contrariam sententiam abire censeant, perpendant, ex officio dictum est, an saltem ob Oratoris paupertatem voluntatis commutatio indulgenda foret. Siquidem praesumendum est, pios fundatores subsidium denegaturos non fuisse consanguineis, si eorum infortunia, et inopiam prae vidissent. Quam praesumptionem iustissimam , in iure quoque valere, ostendunt quamplurima S. C. C. decreta ceu videre est in ***Sorana Suspens, nominationis 3 Decembris 1831, Isclana Commut. volunt. 11 Decembris 1880*** aliisque. Et licet extrema paupertas inter iustas commutationis voluntatis causas recenseatur, tamen non desunt S. C. C. exempla in quibus commutatio etiam ad gravem inopiam indulta fuerit, veluti perhibent exempla in ***Ianuen***

Cappellaniae 31 Iulii 18i9, ei Sabinen, relata inter Summaria precum 3 Augusti 1863. Nec absolutam tantum, sed relativam quoque paupertatem respicere S. C. C. consuevisse constat ex ***Aquen. Capellaniae 3 Februarii 1787, Montisalti Beneficii 27 Iunii 1829*** et alibi.

In themate vero constat, Oratorem si non in absoluta, in relativa tamen et communi egestate versari : nam ex adversa fortuna vendere praedium cogitur, ut senes parentes filiosque alere valeat.

De qua egestate non dubitare videtur ipse Vicarius generalis, qui censuit gratiam indulgendam fore. Quibus animadversis, quaesitum fuit quid esset respondendum oratori.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re perpensa, sub die **1** Septembris 1884 censuit respondere:

Non constare de resolutione Cappellaniarum, sed pro gratia, ut traditis brevi manu ab oratore ducatis 400, ab Episcopo pro causa pia, caute et utiliter invëstiendis; reliqua summa in oratoris subsidium cedere valeat, et fundus libere alienari queat, facto verbo cum SSmo.

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Quamlibet piam fundationem effugere civilium potestatum auctoritatem quoad inadimplementum, infràctionem, reductionem, aut commutationem.

II. Romanos tantum Pontifices, iusta et legitima interveniente causa, testatorum voluntates et fundationes ad certas pias causas in alios usus vel causas commutare posse.

III. Nam etsi dispositiones testamentariae, quae Deum et animam concernunt, veluti leges habendae sint, super quibus nullum ius habet saecularis potestas, tamen clausulam continent tacitam - ***salva auctoritate Summi Pontificis -.***

IV. Quae omnia confirmata fuisse in themate patet: dum enim s. Concilii Congreg, resolvit ***non constare de resolutione Cappellaniarum,*** exclusit civilem auctoritatem; et dum concessit ut ***fundus libere alienari posset;*** admisit auctoritatem inesse pontifici convertendi pias" dispositiones in alios usus, et in alias causas

APUANA

SPONSALIUM

Die i Septembris 1883.

COMPENDIUM FACTI. Anno 1879 Antonius Novelli et Rosa Pallaia, ambo iam aetate maiores, coram propinquis, tabellione et testibus sponsalitium contractum inierunt, sibi invicem promittentes, coniugium iuxta legem ea die celebratum iri qua uterlibet peteret. Insimul vero sponsae parentes dotem filiae constituerunt 4500 libellas, quarum 1000 mater spondebat, 3500 pater: priores sponso tradendas intra tres menses, ceteras vero intra triennium a die celebrationis matrimonii religiosi aut civilis contractus. In cuius dotis securitatem hypothecae dederunt duos fundos et fideiussorem posuerunt filium suum Henricum vectuarium.

At vero quum in posterum Antonius Novelli ex quibusdam argumentis duxisset, familiam Pallaia solvendo non esse, ab initis sponsalibus resilire decrevit, et alias nuptias inhiare coepit. Re perspecta, Rosa die 9 Decembris 1880 protestationem in Apuana Curia emisit, declarans se numquam permissuram fore matrimonium Antonii cum alia quaque muliere, unaque petens ut sponsus ad datam fidem observandam cogeretur.

Conventus Antonius resiliendi **a** sponsalibus rationem in eo posuit, quod familia Pallaia solvendo par non erat, idque pluribus per suum advocatum adductis argumentis probare nisus est. Quibus tamen non obstantibus, Apuana Curia sententia diei 27 Octobris 1881 declaravit non constare de familiae Pallaia impossibilitate solvendi dotem 4500 libellarum: ideoque Antonium Novelli non posse ea de causa **a** sponsalitio contractu recedere.

Antonius ab hac sententia appellavit apud s. Sedem, sed non transmisit omnia acta processus neque authentice, neque in copia conformi, quia renuit pecuniam apud Curiam deponere, qua actorum copia conficeretur.

Sacra C. C. tunc mandavit Episcopo ut partes ad conciliationem , prout posset, adduceret. Qua re frustra pertentata, Antistes curavit, ut saltem mulier, ob spirituale sponsi bonum iuri suo cederet. Haec autem respondit: sese aegro animo cedere suis iuribus; sed hoc tantum peragi posse paternarum Episcopi sollicitudinum gratia, dummodo Antonius libellas impenderet 4500, parvae compensationis instar pro damnis acceptis. Asseruit enim, sese, fidem praestando Antonio, pluries nuptias posthabuisse prorsus ineundas. At sponsus hanc damnorum compensationem omnino respuens, petiit ut, seposita omni disceptatione de causae merito, ex gratia, sibi solutio ab initis sponsalibus concederetur.

Disceptatio Synoptica.

ANTONII DEFENSIO. Ait defensor, favore Antonii recolere iuvat quod quamvis appellatio iuxta iuris praescripta interposita non videatur, tamen quum ipse magis quam ius suum prosequuturus, gratiam impetraturus accedat, iam audiendus videretur. Notum siquidem est quod S. O. O. soleat causam iterum ad iudicium admittere, quamvis legitime appellatio interposita non fuerit, dummodo iustae ad id faciendum rationes suppetant; et facilius etiam si eadem causa sub novo aspectu reproponatur. Etenim ***mutato facto, receditur a resolutis*** iuxta ***Rot. dec. 372, n. 1, p. 11 Recent.;*** De Luca ***De benefic. discept. 88 n. 3.*** Quid simile evenisse coniicimus in ***Pistorien. Sponsalium super dispensatione*** proposita per summaria precum die 7 Iunii 1856. In ea vir, qui ad matrimonium cum sponsa contrahendum intra 30 dies damnatus fuerat, appellationis beneficio valedicens satius duxit supplex apud **S. C.** C. instare, ut a sponsalium vinculo exsolveretur: quod et consequutus est.

Quibus positis, plura in themate concurrere videntur quae suadent, sententiam Apuanae Curiae sustineri non posse, vel saltem ex gratia oratorem a quacumque sponsalium obligatione esse solvendum. Quoad primum meminisse iuvabit,

quod impossibilitas solvendae dotis iustam causam praebet rescindendi sponsalia, ceu tradit ***cap. 3 De illis, De condit, appos.*** Porro non posse a sponsae familia dotem persolvi complura evincunt. Et prae primis id evincere videtur fides Officialis census ei v lis bonorum, vulgo catasto, ex qua fide eruitur parvam esse vim patrimonii ad Rosae familiam pertinentis.

Quum autem Rosae genitoribus sint tres alii filii, quibus haereditaria pars saltem legalis relinquenda foret, tuta pro Rosa haud superesse potest dos libell. 4500. Idque eo magis quia patrimonium Rosae parentum, gravatur aere alieno, cum hypotheca libellarum 6971, ex fide officialis hypothecarum. Hinc non dubitatur gratis, familiam Pallaia solvere non posse promissam dotem.

Neque aliquid in contrarium valere videtur hypotheca in securitatem dotis concessa: quum enim huius familiae bona alia maioris vis hypotheca anterius gravata fuerint, iam Suspicari licet utrum haec posterior efficax extitura sit.

Neque melius relevat fideiussorem esse datum; hic enim Caroli Pallaia filius est, ideoque ratione familiae ditior non est: sed neque ratione individualis laboris: etenim vectuarius est, et, ceu notat patronus Antonii Novelli apud Apuanam Curiam, dives ex tali officio adeo non videtur, ut susceptam cautionem adimplere posse credatur.

Quod vero fastigium ponere in hac re videtur est factum ipsum familiae Pallaia. Etenim quum ad suam securitatem, et ad iudicium ante Apuanam Curiam institutum finiendum, Antonius Novelli vellet legalem bonorum familiae Pallaia peritiam conficere, responsum negativum obtinuit. Ex hisce ergo patet Antonium resilire posse a sponsalibus, et sententiam Curiae prorsus infirmandam esse.

Verum, parumper hac dotis questione omissa, alia suppetunt quae suadent pro sponsalium executione non esse insistendum. Sane quum in irritum cesserint Episcopi conatus, non semel adhibiti, ut partes ad amicalem conciliationem adducerentur, iam ut Antonius Novelli ad datam fidem ob-

servandam cogeretur, necesse foret ad coactionem et ad censuras recurrere. Hoc quidem tradit ***cap. 10 d. spons. et matr.*** Verum, ceu docent **DD.,** hoc locum habet si coactio prospere cedere praevideatur. Cfr. De Angelis ***h. tit. num. 5.*** Dum contra ex consideratione quod coacta coniugia soleant difficiles exitus habere, ***in cap. 17 eius tit.*** iniungitur a Pontifice partem reluctantem monendam potius esse quam cogendam.

At in themate talia concurrere videntur, quae non solum sive coactionem sive monitionem fieri excludunt, sed e converso dispensationem a sponsalium vinculo concedendam esse suadent. Sane Antonius fassus est se neque amplius amare neque aliqua aestimatione prosequi Rosam posse. Et haec lis ipsa in longum tempus, per plures nempe annos traducta, testimonium aversionis eius a sponsa luculentum praebet, et hoc ipso rationabilem causam ne ad coactionem deveniatur constituit, ceu pluribus cumulatis auctoritatibus docet Cosci ***vot. 7 num. 103.***

Hisce accedit quod idem Novelli credit, sicut et apud S. **C.** C. deposuit, Rosam durante litis cursu cum alio viro amori induisisse. In praesens vero, duobus per tabellionem adductis testibus, rem cum alio viro eam habuisse coarguit. Quae quamvis vera non essent, quum tamen credantur, sponsi animum a sponsa ferme abalienant, et cuicumque utili sive coactioni sive suasioni viam praecludere videntur.

Hisce attentis circumstantiis, unaque simul prae oculis habita dotis quaestione, superius relata, nec non sponsae animo se abdicandi **a** sponsalibus sub compensationis conditione in specie exposita, illa iusta causa adesse videtur, qua concurrente, sponsalia impune dissolvi posse docet ***cap. Ex litteris 10, De sponsal.***

DEFENSIO ROSAE. Pro altera vero parte in primis animadversum fuit quod appellatio Antonii legitime interposita non videatur. Haec enim fieri debebat intra decendium **a** die latae sententiae iuxta ***auth. hodie, cum pios. ibid. cap.***

De Appell.; et cap. Quod ad consult. iZ, *>e sent. -et re iudic. - ibi - « Cum post decem dierum spatium ^^ntentia » in auctoritatem transeat rei iudicatae, qui ad provocation^ » subsidium intra id temporis non recurrit, appellandi sibi » aditum denegavit. » Insuper appellatio regulariter proponenda est coram ***iudice a quo,*** et acceptis ***Apostolis*** seu libellis dimissoriis, cum ipsis adire licet ***iudicem ad quem,*** ut praescribit ***lib. I ff. De lib. dimiss.;*** et unanimiter tradunt DD. praesertim ReifFenstuel ***lib. 5, tit. 28 De appell.***

Atqui in casu nihil ex hisce observatum est; non quidem temporis spatium, quia post decem menses tantummodo appellatio interposita fuit; sed neque appellandi modus, quia, non monita Apuana Curia, S. Sedem directe orator adivit. Ideoque eius instantia iam e limine reiicienda videtur.

Quod fortius dicas oportet si attendas intrinsecum causae meritum. Ratio enim praecipua resiliendi a sponsalibus ferme Antonio fuit timor non consequendi a sponsae parentibus dotem. Verum hic timor rationabilis non apparet. Sane stipulatio dotis iis iuris adminiculis firmata est, quibus certa eius solutio fieret. Nam hypothecae traditi sunt duo fundi et fideiussor constitutus est Henricus Pallaia, qui, vectuarium agens, asseritur habere quo assumptae obligationi abunde satisfaciat.

Quae cum ita sint, ad e vincendum quod familia Pallaia solvere promissam dotem non valeret, probandum fuisset, ceu Curia notavit in sua sententia, quod coniuges Pallaia vel non possiderent duos fundos hypotecae traditos, vel quod eorum integer valor libellis 4500 inferior esset; ac insuper quod huic familiae alia media praesto non essent, quibus, assumptum onus adimplerent. Neutrum vero sufficienter Antonius ostendisse videtur. Siquidem eius praecipuum argumentum est ex censuario valore fundorum familiae Pallaia

Verum, omisso etiam quod documenta lata ah officiali census civilis plene inter se convenire non videantur, ideoque veluti suspecta forent amandanda; meminisse iuvabit qua incertitudine census civilis bonorum, vulgo ***catasto,*** exaratus

in Italia sit, praesertim vero in Apuana provincia, et quam parum verus praediorum valor exinde desumi valeat.

Qua de re valor fundorum desumptus ex documentis census civilis, iam augendus esset ut iustam valoris aestimationem attingeret. Quod si fiat vis patrimonialis bonorum familiae Pallaia adeo modica non apparebit, ut solvendo dotem par non sit. Quod autem Rosa, durante litis cursu, induisent amori cum alio viro, et cum alio quoque rem habuerit, ceu deposuit Antonius, a veritate prorsus abhorret. Parochus enim puellae retulit et testatus est, neminem id scire, neminem excepto Antonio, hoc audivisse; omnesque, qui puellam norunt, paratos esse testimonium reddere de modestia, bonisque moribus, quibus Rosa exornatur.

Itaque reiecto timore non consequendi dotem, reiectaque calumnia detractoris, nulla alia inveniri causa videtur, qua aversio Antonii in Rosam rationabilis censeatur, nisi simultas ex litis calore exorta, quam nihili esse faciendam et, ea non obstante, ad coactionem deveniendum esse docet S. Rota ***decis. 376 n. 6, coram Ludovisio;*** et ***decis. 421 num. 10, coram Cavalerio.*** Et sane ius certum mulieris ex hac levi causa non esset posthabendum.

Ast vero si in contrariam abire sententiam, et sponsalia solvere EE. PP. censeant, definire quoque oportebit, ex officio animadversum fuit, utruhi et quaenam compensatio mulieri sit tribuenda. Si enim ad Episcopi animadversiones obsequens ipsa fuit ut suo iuri cederet, hoc ipsi laudi est, et maiori merito ut a s. 0. C. consequatur eam compensationem quam petit, et quae sponso a contractu resilienti plerumque praescribi solet, ceu in Bisinianen. ***Dissolutionis sponsalium 13 Septembris 1841;*** Nullius Ferentilli ***Sponsalium 29 Maii 1852;*** Pistorien. ***Sponsalium super Dispensatione 7 Iunii 1856,*** propositis per Summaria precum, et aliis sexcentis.

Hisce aliisque animadversis, quaesitum est quonam responso dimittenda essent sequentia

Dubia

I. *An constet de legitima appellatione in casu.*

Et quatenus affirmative

II. *An sententia Curiae confirmanda vel infirmanda sit in casu.*

Et quatenus affirmative ad primam partem, et negative ad secundam.

III. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu.*

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Concilii, re perpensa, sub die 1 Septembris 1883, censuit respondere:

***Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo. Ad III. Affirmative; solutis tamen ab oratore libellis 1500 favore mulieris* (1).**

SYRACUSANA

INTERPRETATIONIS VOLUNTATIS

Die f Decembris Í883.

Per Summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Sacerdos Rosano dioecesis Syracusanae die 11 Martii anni 1879 cum suo olographo testamento institutis haeredibus ac executoribus testamentariis, de omnibus bonis suis religiose disponebat. Inter ceteros autem testamenti articulos sub N. 4 sic mentem suam expressit: executores testamentan i curabunt ut fiant tria funera; quorum primum die 31 Maii pro Eleonora, matre

(1) Sententia Curiae episcopalis post decem dies iure in rem iudicatam transiit ; hinc illegitima fuit appellatio Antonii , emissa post decem menses. Et sponsalia valida permanent, etiam ex iudicio S. C Congregationis. Quam autem nulla adfnerit iusta causa a spem salibus resiliendi ex parte viri Apostolica Sedes dispensationem concessit imposita tamen aliqua damnorum compensatione favore mulieris laesae. Ad coactionem non venitur si aliquod periculum odii aut discordiae prospiciatur Confer Vol. X ag. 195 in nota.

mea; secundum die 10 Decembris pro Emmanuele patre meo; tertium in die anniversarii mortis meae, erogando libellas 45 pro tribus anniversariis. Fiat missa cum cantu, cum adsistentia solius chori; et hoc expleto, si aliquid supersit celebrentur missae lectae.

Paulo post, die 4 mensis Septembris eiusdem anni e vivis sublatus est. Mox administratores omnia pia relicta adamussim in executionem demandare coeperunt, etiam funeralia praedicta. Hinc die 31 Maii anni 1880, primum funus celebratum est pro Eleonora testatoris matre, alterum pro ipso die anniversaria 4 Septembris, et tertium pro patre die 10 Decembris. Quod et in anno insequenti similiter praestitum est

Exinde vero administratores suspensam voluerunt funeralium celebrationem rati, eorumdem perpetuitatem non constare ex testatoris verbis. Hoc ut Archiepiscopus rescivit, illico institit pro funerum celebratione, administratores admonendo, eosdem h iud posso taliter voluntatem testatoris interpretare.

Quapropter die 12 Aprilis vertentis anni Sacerdos Vitale, unus ex administratoribus, per supplicem libellum s. Sedi exhibitum, expetebat auctorabilem interpretationem illius testamenti articuli integro autographo transmisso.

Disceptatio Synoptica

ONUS NON VIDETUR PERPETUUM. EX una parte videtur per unam singulorum anniversariorum celebrationem iam satis adimpletam esse testatoris voluntatem. Verba enim recitati articuli clarissima sunt et nullam praeseferunt ambiguitatem. Iam vero ***ubi verba sunt clara nullam admittunt interpretationem, neque voluntatis coniecturam: Gloss, in cap. Cum Dilectus 8 de consuet.*** Et hac in re optime invocari potest principium illud « ***testator quod voluit expressit, quod non voluit non expressit.*** » Quid enim impedire potuit quominus ipse saltem verbum unum ***in perpetuum*** adiecisset? Id enim exprimere potuisset ac valuisset

praesertim cum satis sagacem se ostendit in ceteris dispositionibus ordinandis.

Nec obiici potest quod Sacerdos voluerit potius pluries sacrum pro se suorumque parentum fieri quam semel tantum; quandoquidem iam aliunde satis pro anima sua provisum sciebat per institutionem ac fundationem aliorum piorum operum. Inter quae illud praesertim de educatione iuvenum sese militiae Ecclesiae adscribentium ; animae vero parentum potuit et ipse in vita meminisse. Quare nihil esse videtur quod inducat ad perpetuitatem dispositionis iudicandam: eo vel magis quod multiplicatis in infinitum funeralibus, aliis operibus expresse a testatore intentis detrahentur.

ONUS VIDETUR ESSE PERPETUUM. EX altera vero parte, iuxta receptissimam iuris regulam, quod menti testatoris, non verborum cortici sit adhaerendum; si ad totius dispositionis contextum attendatur, in contrariam omnino conclusionem deveniri oportere videtur. Omnia enim suadent pium illud legatum in perpetuum intelligendum esse. Id enim in primis suadet interpretatio ipsorum administratorum, qui iam secunda vice iniunctioni testatoris satisfecerunt; id suadet perpetuitas aliorum operum in ipso testamento contentorum ; id pinguis haereditas ; id etymologica vocis anniversarii vis, quae, ut optime animadvertit Archiepiscopus, iam in se perpetuitatis conceptum continet; id denique ipsa pietas testatoris suadet. Quis enim unquam rationabiliter cogitare potest pium Sacerdotem, qui integram haereditatem in pios usus distribuit, voluisse unam tantum Missam pro se celebrari? Quis sibi suadere poterit testatorem, qui tam sollicitum erga defunctos parentes se ostendit, voluisse expectare mortem suam ut uno tantum Sacrificio eorum animam suffragarci ?

Quibus aliisque praemissis, quaesitum est quid esset respondendum oratori.

RESOLUTIO. Sacra C Congr. re cognita respondere censuit: ***Funerum onus esse perpetuum.***

CENTUMCELLARUM

APKRTTtOMS ORIS ET SUSPENSIONIS LEGATI

Die 1 Septembris 1883.

COMPENDIUM FACTI. Franciscus Vidau, supremo quo decessit elogio diei 1 Ianuarii 1825, annuum reditum 500 libellarum reliquit, ut aliquis ex propria familia descendens, vel eo deficiente, ut unus ab Episcopo electus ex tribus adolescentulis, a Municipii praeside praesentandis, in sacris disciplinis in Centumcellarum Seminario institueretur.

Verum anno 1881, nemine existente ex familia Vidau, qui s. militiae initiari cupere!, puella Augusta Vidau pio testatori vinculo sanguinis coniuncta bonisque omnibus destituta a S. C. C. expostulavit, ut in sui ipsius favorem annuum reditum converteretur, praesertim quia sibi offerebatur conveniens quoddam matrimonium. Sui voti compos facta, die 22 Aprilis 1882 sequenti dimissa fuit responso: « ***Pro gratia ad triennium;*** » quam resolutionem SSmus benigne approbare et confirmare dignatus est, imposito oratrici onere duarum Missarum in suffragium fundatoris.

Porro statim ac huiusmodi resolutio ad aurea pervenit cuiusdam viduae Magdalenae Stecchetti Vidau Viterbii degentis, quae iam antea jenes Episcopum repetitis vicibus institerit ut aliquod subsidium haberet, illico per supplicem libellum ad S. **C.** C. convolavit humillime implorans, ut sibi prae Augusta, quae octavo gradu distat a testatore, concederetur subsidium libellarum 500. Rationes suae petitionis fuerunt quia proximior erat pio testatori, utpote unica filia eiusdem fratris et haeredis, aetate insuper septuagenaria, gravissima paupertate, et adversa omnino valetudine, immo coecitate laborans, ac insuper duabus filiabus innuptis gravata.

Talibus freta rationibus cum animadverteret pium fundatorem praeter alumnatum instituisse etiam quamdam Ca-

pellaniam vel Canonicatum in Cathedrali Centumcellarum, eumdemque una cum alumnato vacasse ah anno 1858 usque ad annum 1880, preces pariter obtulit ut sibi partem fructuum cumulatorum spatio 22 annorum adiudicaretur una cum perpetua quadam assignatione super eorumdem reditibus.

Rogatus Ordinarius, post brevem historicam narrationem Capellaniae et alumnatus, ita suum epistolium conclusit: sese scire Magdalenam Vidau pauperem et miseratione dignam esse, sed eamdem falli dum credit ab anno 1850 ad 1880 vacasse canonicatum, et legatum pro alumno.

Hisce habitis die 22 Ianuarii 1883: « ***SSmus remisit ¡ireces ad S. C. Concilii cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, et cum clausula de aperitione oris arbitrio adversus rescriptum diei 22 Aprilis 1882, et mandavit notificari Episcopo hunc in finem ut moneat partes etc.*** >

Revera Augusta Vidau, quae in vim memorati rescripti honestas nuptias conciliare valuit, statim recursum habuit apud S. C. C. exorans, ut, reiecta petitione Magdalenae Stecchetti, rescriptum confirmaretur.

Disceptatio Synoptica.

IURA MAGDALENAE STECCHETTI. Patronus a Magdalena adscitus, concedendam esse contendit aperitionem oris contra Rescriptum diei 22 Aprilis 1882. Quod ut evincat animadvertit: certum esse Pontificem noluisse praeiudicium inferre iuri tertii, cum mens Pontificis semper sit nullum laedere, nec aliquod praeiudicium inferre, ex ***cap. Cum ordinem in 6° de Rescript.*** Hinc etiam DD. tradere non esse adimplendum Rescriptum si contineat tertii praeiudicium, Amostazo ***de causis piis lib. 5 cap. 2 num. 55.*** Quare gratiam apertionis oris semper concedendam esse, ait, quando constat de gravamine vel iniustitia, vel saltem de vehementi fumo seu probabili dubietate, ut dicit Card. De Luca ***de Praeemin.***

(lise. 8 num. 4, Rota ***decis. 381 num. 2 coram Motines.***

Verum in casu non solum fumum pro concessione gratiae aperitionis oris, sed gravamen et iniustitiam adesse autumavit ex manifesta obreptione et subreptione Rescripti. Obreptionem patere dicit ex eo quod narratum fuit Pontifici Augustam Vidau descendere a fundatore proximior! gradu, dum ab eo distat octo per gradus: subreptionem vero ex tacituinitate existentiae Magdalenae, neptis fundatoris illiusque supplicationis, dum contra plures preces fudit iam ab anno 1876 ut aliquod subsidium haberet.

Ex hisce omnibus igitur conclusit, reticitam fuisse veritatem Pontifici eumdemque circumventum fuisse ab Augusta. Secus enim gratiam, quam ipsi concessit, certo certius^ concessisset Magdalenae ob sequentes rationes. Nimirum I° ob proximiorem gradum quo haec cum pio testatore coniuugebatur, 2° ob gravem et diuturnam infirmitatem qua laborat, 3° ob miserabilem conditionem in qua ipsa una cum duabus innuptis filiabus versatur, 4° demum quia prior omnino fuisset in tempore.

Ad secundum dubium gradum faciens Patronus, omnino excipiendas esse ait preces a Magdalena porrectas. Id enim suadere tradit primo voluntatem testatoris praesumptam ; quia si ipse e sepulchro surgeret et animadverteret suam neptem tantis aerumnis et angustiis affici, profecto illico suam voluntatem in Magdalenae favorem commutarci. Id suadere etiam subiungit iam allatas rationes infirmitatis, egestatis et utilitatis Magdalenae, nec non duarum filiarum.

IURA AUGUSTAE VIDAU. **EX** altera vero parte perpendendum est quod oris aperitio concedi non solet nisi ex magna causa et accedente exorbitanti laesione ; Gratian, ***discept. 959 in princ.*** Rota ***decis. 461 num. 6 et seqq. part. 1 Recent, dec. 267 et 485 part. 4 tom. 2 Recent.;*** praesertim si gratia iam executioni demandata est, in specie dictae ***decis. 485 num. 5 part. 4 tom. 2 Recent.;*** et maxime ubi adest periculum suscitandae litis, quam interest Reipu-

blicae quanto citius finiri, ***Cap. Dispendio de Rescript, in 6,*** Clement. ***Dispendiosam de Iud. L. properandum, in princ. C. eod. tit. L. 1 in princ. C. de nov. cod. faciend.***

Iamvero in themate dum ex una parte gratia iam exécuta est, quaeque si deleatur, teste Augusta, occasionem rixarum praeberet; ex altera vero neutrum verificatur ob quod aperitio oris concedi debeat. Exulat in primis magna causa, quia agitur de concessione, quae Magdalenae grave praeiudicium inferre non potest cum ad annum tantum vel ad summum ad biennium adhuc perdurare debet. Summa deinde quae exposcitur, dum Augustae in praesentibus circumstantiis ingentis esset utilitatis, Magdalenae nonnisi parvum commodum afferret.

Neque adesse constat gravem ex parte Magdalenae laesionem. Siquidem laesio necessario praesupponit ius, ita ut ubi hoc non adsit, nec laesionem adesse dicendum est. Porro notum est in themate ex utraque parte agi de gratia obtinenda, quod ostendit omne ius abesse nihilque ex iustitia alicui competere, ***L. Ius singular, ff. de Legib.;*** Pitonius ***de Controv. Patron, alleg. 100 num. 301;*** Rota ***decis. 19 n. 10.*** Iure igitur meritoque deneganda videtur aperitio oris in casu.

Neque regerere iuvat Rescriptum diei 22 Aprilis nullum esse ob vitium obreptionis et subreptionis. Quandoquidem hoc nullo pacto probari potest. Teste enim Fagnano in ***Lib. 1 Decret, cap. Super Uteris de Rescript, num. 8,*** subreptio vel obreptio ibi adest ubi est expressio falsi, vel taciturnitas veri, quo non expresso vel tacito, Papa nullo modo litteras concessisset, sed potius denegasset.

Porro nihil horum verificatur in supplici libello Augustae S. C. C. oblato, ad effectum obtinendi gratiam eidem concessam; imo omnia cum veritate concordare luculentissime patet: nam exposuit sese descendere ex familia Vidau, orphanam esse, omni fortunae bono carere; ideoque exposcere gratiam percipiendi fructus, dum absit alumnus;

aut saltem pro triennio, titulo dotis, ^***apo*** nosestis ineundis nuptiis, iam paratis, Quae omnia vera esse Ordinarius ipse testatus est.

Nec aliquid ulterius manifestare Augusta debuit. Agebatur enim de gratia, non de iustitia, proindeque Augusta, quae Centumcellis degebat, nec scire poterat, nec tenebatur referre intentionem Magdalenae obtinendi eamdem gratiam.

Iamvero notum est in iure taciturnitatem ex probabili ignorantia non vitiare rescriptum. Ad rem audiatur Fagnanus in ***Lib. i Decret, cap. Super Diteris de Rescript, num. 68*** - ibi - « Sed tu ad verte, quia haec conclusio non » procedit, quando subreptio provenit ex ignorantia proba- » bili; tunc enim taciturnitas eius, quo expresso rescriptum » non ita facile fuisset obtentum, illud non vitiat, ut ef- > ficaciter probat textus in ***Cap. Gratia de Rescript, lib. 6*** » tenendo prout communiter tenetur, quod non ponat casum » specialem : nam si Papa ibi scivisset de alio beneficio, non » ita facile concessisset, et tamen quia illa taciturnitas erat » cooperta iusta ignorantia, rescriptum valet. »

Verum in absurda etiam hypothesi quod Augusta id agnosceret, nihilominus ex eius taciturnitate nullum argumentum deduci posse videtur pro nullitate rescripti ex capite obreptionis et subreptionis. Quandoquidem subreptio non inducitur ex taciturnitate eorum, quae non retraxisseat Papam a gratia concedenda; ***Cap. Super Uteris, cum*** ibi plene notatis per DD. maxime per Felin. ***n. 8 de Rescript.,*** Fagnan. ***lib. 4 Decret. Cap. Ad nostram 4 de Coniugio servor. n. 14,*** Rota ***Recent, decis. 222 n. 25 part. 7 cum concord.***

Atqui circumstantia ab Augusta silentio praetermissa eius praecise generis est, ut nullo modo Papam retraxisset a gratiae concessione favore Augustae, quin imo semper ea in hypothesi concessisset Augustae, pro qua firma adhuc remanere debet, prouti expostulatur in secundo dubio.

Sane in supremae defunctorum voluntatis commutatione S. C. C. ut in ***Anagnina Capellaniae 27 Iulii 1822,*** sem-

per prae oculis habuit Decretalem Innocentii III in ***Cap. Magnae, de Vot. votique redempt.*** « Praecipua duximus in » hoc negocio attendenda: quid liceat secundum aequitatem: » quid deceat secundum honestatem; quid expediat secundum » utilitatem. » Porro nihil aequius, nihil honestius, nihil utilius, quam honestae probaeque puellae decens procurare coniugium. Omnia militare videntur in favorem Augustae. Adest etiam praesumpta testatoris voluntas; qui post extinctionem familiae Vidau, vocavit honestos cives, exclusitque advenas.

Praeterea testator expresse cavit ut quidquid superesset ex reditibus legatorum 1000 libellarum pro Canonicatu et 500 libellarum pro alumnatu, erogari deberet ad constituendas dotes pro egenis puellis Centumcellarum.

Cum igitur Augusta Vidau vinculo sanguinis cum testatore coniuncta, et Centumcellis degens ideo gratiam petiisset titulo dotis, merito praeferenda videtur Magdalenae, quae licet proximior sit pio testatori, tamen nec Centumcellis degit, nec dote indiget ad matrimonium contrahendum.

Non solum ergo nihil movissent Papam qualitates Magdalenae si antea eas novisset, verum etiam hodie ex citatis rationibus firmum remanere debet rescriptum favore Augustae elargitum. Idque eo vel magis in casu, quia semper ea interpretatio fieri debet, quae tendit ad sustinendam gratiam Principis, ut fuit ponderatum in causa ***Vicen. Prioratus 22 Martii 1822 coram Patriarcha,*** Rota ***decis. 485 n. 6 part. 4 Recent.***

Ulterius pro confirmatione eiusdem Rescripti assistit regula iuris quaesiti, dum fuit elargitum antequam Magdalena comparuisset suamque supplicationem S. C. C. porrexisset. Istius igitur oppositio facta, re amplius non integra et post ius quaesitum Augustae, impedii e non debet fruitionem gratiae iam perfectae; cum in graliosis prior in tempore sit potior in iure, Gloss, in ***Cap. Duobus de Rescript, in 6 in v. concurrant;*** Felin. in ***Cap. Capitulum num. 5 de Rescript.,*** Pitonius in ***alleg. 4~> n. 1,*** Rota in ***Regien.***

Iuris patronatus 16 Ianuarii 1708 §. Inchoando coram Motines.

Nec refert quod Magdalena pluries institisset apud Episcopum Centumcellarum, ut aliquod subsidium obtineret ex hisce legatis: et ex eius verbis petenti affulserit spes aliquid obtinendi : nam Episcopus tandem negativum dedit responsum Magdalenae ut Augustae faveret. Ceterum non apud Episcopum sed apud Romanum Pontificem preces suas porrigere debuisset.

Demum certo certius ex eo confirmandum videtur Rescriptum quia, secus Augusta dimittere nequiret aes alienum, contractum post dictum decretum, pro diversis nuptiarum necessitatibus multaque verificarentur incommoda ex parte viri, qui dote privaretur ad onera matrimonii ferenda praevisa. Aequum igitur non est uni benefacere cum iactura et detrimento alterius. Multa fi Magdalena enarrata reiiciuntur ab Ordinario, multaque alia compertum est omnino veritati adversari.

Hisce praemissis proposita fuere dirimenda duo sequentia

Dubia.

I. ***An intret arbitrium pro aperitione oris in casu.***
Et quatenus affirmative

II. ***An et quomodo sit annuendum precibus ab Oratrice porrectis in casu.***

RESOLUTIO. Sacra Congreg. Concilii, re discussa, sub die 1 Septembris 1883 censuit respondere :

Ad I. ***Negative; et attentis particularibus circumstantiis pro gratia, ut exacto triennio, ac eisdem perseverantibus circumstantiis, redditus vacantis alumnatus tradi queant in subsidium Magdalenae eiusque filiarum pariter ad triennium, facto verbo cum SSmo.***

Ad II. ***Provisum in primo.*** (1)

(1) Confer Vol Xl 186; quo loco dictum est de aperitione oris; quid sit, et quando concedatur.,

VASTEN. ET ORTONEN.

EXCARDINATIONIS ET ORDINATIONIS

Die i Decembris i.883.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Philippus Sciorilli exposuit SSmo Patri : sese in sua aetate duodecim annorum, patriam relinquens, petiisse civitates Lanciani et Neapolis; in quibus octo circiter annos vitam degit. Inibi media quaerendo, ut suae religiosae vocationi indulgerei , quum fortunae bonis omnino destitutus esset, exceptum fuisse a canonico Theologo Ortonensi; apud quem sese transferendo, victum et habitationem obtinuit, et inter eiusdem canonici discipulos cooptatus fuit. In secundo huius mansionis anno petiisse ab Administratore Vastensi gratiam ecclesiasticos induendi habitus ut dein ad sacros ordines promoveri valeret : idque sibi denegatum fuisse. Quamobrem a clementia Sanctitatis Suae quaesivit, ut, derogando Bullae ***Speculatores*** ratione originis, declararetur subditus Administratoris Ortonensis, et sacris indutis vestibus, ab eodem promoveretur ad ss. Ordines.

Omnia et singula ab oratore, exposita veritate prorsus niti testatus est administrator Ortonen. referens illum perhonestis moribus praeditum esse, bonaque supernae vocationis indicia praeseferre, nec non aliquam in studiorum curriculo idoneitatem: paratus ceterum omnia exequi quae S. **C. C.** in Domino expedire iudicaverit.

Vastensis vero administrator autumavit oratorem gratia expetita haud esse donandum, sed potius cogendum, quatenus iste clericali militiae nomen dare velit, ad studiorum curriculum implendum in Seminariis designatis pro suorum clericorum educatione.

Disceptatio Synoptica

PRECES RESPUENDAE VIDENTUR. Attento voto Ordinarii oratoris, preces ab ipso iudicii limine reiiciendae videntur.

Quandoquidem exploratum in iure est quemlibet subditum absque licentia atque consensu superioris sui ab eius auctoritate subduci haud posse, minusque vero ad sacros aut minores ordines vel ad primam tonsuram promoveri, ceu disertis verbis tradit Conci. Trid. ***sess. 14 cap. 2 de Reform.*** - ibi - « Nemo Episcoporum . . . alterius subditum . . . absque » sui praelati expresso consensu aut Uteris dimissoriis ad > aliquos sacros aut minores ordines vel primam tonsuram » promovere seu ordinare valeat. »

Huiusmodi autem iuris principiis insistendum videtur, si paullulum perpendantur rationes, quas pro suo voto tuendo attulit Administrator vastensis. Hic enim, cum Seminarium suum iam a viginti annis interclusum habeat adhuc, salubriter sta1u.it ut illi, qui ecclesiasticae militiae se mancipare vellent, peterent pro lubitu unum ex quinque Seminariis ab eodem designatis in ditione pontificia pro illorum clericali educatione. Orator e contra , qui hucusque vagare potius duxit quam praefati Administratoris vota prosequi, pertentat nunc sub excardinationis praetextu se omnino subducere a praescripta Seminarii disciplina, quae illi maxime necessaria est, ex eo quod nullius fere ingenii sit, et iam in diebus suis processerit huc illuc vagans.

Accedit petitam excardinationem omnino illusoriam fore, prouti ad rem animadvertit Vastensis Administrator. Quandoquidem spatium intercedens Ortonam inter et oppidum originarium, ubi oratoris familia, cum omnibus fortunis residet, vix aequat iter trium horarum. Orator hinc, Ceu praedictus Administrator asseverat, statim ac sacerdotalem ordinationem assequutus fuerit, ad domesticos lares certo certius remeabit, non amplius Ortonam reversurus : quod in iacturam auctoritatis Episcopalis cederet.

PRECES EXCIPIENDAE VIDENTUR. Ponderandum sed contra est quod licet explorati iuris sit neminem ab alieno Episcopo ordinari posse absque proprii Ordinarii consensu atque approbatione; tamen indubium est Summum Pontificem , quibusdam concurrentibus legitimis causis , concedere

solere, ut quis, renuente proprio Episcopo, ex una in alteram Dioecesim se transferre valeat ad effectum ordines sive minores sive maiores suscipiendi. Eruitur id ex innumeris resolutionibus S. C. C. et praesertim ex ***Neapolitana excardinationis 15 Iulii 1848, Burgi S. Sepulcri Irregularitatis ex defectu scientiae 23 Februarii 1875 Aniden. Ordinationis 23 Martii 1778 Boianen. et Termularum Ordinationis seu Excardinationis 20 Maii 1882.*** Iamvero legitimae causae, quae oratorem gratia donandum suadent, in casu haud exulare videntur. Adsunt praeprimis oratoris boni optimique mores, quos in huiusmodi gratiis iudulgendis S. C. C. magno in pretio habere solet. Adsunt bona supernae vocationis indicia. Adest sacerdotum inopia, qua Ortonensis Dioecesis laborat. Adest peculiaris circumstantia, quod nempe Orator supernae vocationi ad statum ecclesiasticum valedicere deberet, si gratia expetita haud donetur. Cum enim ipse bonorum fortuna fere omnino destituatur, ad solvendam Seminarii pensionem par non est, sed indiget potius ut quis eius inopiam sublevet, prouti nunc laudabiliter praestatur a Canonico Theologo Ortonae. Quod explicare videtur cur orator haud se receperit ad Seminaria ab Administratore Vastensi designata in sortem Domini vocatis.

Nec oggerere iuvat tarditatem ingenii oratoris, cum sacri canones minime praescribant ut sacerdotes sint etiam doctores, sed ut illam scientiam habeant, qua populum christianum in lege Domini erudire valeant. Orator hinc si pugnam committere haud queat cum religionis hostibus, manebit saltem ad sarcinas , ubi etiam ipse de spoliis inimicorum partem recipiet et offeret Domino.

Ceterum obtenta ab oratore adscriptione in Ortonensem Dioecesim, non amplius Vastensis Administrator, sed Administrator Ortonensis, qui inter suae Dioecesis Clericos oratorem admittere haud dedignatur, de ipsius ingenio ac vitae ratione coram Deo et hominibus respondere tenebitur.

Tandem periculum reditus oratoris in Dioecesim originis facile evanescet, si gratia ei concedatur hac sub lege; quod

nempe orator iuramentum emittat de animo fideliter permanendi in Dioecesi Ortonensi, ceu habetur in ***Neapolitana Excardinationis 15 Iulii 1848.***

Quibus expositis, quaesitum fuit ab **EE.** PP. quid esset oratori respondendum.

RESOLUTIO. Sacra **O. O.** re disceptata, censuit respondere: ***Praevio iuramento de animo perpetuo permanendi in Dioecesi Ortonensi* pro gratia, facto verbo cum SSmo*** **(1).**

NOVARIEN.

COMMUTATIONIS VOLUNTATIS ET ABSOLUTIONIS

Die 1 Decembris 1883.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Andreas Ferraris anno 1840 per suum testamentum instituit haeredem Iosephum Ferraris eique onus imposuit satisfaciendi legato missae quotidianae, litandaein Cappella ab eodem testatore tunc extruenda, sive in paroeciali Ecclesia. Assignavit autem Cappellano libellas annuas 1200, et pro prima vice nominavit Gabrielem Ferraris, consobrinum suum.

Attamen haeredis fortuna in peius ruit; et Episcopus rogatus retulit quod tempore mortis testatoris haereditas constans libellis 500,000, iam gravabatur tot legatis testamentariis, ut absorberentur libellae 300,000. Neque libellas 200,000, quae supererant, servari potuisse ob ineptam administrationem, et adversas familiae eiusdem vicissitudines: ita ut reditus bonorum quae adhuc extant vix summam tangat libellarum 7,500.

Inter haec moriebatur primus haeres Ioseph Ferraris, et totius familiae haereditas transiit in viduam illius coniu-

(1) Recole Volumina har. ephemer. XIV pag. 443, XII pag. 522 , XI pag. 30, X pag. 474, 486. In hisce volaminitms iam relatae sunt aliae quaestiones huic consimiles, quaeque citantur in huins quaestionis disceptatione.

geni, Iosephinam Calvi, ac unicam eius filiam Mariam, nuptui datam nobili cuidam Barbavara. Ast Maria quoque, post virum suum, brevi demortua est, quinque filios relinquens utroque orbatos parente.

Porro , ut notat Episcopus , hodie ex reditu 7,500 libellarum, 3,000 impenduntur in educatione quinque pupillorum; reliquae vero vix suppeditant unde honeste vivant alii cohaeredes, et unde taxis fiat satis. Ex hac rerum conditione factum est ut elapso anno Iosephina vidua Iosephi Ferraris, eiusque filia Maria (quae tunc adhuc in vivis erat) humiles S. Pontifici porrigerent preces , petentes , ut benigne exonerarentur a legato missae quotidianae.

Sacerdos Gabriel Ferraris, qui ad legati fruitionem primus a testatore vocatus fuerat, precibus oratricium interrogatus assentiit non modo, sed quia usque in praesens quam pluries legatas missas celebrare omisit, supplex de omissionibus absolutionem postulavit, quatenus indigeret, referens quoque numquam aliquid percepisse pro missarum celebratione.

Episcopus enixe preces oratorum commendavit dicens, familiam in egestate versari, dignamque esse expetita gratia: et parochus ipse, in cuius beneficium vergere posset legatum, huius extinctioni, saltem temporaneae, assensum praebuit, donec familia ditescat.

Disceptatio Synoptica.

QUAE GRATIAE EXPETITAE ADVERSANTUR. In contrarium stat testatoris voluntas, quae sancte observanda est, neque ob communem familiae necessitatem negligi potest. Accedit quod ex hoc legato conveniens pro aliquo sacerdote provisio exoriretur, quae valde curanda et custodienda esset, hisce praesertim temporibus in quibus tot ecclesiastica beneficia, iniuria temporum perierunt. Et quum alia plura sint onera haereditario assi familiae Ferraris imposita, ut pensio Biscaldini in annuis libellis 1,000 dotes pro pauperibus filia-

bus in an. libel. 1,300, aliaque; in hisce potius oeconomicae conditioni familiae praesidium forsan quaerendum fuisset.

QUAE GRATIAE EXPETITAE FAVENT. Precibus vero favet, quod hic agatur de nobili familia, quae reditu ann. libel. 7,500 non modo alimenta pro plerisque aliaque necessaria comparare cogitur, sed et quinque orphanorum filiorum, adhuc impúbera m educationem curare debet. Sed neque pro huius legati conservatione ad cetera onera imminuenda cogitari potest eo quod ex relatis ab Episcopo, familia haec liberari nequit ab illis oneribus.

Alterum argumentum, quo facilius exaudiatur, familia Ferraris esse debet antiqua et constans eius pietas, qua factum est, ut recenti tempore mater heredis libellas erogaret 80,000 ad duo extruenda monasteria religiosarum.

Supervacaneum tandem notare non est, quod hodie ex legum civilium iniuria quidem, sed tamen necessario, legati executio remittenda videtur saltem usque ad quinque pupillorum maioritatem.

De missarum vero omissionibus ac de earumdem absolutione parum dicere vacat, i*es enim refundi videtur in familiae statum; nec sacerdos Ferraris, qui eleemosynas non obtinebat, coarguendus forsan est, si missas celebrare omisit, nisi in quantum partem in administratione una simul cum haerede habebat.

Quibus animadversis, quaesitum est quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Concilii re cognita sub die 1 Decembris 1883 censuit respondere:

Celebrato aliquo Missarum numero, ab Episcopo determinando, pro gratia sanationis, absolutionis, et con-* donationis quoad praeteritum[1] supplendo etc. docto etc.; nec non suspensionis oneris quoad futurum ad decennium, facto verbo cum SSmo.

EX SACRA CONGREGATIO! INDULGENTIARUM

ORDINIS S. CRUCIS

Die 15 Martii 1884.

De Indulgentia quingentorum dierum adnexa calculis Rosarii per Orucigeros benedicti.

ORDINIS SANCTAE CRUCIS. Quum innumerae propemodum quaestiones et dubia Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae exhibita fuerint, nomine etiam Archiepiscoporum et Episcoporum de authenticitate Indulgentiae dierum quingentorum a Leone Papa X, Litteris in forma Brevis datis die 20 Augusti 1516 concessae et quodammodo confirmatae a Summis Pontificibus Gregorio XVI et Pio IX rescriptis Sacrae Congregationis de Propaganda Pide dierum 13 Iulii 1845 et 9 Ianuarii 1848, quam lucrari dicuntur Christifideles, quoties in *Rosariis* Beatae Mariae nuncupatis et benedictis a Magistro Generali Ordinis Sanctae Crucis vel a Sodalibus eiusdem Ordinis, a Magistro generali ad id specialiter deputatis, orationem dominicam vel salutationem angelicam devote recitaverint, Sacra eadem Congregatio, ut Christifidelium tranquillitati prospiceret, rem mature perpendere et absolvere constituit. Qua oblata opportunitate quaesitum etiam est de necessitate recitandi tertiam saltem partem *Rosarii* B. V. Mariae, ut Indulgentia illa acquiri possit, quemadmodum fortasse innuere videbantur verba quibus Romani Pontifices praefatas Indulgentias adamussim adnexas Rosariis a Magistro generali dicti Ordinis benedictis concesserunt. Insuper quum plures Sacerdotes tum a Sanctissimo Domino Nostro Papa, tum a sacra ipsa Congregatione privilegium expostulaverint *Rosaria* benedicendi cum applicatione Indulgentiae quam ipsis Sodales Crucigeri adnectunt, quaesitum quoque est de huiusmodi precibus exaudiendas, vel respuendis.

Quae omnia sequentibus dubiis propositis complexa sunt.

I°. *Utrum Indulgentia quingentorum dierum quoties in Rosariis per Crucígeros benedictis oratio dominica, vel salutatio angelica devote dicatur revocanda sit.*

a) *cel uti apvcrgpha, seu ratkne dubiae authenticitatis.*

b) *cel uti indiscreta, seu rati' ne indi ser etae concessionis,*

c) *rei ob alias extrínsecas rnti'ws.*

Et quatenus negative ad omnes I dubii partes

II°. *Utrum eadem Indulgentia rata habenda sit ct confirmanda, vel potius dicenda sit ratihabitione et confirmatione n,on indigere.*

III°. *Utrum pro acquirenda eadem Indulgentia necesse sit integrum Rosarium décote recitare.*

IV°, *Utrum expediat aliis etiam Sacerdotibus c incedi privilegium b'nedicendi Rosaria cum applicatione Indulgentiae quo gaudent Sodales Crucigeris*

Et Patres Eminentissimi in Congregatione Generali habita die 11 Martii 1884 in Aedibus Apostolicis Vaticanis rescripserunt:

Ad I. Nega tire in (milibus.

Ad II. Non indigere.

Ad III. et IV. Negative.

Die vero 15 eiusdem mensis et anni facta ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario relatione, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII Patrum Cardinalium responsiones benigne approbavit.

Datum Romae e Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 15 Martii 1884.

AL. CARD. OREGLIA a S. STEPHANO PR\EFECTUS.

FRANCISCUS DELLA YOLPE SECRETARIUS.

COMPENDIUM FACTI. **Extat in Bibliotheca Seminarii Leodiensis apographum Litterarum Pontificis Leonis X, quibus asseritili', ab hoc Pontifice traditam fuisse Generali Canonicorum regularium s. Augustini Ordinis s. Crucis in Hollandia, qui Crucigeri vel Cruciferi nuncupantur, facultatem benedicendi Rosaria cum applicatione Indulgentiae 500 dierum, quoties Oratio Dominica, vel Salutatio Angelica in iis devote a fidelibus dicatur. Quae facultas ampliata fuit per rescriptum Gregorii XVI anni 1845, et per aliud Pii IX, anni 1848.**

De authenticitate antiquae huius Indulgentiae nullum ab,hac s. Congregatione institutum examen, nulla lata est sententia: solum anno 1872 incidens mota est quaestio, utrum post decretum 14 Aprilis 1856, quo sub *nullitatis poena,* **exemplar cuiusvis concessionis ad hanc s. Congr. deferendum edicitur, antiqua illa conces-**

sio perduraret. cuius esemplar delatum hactenus non fuerat, et tunc primum, orto dubio, exhibebatur. Quum evidenter illud decretum *re-tir spectivam* vim habere non possit et generales Indulgentiarum concessiones, non autem *personales* facultates respiciat s. Congr. die 11 Apr. 1872 respondit: *u Facultates, de quibus agitur, n n comprehendi in decretò die Î4 Aprilis 1-856: r>*

Quae s. Congregationis responsio interpretata fuit a nonnullis ceu implicita recognitio authenticitatis huius indulgentiae. Ast facili modo evictum fuit, huiusmodi interpetrationem erroneam esse. Composita vero hac incidenti quaestione, sub silentio relinqui nequibat dubium de ipsius indulgentiae concessionis authenticitate. Quapropter Emus s. Congr. Praefectus mandavit, ut authenticum exemplar totius Brevis Leonis X, seu primitivae concessionis exhiberetur, simul cum aliis authenticis documentis, quibus ad examen revocatis, s. Congregatio pro opportunitate sententiam ferre posset, ad fidelium tranquillitatem: praesertim quum haec quaestio de Rosariis, per Crucígeros benedictis, iam non modo localis et Hollandiea, sed poene Urbis et Orbis dici posse videatur.

Etenim post novam Pii IX concessionem iam ab anno 1853 magis magisque popularis erga huiusmodi Rosaria devotio aucta est, iamque ex Hollandia non modo in Belgium et Galliam atque Germaniam, sed in dissitas etiam regio: e-a atque in omnes Orbis partes benedicta Rosaria d'ffunduntur vel undecumque in Hollandiam benedicenda mittuntur ac, probantibus et faventibus Episcopis, ea indulgentia magis magisque vulgat ur. At simul mirum non est ex ipsa huius indulgentiae singularitate ac novitate, nonnullos Episcopos in suspicionem venisse atque dubios haerere, • apocry ph a ne forte sit et indiscreta, publicanda ne sit an revocanda. Quapropter iam ab aliquot annis hac de re ad sacram hanc Congregationem subinde ab Episcopis litterae datae sunt, praesertim qunrn eodem decreto 14 Aprilis 1856 «omnes per Orbem Ordinarii hortentur, ut pro ea, qua pollent et qua uti debent sollicitudine in Dominici gregis bonum usque procurandum, invigilent.... uti eiusmodi indulgentiae falsae et apocryphae, quantum fieri potest, minime circumferantur . . . et si praeterea aliquibus in rerum adiunctis su^er Indulgentiarum qualiumcumque authentic t ite ac *te* ininitate dubii haererent ad s. Congregationem recurrant, ut inde opportunam dubiorum resolutionem assequantur, *n*

Alii contra, et maxime Ordinis Crucigerorum Magister, de eius authenticitate et utilitate nullo modo dubitantes, enixe rogarunt, ut

ea Indulgentia *ob fidelium utilitatem, devotionem, et usum undique frequentissimi* m,* ab hac s. Congregatione rata haberetur et confirmaretur.

Quamobrem cum -Apostolica • Sedes iudicium hac super re proferre constituerit, varia solvenda esse dubia arbitratum fuit: super quibus votum emisit consultor, ad id deputatus ab eadem s. Congregatione, et cuius synopsim damus.

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CONSULTORIS. Quatuor enodanda fuerunt proposita dubia, ait Consultor, ut iudicio ab EE. PP. proferendo via sterneretur, nempe: *utrum indulgentia 500 dierum, quoties in Rosariis per Crucígeros benedictis, Oratio dominica vel Salutatio Angelica devote dicatur,*

I. *revocanda sit uti apocrypha, seu ratione dubiae authenticitatis :*

II. *vel uti indiscreta, seu ratione indiscretae concessionis:*

III. *vel 'b alias extrínsecas rationes:*

IV. *an potius rata, habenda sit et confirmanda.*

Et relate ad haec eadem , singillatim sumpta , suam pandidit sententiam.

QUOAD PRIMUM DUBIUM ergo consultor quaesivit *utrum ea Indulgentia rev canda sit uti apocrypha seu ratione saltem dubii e authentica itis ;* censuitque respondendum: *Negative.* Etenim licet non exstet adhuc ipsum Leonis X Breve anni 1516, exstat tamen antiquum eiusdem saeculi, imo medii eiusdem saeculi, apographum. quod quantae sit auctoritatis necesse non est ut pluribus persequar, post tanti momenti indicia, quibus comitatur. Praeterea aliud protulit documentum eiusdem saeculi XVI, in quo manifesta fit allusio ad Breve Leonis X, quoad eius partem praecipuam, qua scilicet, facultas eligendi *eju scumque* coniessarios, extra Ordinem, restringi decernitur: scilicet «auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus et *declaramus* quod *de cetero* nullus in dicti Ordinis et praetextu *cuius"is in lutti Ap st liei* Confessorem, qui *prius* non fuerit per *suum mediatum* v'd *immediatum Superiorem approbatus,* eligere possit.

A a m apud eosdem Crucígeros extat manuscriptum cuiusdam Crucigeri Petri Halloix, qui obiit circa annum 1600. In hoc legitur, inter alia, ordinatio Capituli generalis anni 1517, iubentis ne aliquis cuicumque confiteatur, nisi ordinato ad id per praelatum prc priura, prout *declaratum est per Sedem Apostolicam.* Quibus vei

bis clara est allusio ad Breve Leonis X quod principaliter loquitur de limitandi facultate eligendi quoscumque confessarios ; et nova affunditur lux pro quaestione de qua agimus. Et ideo dicere licet quod confirmata authentia huius Brevis quoad primam partem, quae respicit confessarios, dici potest *indirecte* confirmatam fuisse secundam partem, quae respicit rosariorum benedictionem.

.Attamen neque directa deest confirmatio secundae partis illius Brevis in quo de eo privilegio, tamquam de re antiqua fit sermo : scilicet in antiquo libello, cui titulus - *Rei'f//" s. Crwis* - Crucigeri Arnoldi Hertzworms, a Mag. Gen. an. 1660 approbato, inter alia antiqua privilegia haec leguntur: *u* Nec non *viget* illud privilegium, quod. . . concessum est Prioribus generalibus pro benedicendis Rosariis B. M. V. in quibus devote dicentibus Orationem Dominicam vel Salutationem Angelicam, toties quoties id fecerint indulgentia 500 dierum offertur » : atque alio loco eiusdem libelli ipsissima verba Leonis X, quibus privilegium conceditur, allegantur.

Denique pro genuinitate privilegii argumentum est validissimum quatuor 1ère saeculorum constans usus ac pacifica possessio, sine ulla dubitatione ad haec usque tempora. Adeo ut perspecto decreto anni 1856 scrupolosa quidem orta sit dubitatio, utrum antiquum illud privilegium perduraret, an vero nullitatis poenam incurrisse!; sed licet illud decretum primario de Indulgentiis loquatur quae ex se nullae sunt, non ideo quia s. Congregationi non exhibitae, sed quia *fa is n e, inliscretae* atque *apccrypkae,* tamen ne ,scrupulus quidem incidit dubii quoad eius indulgentiae ac privilegii authenticitatem.

Neque obest, ait Consultor, quod authenticum Breve non inveniatur: primo quia hoc argumentum negativum, haberi nequit ceu positivum indicium dubiae authenticitatis -, et quia antiquum apographum tantae auctoritatis est, ut nulla difficultas serio vix proponi possit. Pariter, prosecutus est Consultor, adest inter utramque partem Brevis grammatica et 1 gica connexio ; nam generali Magistro, praeter facultatem probandi confessarios ampliatur facultas apostolica absolvendi et dispensandi in utroque foro, et insuper additur facultas coronas cum ea indulgentia benedicendi. Licet enim nullus sit intrinsecus nexus ob materiae disparitatem seu ratione materiae, assignari tamen potest nexus extrinsecus, vel quia Magister generalis utramque fortasse, lictt disparem, gratiam eodem forte supplici libello postulaverat, vel quia idem Pontifex gra-

tiosum illud privilegium, addere sponte sua voluit, sive ut zelum generalis Magistri, qui ad bonum regularis disciplinae antiqui privilegii restrictionem seu declarationem petierat, praemio aliquo, eo praesertim tempore, haud inusitato, remuneraretur; sive ut odiosam pluribus privilegii restrictionem et declarationem, eorum interpretationi et usui vel abusui contrariam, novo aliquo gratioso privilegio compensaret atque leniret. Cum insuper Breve hoc limitet facultatem eligendi ad libitum confessarium, odiosa erat haec limitatio pro illis quibus imponebatur. Hinc istorum valde intererat diligenter inquirere de totius Brevis authenticitate: et nisi manifeste authenticum illud habuissent, limitationem praedictam certe respuissent. Itaque eo ipso quod indulgentiae gratiosa concessio invenitur in Brevi, quod primario de alia re odiosa loquitur, illius authenticitas confirmatur; Et potius suspecta esse posset si ex sese extaret in aliquo perhonorifico Brevi ; quod confici potuisset a quopiam e malefidis Indulgentiarum *quaest ribus* illius temporis.

Ast aliquis dicere posset: concessiones Gregorii XVI et Pii IX inferendae sunt ad primitivam Leonis concessionem; quae si non esset authentica, illae corruerent, utpote fundamento destitutae. Cui obiectioni respondit consultor, primitivam concessionem ex sese authenticam probari, ex dictis; deinde negavit paritatem cum rescripto s. Congregationis. Quaestio enim s. Congregationi proposita erat ipsi Indulgentiae *extranea,* scilicet de *tempore* datae indulgentiae et dati decreti; adeoque *quaecumque* ea tandem fuisset, evidens erat, eam decreto an. 1856 non comprehendi, quum tanto esset antiquior non modo eo decreto sed ipso etiam decreto superioris saeculi 28 Apr. 1756, quod per illud instaurabatur. At postulatio facta Gregorio XVI et Pio IX non erat indulgentiae extranea, sed ipsam indulgentiam eamque dumtaxat ac nihil praeterea respiciebat; adeoque Gregorii XVI et Pii IX rescripta haberi iure possent tamquam implicita ac tacita antiquae indulgentiae ratihabitio et confirmai io; quum de antiqua adeo indulgentia sermo esset, quae trium iam saeculorum pacifico usu recepta fuisset. Revera Benedictus XIV in eo ipso opere,- quod in ipso decreto anno 1856 *u* ad falsas apocryphasque indulgentias a veris et genuinis haud dif fici Ii negotio internoscendas » Episcopis commendatur, scilicet *De Synodo Diacci sana* L. 13 c. 18, haec adnotat n. 4 et 5. *u* Est hic opportune monendum nonnullas reperiri Indulgentias, quae sine temeritatis nota in dubium revocari nequeunt, qu^mvij authenticum

earum Indultum non proferatur, cum antiquissima constantique traditione innitantur ac *tacita* vel expressa Romanorum Pontificum confirmatione roborentur ». Cuius rei duplex adducit exemplum, In dulgentiae scilicet Portiunculae, et Indulgentiae plenariae quotidianae, quae dicitur quidem, sed probari nullatenus potest, *rogatu Constantini Imperatoris a s. Silvestro* concessa cuilibet in statu gratiae Lateranensem Ecclesiam invisenti ; sed tamen *tacita* Romanorum Pontificum confirmatione iamdudum habebatur ut valida : quamvis enim, ut animadvertit Papebrochius, ab ipso Benedicto XIV allegatus, nequeat efficere Pontifex ut a Silvestro datae sint indulgentiae, quae datae non fuerunt, facere tamen potest ut eae revera *nunc* obtineantur aeque ac si ab ipso Silvestro promanassent. *u* Cui quidem *firmissimae rationi* adhaerentes (concludit Pontifex) Nos in Nostra Constitutione, quae incipit *Assiduae sollicitudinis* §. 7 ubi res est de Indulgentiis ipsius Ecclesiae Lateranensis, ita statuimus : Omnes ct singulas Indulgentias . . . quae *iamdudum,* ipsis Romanis Pontificibus *sci ntibus* et *consentientibus, publice* in eadem Ecclesia proponi consueverunt, etiamsi de illarum *primaeva concessione* certa monumenta nunc non appareant . . . approbamus et confirmamus, eidemque Basilicae *jerinde ac si* per praesentes *ex integro* ipsi concederentur, sine ulla contradictione competere declaramus atque decernimus ».

Huic innixus doctrinae, ait Consultori licet Gregorius XVI et Pius IX efficere non potuerint ut a Leone X datae sint indulgentiae, quae datae minime fuerint, potuerunt tamen efficere, ut eae revera, post sua rescripta, nunc obtineantur, ac si ab ipso Leone promanassent. Etenim de indulgentia agitur, quae iam a tribus saeculis bona fide. colorato saltem titulo, authentica putabatur, iam post nova rescripta tacite atque implicite, scientibus et conseatientibus Romanis Pontificibus, tamquam ex integro instaurata censeri potest. Addidit autem rescripta Gregorii XVI et Pii IX esse *ipsius* directe indulgentiae seu privilegii benedicendi Rosaria cum indulgentia 500 dierum pro singulis *Pater* et *Ave* nova *ampliatio* adeoque nova concessio, ut legentibus patet.

Quoad secundum dubium quaesivit Consultor, *utrum ea indulgentia revocanda sit uti iniiscrefrt, seu ratione indiscretae concessionis;* censuitque respondendum: *Nigative.* Enimvero indulgentia revocari potest uti indiscreta, vel quia ex ipsa indiscretione ut notat Benedictus XIV de indulgentiis *inillewrrum* annorum loc, cit. n. VIII satis apparet, eam non esse authenticam ; vel quia,

licet authentica, tamen iuxta praesentem praxim ad iustam disciplinae moderationem componenda, temperan da, ac revocanda videretur. Atqui ex neutro capite indulgentia haec revocari potest uti indiscreta: non ex primo, eo ipso quod probata est eius authenticitas et quod non de indulgentia millenorum annorum, sed de indulgentia agitur 500 dierum ; atque hoc ipso neque ex altero capite, quia revera indiscreta dici nullatenus potest, licet sane non exigua sit indulgentia 500 dierum pro singulis *Pa ter vel Ave,* et quidem etiamsi non integrum Rosarium recitetur, ut sonant verba Leonis, qui indulgentiam largitur non quidem recitantibus Rosarium, sed simpliciter *On-ti n-m D >minimam vel Salutationem Angelicam devote di entibus.*

Et quamvis, ait Consultor, spectato praesenti usu ea indulgentia p ri tria fronte aliquantum indiscreta videri possit, quae non videbatur tempore Leonis X, tamen inde sequitur quidem, similem novam concessionem suadendam nunc forte non esse non vero praeteritam concessionem, ac si esset omnino indiscreta, esse revocandam: secus plurimae antiquiores indulgentiae revocandae forent. Deinde adiecit, etiam recentiori tempore Gregorii XVI et Pii IX iudicio, eam indulgentiam nullatenus uti indiscretam habitam fuisse, quum potius sin minus intensive, saltem extensive eam ampliarint. Et insuper certum est recentiori tempore similes indulgentias concessas fuisse, atque adeo etiam ampliores, quae pariter in plurimos annos ex brevium precum repetitione facile excrescunt: ex. gr. 100 dierum indulgentia, ut alias quam plurimas praetereatn, conceditur toties quoties devote dicatur, *Gesù mio, misericordia.* Iamvero millies eo [Ut; amplius in die s. Leonardus a Portu Mauritio ea verba, ut pia cordis suspiria, repetebat.

Animadvei tit insuper hanc indulgentiam esse per se etiam privilegium seu specialem gratiam Ordini Crucis concessam, quod profecto sine ulla indiscretionis nota aliquid supra communem modum et mensuram importat. Scilicet haec indulgentia non est generalis omnino atque communis omnibus fidelibus, prout sunt indulgentiae illae 100 dierum, quam in exemplum ttulimus; neque generatim simplici recitationi Orationis Dominicae vel Salutationis Angelicae pro omnibus adnexa est, sed indulgentia est specialis pro iis qui ad hoc Rosariis, a Magistro Ordinis Crucis, vel ab eo delegatis, singulari Apostolicae Sedis privilegio, benedictis utantur.

Et ideo concludebat consultor: ex dictis, sive prout est communis indulgentia, sive prout est specialis u rati a Ordini Crucis con*

cessa, sive. pro tempore Leonis X sive pro nostro tempore, sive in se absolute sive comparate ad alias spectetur, manifeste discreta apparet.

QUOAD TERTIUM DUBIUM, idest, *utram ea Indulgentia revocanda sit ob alias rationes extrínsecas:* censuit consultor pariter esse respondendum: *Negative.* Etenim quum ea indulgentia authentica sit atque omnino discreta, adeoque ob rationem *intrinsecam* revocari non possit, gravissimae sane requirerentur rationes *extrinsecae,* ut nihilominus revocaretur. At vero afferri ne possunt aut abusus qui abrogationem, ut poenam mereantur, aut graves convenientiae rationes, quae abrogationem suadeant non quidem ut poenam, sed ut disciplinarem innovationem, magis congruam praesenti circa indulgentias disciplinae? Nihil sane huiusmodi alicuius momenti allatum est vel afferri potest.

Aliquis, ait Consultor, dicet: latam viam sternere posse abusibus et scandalis ipsam huius indulgentiae propagationem, quae crescit in dies ; nam per totum orbem rosaria a crucigeris benedicta diffunduntur, dum haec benedictio antea paucis innotuerat. Et ideo licet intensive et intrinsece non esset indiscreta, admodum inter fideles diffusa, iam extensive et extrinsece indiscreta dici po^se videretur.

Cui offensioni respondit consultor: utinam huiusmodi essent abusus omnes, cuiusmodi est tanta haec ab aliquot annis Rosariorum propagatio atque diffusio ! Certe ad hanc propagationem augendam Gregorius XVI' et Pius IX Generali Ordinis Magistro concisserunt, ut personalem Rosaria benedicendi facultatem nonnullis aliis Crucigeris subdelegaret, atque haec est ratio sancti huius usus (absit ut abusum appellem) ratio prima atque praecipua.

Ast, dicitur, abusus verificatur ex bona fide vel ignorantia populi : plures enim Crucigeris benedicenda deferunt Rosaria iam consuetis indulgentiis ss. Rosarii vel etiam s. Birgittae ditata. Ac bona fide putant una eademque recitatione omnes simul indulgentias se posse lucrari, scilicet pro singulis *Pater* et *Ave* 100 dies ex communi ss. Rosarii indulgentia, alios praeterea .100 dies ex indulgentia s. Birgittae, et 500 dies ex addita Crucigerorum indulgentia. Hac in parte, ait Consultor, subrepere potest error: sed quid inde? erit ne abroganda indulgentia Crucigerorum? Ipsi enim ut fertur, data occasione, verbo et scriptis student ex hominum mente depellere opinionem de indulgentiarum accumulatione, iuxta responsum S. Congregationis Indulgentiarum diei 12 Ian. 1878. (1)

(1) Recole Vol. X pag, L«3 - Vol. XI pag. 152 ad I dubium.

Aliquis autem dicet: timendum est ne devotio erga rosarium s Dominici minuatur, dum facilius et numero maiores acquirantur indulgentiae in rosariis (Jrucigerorum. Ergone, quaesivit Consultor, abroganda erit istorum indulgentia? Tunc simili ratione abrogandae essent indulgentiae concessae Sodalibus caerulei scapularis, sexies recitantibus *Pater* et *Ave,* et alia abroganda essent scapularia ne devotio tepescat erga antiquissimum primumque B. Virginis a Monte Carmelo ! Ast praeterea dicam hoc deesse periculum : nam rosaría s. Dominici annexas habent plures indulgentias partiales, et plenarias, ac privilegia ; quibus per se carent Crucigerorum Rosaria Ex [.edit vero ut adsit modus facilior lucrandi indulgentias pro illis qui quinque décades cum misteriorum memoria recitare quacumque ex causa nolint aut nequeant.

Ceterum licet per se ad Crucigerorum indulgentiae lucrandam non requiratur coronae totius recitatio, quemadmodum probabiliter neque in corona s. Birgittae requiritur, tamen eo ipso quod rosarium benedicitur et indulgentia impertitur fidelibus *Pater* vel *Ave* in rosario recitantibus, satis suaderi videtur rosarii integra recitatio. Experimento quidem compertum est indulgentiae Crucigerorum propagationem non ad minuendam, sed ad augendam rosarii recitationem profuisse: et ideo coronae illae plerumque ex petuntur, non quidem ut loco rosarii multae indulgentiae paucis *Pat er* et *Ave* devote recitatis acquirantur, sed potius ut eae indulgentiae stimulo sint acriori ut rosarium integrum vel tertia eius pars recitetur. Quamquam vero per accidens in nonnullis praxis recitandi Rosarii imminueretur, non ideo authentica haec indulgentia esset abroganda.

Incongruum videtur nonnullis quod unus tantum canonicorum regularium Ordo, huiusmodi habeat extraordinariam facultatem, ut solum eius Generalis, et illi, de suo Ordine, ab eo subdelegati, hanc annectere valeant rosariis indulgentiam. His Consultor respondit: etsi hic non agatur utrum aliis, praeter Crucígeros, haec facultas communicanda sit, sed utrum abroganda ; tamen non deesl casus, quo similia privilegia uni tantum Ordini sint concessa, sine ulla communicatione, quin odiosa dicantur.

Animadvertit tandem Consultor, quod ordo Crucigerorum, paul latim visus est hoc saeculo reviviscere ; praesertim post privilegii ampliationem a Gregorio XVI et Pio IX factam. Et re voca tic huius privilegii, quam maxime noceret ordini qui adhuc quatuoi

continetur domibus. (1) Omnibus fere temporalibus bonis, quibus olim Ordo praeditus erat, postremis etiam hisce temporibus spoliatus est ac ad veram paupertatem redactus : eccurnam spiritualibus etiam nunc bonis orbaretur? Eccurnam Ordo qui hac aetate, magis quam primaevo concessi privilegii tempore, pietate ac disciplina floret et bonum Christi odorem diffundit, privilegio suo privandus censere.tur? Eccurnam post pacificam quatuor fere saeculorum possessionem, nunc demum'e possesione sua exturbandus esset? Eccurnam fideles qui huius potissimum privilegii gratia Ordinem Crucigerorum ubivis agnoscere coeperunt, quique iam a pluribus annis Crucigerorum rosariis, Episcopis et Missionariis ubivis faventibus, devote utuntur, authentica hac Crucigerorum indulgentia, quae recenti praesertim tempore singulari Dei favore ac providentia propagata est, privandi censerentur? Nonne id in scandalum verteret fidelium? Nonne suspicionibus sive contra Ordinem, sive contra hanc aliasque indulgentias aditus aperiretur? Adsunt ne, praeter allatas, rationes quaedam, eaeque ut par est gravissimae quae privilegii et indulgentiae abrogationem suadeant? Imo vero omnia, natura rei, tempus, intrinsecae rationes atque extrinsecae, pro huius privilegii et indulgentiae confirmatione conspirant.

Quoad quartum dubium, nempe *utrum potius indulgentia rata Itabenda sit et confirmanda :* censuit Consultor respondendum esse : *Non indigere* : et requidem vera convenientius videtur, tum pro Ordine ipso tum pro s. Congregatione, quam directa privilegii et indulgentiae ratihabitio et confirmatio. Ut enim' s. Congregatio respondeat - *Non indigere* - necesse non est ut directo iudicio ratam habeat primitiva^ concessionis authenticitatem, quum, etiamsi alicui ea non videtur satis probata, authentica' certe Gregorii XVI et Pii IX rescripta, sufficiant, ut indulgentia nova confirmatione dicatur *non indigere.* Ordini vero Crucis honorabilius est responsum, *confirmatione non indigere,* quam si positivum confirmationis responsum daretur i; hoc enim post exorta dubia suspicionem creare posset, eam concessionem confirmatione indiguisse, qua ex dictis constat *n n indigere.*

Nisi forte confirmatione indigere putanda sit ob rationem a nemine quidem allatam, sed quae cum mihi sese obtulerit, ait consultor, eam dissimulare nullatenus velim. Sacra haec Congregatio

(1) Ex ordinibus Canonicorum regularium nunc supersunt Lateranenses, Praemonstratetíseé, et Crucigeri.

ah eius institutione anno decimo, scilicet die 7 Martii 1678, decreto suo de indulgentiis apocryphis, post plures abolitas nominatim indulgentias, generatim concludit. - Ac demum omnes Indulgentias concessas *ante Decretum démentis VIII,* latum die 9 Ianuarii 1597 *coronis, rosariis,* granis, seu calculis, crucibus et imaginibus sacris . . . *nisi fuerint deinde Romani Pontificis auctoritate innoratae et confirmatae* nullius esse roboris et momenti pariter declarat. Atqui concessio Leonina coronis et rosariis a Magistro generali Ordinis Crucis benedictis anterior est decreto Clementis VIII. Innovata ne fuit deinde ac confirmata? sin minus, confirmatione indigeret. At licet directis documentis probari non possit decreto sacrae Congregationis eo tempore satisfactum fuisse, respondit primum concessionem Leoninam eo ipso quod *personale* erat privilegium, decreto die 7 Martii 1678 non comprehendi, quemadmodum s. Congregatio respondit non comprehendi in decreto 14 Apr. 1856, ob eamdem rationem ab alio consultore allatam, quod scilicet decretum *personales* indulgentiarum concessiones, non autem *jiersonales facultates* respiciat : respondit secundo, quod licet forte sive ex ignorantia decreti, sive ex erronea eiusdem interpretatione, sive quacumque ex causa ea concessio non fuisset tunc explicite confirmata, attamen confirmata deinde saltem implicite fuit Gregorii XVI. et Pii IX rescriptis. - Ceterum retinuit Consultor, eam neque tunc confirmatione indiguisse, neque nunc nova confirmatione indigere.

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISIT.

DECRETUM

S. R. et Universalis Inquisitionis *in una Bembayen.* die 21 f ebrnarii super examine praemittendo conditionatae Baptismatis *lUïaUoai.*

Q. Utrum, quando post diligentem indagationem de valore baptismi a Ministro haeretico collati nihil constiterit, nisi ministellum baptizantem pertinuisse ad sectam Anglicanam, cuius Rituale

validam praescribit materiam et formam, îioc factum sufficiat ac! praesumendam baptismi validitatem, ita ut ad licite conferendum baptisma conditionatum speciali argumento probari debeat eius invaliditas, an vero praesumi debeat invaliditas baptismi a tali ministello collati, ita ut Sacerdos in tali casu conditionate rebaptizans irregularitatem non incurrat:

Responsum - In congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita coram Eminentissimis et Reverendissimis Dominis S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus, in rebus fidei generalibus Inquisitoribus, propositis dubiis, iidem Emi et Rmi Domini, praehabito voto DD. Consultorum, decreverunt respondendum prout sequitur, idest: Detur Decretum *in Romana* fer, IV. 20 Novembris 1878; quoad irregularitatem vero, iuxta exposita non fuisse incursam. Decretum autem feriae IV. 20 Novembris 1878, hoc est scilicet: proposito dubio, utrum conferri debeat baptismus sub conditione haereticis qui ad Catholicam fidem convertuntur ex quocumque loco proveniant, et ad quamcumque sectam pertineant. — Eminentissimi responderunt: Negative; sed in conversione haereticorum a quocumque loco vel a quacumque secta venerint, inquirendum est de validitate Baptismi, in haeresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si compertum fuerit, aut nullum aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute: si autem pro temporum aut locorum ratione, investigatione peracta, nihil sive pro validitate, sive pro invaliditate detegatur, aut adhuc probabile dubium de baptismi validitate supersit, tunc sub conditione secreto baptizentur; demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abiurationem et professionem fidei.

EPÌSTOLA ENCYCLICA SSmi D. N. LEONIS XIII quoad sectam Massonum.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Humanum genus, postea quam a creatore, munerumque caelestium largitore Deo, *inoidio, Diaboli,* miserrime defecit, in. partes duas diversas adversasque discessit ; quarum altera assidue pro veritate et virtute propugnat, altera pro iis, quae virtuti sunt veritatique contraria. - Alterum Dei est in terris regnum, vera scilicet Iesu Christi Ecclesia, cui qui volunt ex animo et convenienter ad salutem adhaerescere, necesse est Deo et Unigenito Filio eius tota tuente ac summa voluntate servire: alterum Satanae est regnum, cuius inditione et potestate sunt quicumque funesta ducis sui et primorum parentum exempla secuti, parere divinae aeternaeque legi recusant, et multa posthabito Deo, multa contra Deum contendunt. Duplex hoc regnum, duarum instar civitatum contrariis legibus contraria in studia abeuntiuni, acute vidit descripsitque Augustinus, et utriusque efficientem caussam subtili brevitate complexus est, iis verbis: *je'erant civitates duas amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Di: caelestem vero amor Dei usque ad ontemptuin sui* (1). **- Vario ac multiplici cum armorum tum dimicationis genere altera adversus alteram omni saeculorum aetate conflixit, quamquam non eodem semper ardore atque impetu. Hoc autem tempore, qui detérioribus favent partibus videntur simul conspirare vehementissimeque cuncti contendere, auctore et adiutrice ea, quam *Mass mum* appellant, longe lateque diffusa et firmiter constituta hominum societate. Nihil enim iam dissimulantes consilia sua, excitant sese adversus Dei numen audacissime: Ecclesiae sanctae perniciem palam aperteque moliuntur, idque eo proposito, ut gentes christianas partis per Iesum Christum Servatorem beneficiis, si fieri posset, funditus despolient. - Quibus Nos ingemiscentes malis, illud saepe ad Deum clamare, urgente animum caritate, compellimur: *E ce inimici tui sonuerunt, ''t qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum uum mali-***

ci) *De Civit. Dei* Lib. XIV, c. 17.

gnaverunt consilium : et cogitaverunt adversus sanet s tuos. Li xerunt: venite, et disperdamus eos de gente (1).

In tam praesenti discrimine, in tam immani pertinaciqne christiani nominis oppugnatione, Nostrum est indicare periculum, designare adversarios, horumque consiliis atque artibus, quantum possumus, resistere ut aeternum ne pereant quorum Nobis est commissa salus: et Iesu Christi regnum, quod tuendum accepimus, non modo stet et permaneat integrum, sed novis usque incrementis ubique terrarum amplificetur.

Romani Pontifices Decessores Nostri, pro salute populi christiani sedulo vigilantes, hunc tam capitalem hostem ex occultae coniuraxionis tenebris prosjlientem, quis esset, quid vellet, celeriter agnoverunt; iidemque praecipientes cogitatione futura, principes simul et populos, signo velut dato, monuerunt ne se paratis ad decipiendum artibus insidiisque capi paterentur. - Prima significatio periculi per Clementem XII anno 1738 facta (2): cuius est a Benedicto XIV (3) confirmata ac renovata Constitutio. Utriusque vestigiis ingressus est Pius VII (4): ac Leo XII Constitutione Apostolica *u Quo graviora* » (5) superiorum Pontificum hac de re acta et decieta complexus, rata ac firma in perpetuum esse iussit. In eamdem sententiam Pius VIII, (6) Gregorius XVI (7), persaepe vero Pius IX 8) locuti sunt.

Videlicet cum sectae Massonicae institutum et ingenium compertum esset ex manifestis rerum indiciis, cognitione caussarum, prolatis in lucem legibus eius, ritibus, commentariis, ipsis saepe accedentibus testimoniis eorum qui essent conscii, haec Apostolica Sedes denuntiavit aperteque edixit, sectam Massonum, contra ius fasque constitutam, non minus esse christianae rei, quam civitati perniciosam: propositisque poenis, quibus solet Ecclesia gravius in sontes animadvertere, interdixit atque imperavit ne quis illi nomen societati daret. Qua ex re irati gregales, earum vim sententiarum subterfugere aut debilitare se posse partim contemnendo, partim calumniando rati, Pontifices maximos, qui ea decreverant, criminati sunt aut non iusta decrevisse, aut modum in decernendo tran-

(1) *Ps.* LXXXII, v. 2-4.

(2) Const. *In eminenti,* die 24 Aprilis 1738.

(3) Const. *Providas* , die 18 Maii 1751.

(4) Const. *Ecclesiam n Iesu Christo,* die 13 Septembris 1821.

(5) Const. data die 13 Martii 1825.

(5) Encyc. *Traditi,* die 21 Maii] 929.

(7) Encyc. *Mirari,* die 15 Angusti 1832.

(8) Encyc. *Qui pluribus,* die 9 Novem!). 184Ü. Alloc. *Multiplices inter,* die 25 Septem!). 1865, etc.

ftîsse. Huc sane ratione Constitutionum Apostolicarum Clementis XII, Benedicti XLV, itemque Pii VII et Pii IX conati sunt auctoritatem et pondus eludere. Verum in ipsa illa societate non defuere, qui vel inviti faterentur, quod erat a romanis Pontificibus factum, id esse spectata doctrina disciplinaque catholica, iure factum. In quo Pontificibus valde assentiri plui es viri principes rerumque publicarum rectores visi sunt, quibus curae fuit societatem Massonicam vel apud Apostolicam Sedem arguere, vel per se, latis in id legibus, noxae damnare, ut !« Hollandia, Austria, Helvetia, Hispania, Bavaria, Sabaudia aliisque Italiae partibus.

Quod tamen prae ceteris interest, prudentiam Decessorum Nostrorum rerum eventus comprobavit. Ipsorum enim providae paternaeque curae nec semper nec ubique optatos habuerunt exitus: idque vel hominum, qui in ea noxa essent, simulatione et astu, vel inconsiderata, levitale ceterorum, quorum maximeinterfuisset diligenter attendere. Quare unius saeculi dimidiatique spatio secta Massonum ad incrementa properavit opinione maiora ; inferendoque sese per audaciam et dolos in omnes reipublicae ordines, tantum iam posse coepit, ut prope dominari in civitatibus videatur. Ex hoc tam celeri formidolosoque cursu illa revera est in Ecclesiam, in potestatem principum, in salutem publicam pernicies consecuta, quam Decessores Nostri multo ante providerant. Eo enim perventum est, ut valde sit reliquo tempore metuendum non Ecclesiae quidem, quae longe firmius habet fundamentum, quam ut hominum opera labefactari queat, sed earum caussa civitatum, in quibus nimis polleat ea, de qua loquimur, aut aliae hominum sectae non absimiles, quae priori illi sese administras et satellites impertiunt.

His de caussis, ubi primum ad Ecclesiae gubernacula accessimus, vidimus planeque sensimus huic tanto malo resistere oppositu auctoritatis Nostrae, quoad fieri posset, oportere. - Sane opportunam saepius occasionem nacti, persecuti sumus praecipua quaedam doctrinarum capita, in quas Massonicarum opinionum influxisse maxime perversitas videbatur. Ita Litteris Nostris Encyclicis *u Quod A/r suolici muneris* **» aggressi sumus** *Socialistarûm* **et** *Communistarum* **portenta convincere : aliis deinceps** *a Arcanum* **» veram germanamque notionem societatis domesticae, cuius est in matrimonio fons et, origo, tuendam et explicandam curavimus: iis insuper, quarum initium est** *u Diuturnum* **», potestatis politicae formam ad principia christianae sapientiae expressam proposuimus, cum ipsa rerum natura, cum populorum principumque salute mirifice cohaerentem. Nunc autem, Decessorum Nostrorum exemplo, in**

Massonicam ipsam societatem, in doctrinam eius universam, et consilia, et sentiendi consuetudinem et agendi, animum recta intendere decrevimus, quo vis illius malefica magis magisque illustretur, idque valeat ad funestae pestis proliibenda contagia.

Variae sunt hominum sectae, quae quamquam nomine, ritu, forma, origine differentes, cum tamen communione quadam propositi summarumque sententiarum similitudine inter se contineantur, re congruunt cum secta Massonum, quae cuiusdam est instar centri unde abeunt et quo redeunt universae. Quae quamvis nunc nolle admodum videantur latere in tenebris, et suos agant coetus in luce oculisque civium, et suas edant ephemeridas, nihilominus tamen, re penitus perspecta, genus societatum clandestinarum moremque retinent. Plura quippe in iis sunt arcanis similia, quae non externos solum, sed gregales etiam bene multos exquisitissima diligentia celari lex est: cuiusmodi sunt intima atque ultima consilia, summi factionum principes, occulta quaedam et intestina conventícula: item decreta, et qua via, quibus auxiliis perficienda. Huc sane facit multiplex illud inter socios discrimen et iuris et officii et muneris: huc rata ordinum graduumque distinctio, et illa, qua reguntur, severitas disciplinae. Initiales spondere, immo praecipuo sacramento iurare ut plurimum iubentur, nemini se ullo unquam tempore ullo ve modo socios, notas, doctrinas indicaturos. Sic ementita specie eodemque semper tenore simulationis quam maxime Massones, ut olim Manichaei, laborant abdere sese, nullosque, praeter suos, habere testes. Latebras commodum quaerunt, sumpta sibi litteratorum sophorumve persona, eruditionis caussa sociatorum : habent in lingua promptum cultioris urbanitatis studium, tenuioris plebis caritatem: unice velle se meliores res multitudini quaerere, et quae habentur in civili societate commoda cum quamplurimis communicare. Quae quidem consilia quamvis vera essent, nequaquam tamen in istis omnia. Praeterea qui cooptati sunt, promittant ac recipiant necesse est, ducibus ac magistris se dicto audientes futuros cum obsequio fideque maxima : ad quemlibet eorum nutum significationemque paratos, imperata facturos; si secus fecerint, tum dira omnia ac mortem ipsam non recusare. Revera si qui prodidisse disciplinam, vel mandatis restitisse iudicentur, supplicium de iis non raro sumitur, et audacia quidem ac dexteritate tanta, ut speculatricem ac vindicem scelerum iustitiam sicarius persaepe fallat. - Atqui simulare, et velle in occulto latere; obligare sibi homines, tamquam mancipia, tenacissimo nexu, nec satis declarata caussa: alieno addictos arbitrio ad omne facinus adhibere: armare ad caedem dextras,

quaesita impunitate peccandi, immanitas quaedam est, quam rerum natura non patitur. Quapropter societatem, de qua loquimur, eum iustitia et naturali honestate pugnare, ratio et veritas ipsa convinci t.

Eo vel magis, quod ipsius naturam ab honestate dissidentem alia quoque argumenta eademque illustria redarguunt. Ut enim magna sit in hominibus astutia celandi eonsuetudoque mentiendi, fieri tamen non potest, ut unaquaeque caussa ex iis rebus, quarum caussa est, qualis in se sit non aliqua ratione appareat. *Non potest arbor bona mah s fructus facere ; neque arbor mala bonos fructus facere* (1). Fructus autem secta Massonum perniciosos gignit maximaque acerbitate, permixtos. Nam ex certissimis indiciis, quae supra commemoravimus, erumpit illud, quod est consiliorum suorum ultimum, scilicet evertere funditus omnem eam, quam instituta christiana pepererunt, disciplinam religionis reique publicae, novamque ad ingenium suum extruere, ductis e medio *Naturalismo* fundamentis et legibus.

Haec, quae diximus aut dicturi sumus, de secta Massonica intelligi oportet spectata in genere suo, et quatenus sibi cognatas ioederatasque complectitur societates: non autem de sectatoribus earum singulis. In quorum numero utique possunt esse, nec pauci, qui quamvis culpa non careant quod sese istius modi implicuerint societatibus, tamen nec sint flagitiose factorum per se ipsi participes, et illud ultimum ignorent quod illae nituntur adipisci. Similiter ex consociationibus ipsis nonnullae fortasse nequaquam probant conclusiones quasdam extremas, quas, cum ex principiis communibus necessario consequantur, consentaneum esset amplexari, nisi per se foeditate sua turpitudo ipsa deterreret. Item nonnullas locorum temporumve ratio suadet minora conari, quam aut ipsae vellent aut. ceterae solent: non idcirco tamen alienae a Massonico foedere putandae, quia Massonicum foedus non tam est ab actis perfectisque rebus, quam a sententiarum summa iudicandum.

Iamvero Naturalistarum caput est, quod nomine ipso satis declarant humanam naturam humanamque rationem cunctis in rebus magistram esse et principem oportere. Quo constituto, officia erga Deum vel minus curant, vel opinionibus pervertunt errantibus et vagis. Negant enim quicquam esse Deo auctore traditum : nullum probant de religione dogma, nihil veri, quod non hominum intelligo tia comprehendat, nullum magistrum, cui propter aucto-

(1) Matth. VII, 18.

ritate m officii sit iure credendum. Quoniam autem munus est Ecclesiae catholicae singulare sibique unice proprium doctrinas divinitus acceptas auctoritatemque magisterii cum ceteris ad salutem caelestibus adiumentis plene complecti et incorrupta integritate tueri, idcirco in ipsam maxima est inimicorum iracundia impetusque conversus. - Nunc vero in iis rebus, quae religionem attingunt, spectetur quid agat, praesertim ubi est ad agendi licentiam uberior, secta Massonum : omninoque iudicetur, nonne plane re exequi Naturalistarum decreta velle videatur. Longo sane pertinacique laboie in id datur opera, nihil ut Ecclesiae magisterium nihil auctoritas in civitate possit : ob eamque caussam vulgo praedicant et pugnant, rem sacram remque civilem esse penitus distrahendas. Quo facto saluberrimam religionis catholicae virtutem a legibus, ab administratione reipublicae excludunt: illudque est consequens, ut praeter instituta ac praecepta Ecclesiae totas constituendas putent civitates. - Nec vero non curare Ecclesiam, optimam ducem, satis habent, nisi hostiliter faciendo laeserint. Et sane fundamenta ipsa religionis catholicae adoriri fando, scribendo, docendo, impune licet: non iuribus Ecclesiae parcitur, non munera, quibus est divinitus aucta, salva sunt. Agendarum rerum facultas quam minima illi relinquitur, idque legibus specie quidem non nimis vim inferenti bus, re vera natis ad impediendam libertatem. Item impositas Clero videmus leges singulares et graves, multum ut ei de numero, multum de rebus necessariis in dies decedat: reliquias bonorum Ecclesiae maximis adstrictas vinculis, potestati et arbitrio administratorum reipublicae permissas : sodalitates ordinum religiosorum sublatas, dissipatas. - At vero in Sedem Apostolicam romanumque Pontificem longe est inimicorum incitata contentio. Is quidem primum fictis de caussis deturbatus est propugnaculo libertatis iurisque sui, rJ.incipatu civili: mox in statum compulsus iniquum simul et obiectis undique difficultatibus intolerabilem: donec ad haec tempora perventum est, quibus sectarum fautores, quod abscondite secum agitarant diu, aperte denunciant, sacram tollendam Pontificum potestatem, ipsumque divino iure institutum funditus delendum Pontificatum. Quam rem, si cetera deessent, satis indicat hominum qui conscii sunt testimonium, quorum plerique cum saepe alias, tum recenti memoria rursus hoc Massonum verum esse declararunt, velle eos maxime exercere catholicum nomen implacabilibus inimicitiis, nec ante quieturos, quam excisa omnia viderint, quaecumque summi Pontifices religionis caussa instituissent. - Quod si, qui adscribuntur in nu-iii^uD). nequaquam eiurare conceptis verbis instituta catholica iu-

bentur, id sane tantum abest, ut consiliis Massonum repugnet, ut potius adserviat. Primum enim simplices et incautos fadle decipiunt hac via, multoque pluribus invitamenta praebent. Tum vero obviis quibuslibet ex quovis religionis ritu accipiendis, hoc assequuntur, ut re ipsa suadeant magnum illum huius temporis errorem, religionis curam relinqui oportere in mediis, nec ullum esse inter genera discrimen. Quae quidem ratio comparata ad interitum est religionum omnium, nominatim ad catholicae, quae cum una ex omnibus vera sit, exaequari cum ceteris sine iniuria summa non potest.

Sed longius Naturalistae progrediuntur. In maximis enim rebus tota errare via audacter ingressi, praecipiti cursu ad extrema delabuntur, sive humanae imbecillitate naturae, sive consilio iustas superbiae poenas repetentis Dei. Ita fit, ut illis ne ea quidem certa et fixa permaneant, quae naturali lumine rationis perspiciuntur, qualia profecto illa sunt, Deum esse, animos hominum ab omni esse materiae concretione segregatus, eosdemque immortales. - Atqui secta Massonum ad hos ipsos scopulos non dissimili cursus errore adhaerescit. Quamvis enim Deum esse generatim profiteantur, id tamen non haerere in singulorum mentibus firma assensione iudicioque stabili constitutum, ipsi sibi sunt testes. Neque enim dissimulant, hanc de Deo quaestionem maximum apud ipsos esse fontem caussamque dissidii : immo non mediocrem hac ipsa de re constat extitisse inter eos proximo etiam tempore contentionem. E,e autem vera initiatis magnam secta licentiam dat, ut alterutrum liceat suo iure defendere, Deum esse, Deum nullum esse: et qui nullum esse praefracte contendant, tam facile initiantur, quam qui Deum esse opinantur quidem, sed de eo prava sentiunt, ut Pantheistae solent : quod nihil est aliud, quam divinae naturae absurdam quamdam speciem retinere, veritatem tollere. Quo everso infirmatove maximo fundamento, consequens est ut illa quoque vacillent, quae natura admonente cognoscuntur, cunctas res libera creatoris Dei voluntate extitisse: mundum providentia regi : nullum esse animorum interitum: huic, quae in terris agitur, hominum vitae successuram alteram eamque sempiternam.

His autem dilapsis, quae sunt tamquam naturae principia, ad cognitionem usumque praecipua, quales futuri sint privati pubblicique mores, facile apparet. - Silemus de virtutibus divinioribus, quas absque singulari Dei munere et dono nec exercere potest quisquam, nec consequi: quarum profecto necesse est nullum in iis vestigium reperiri, qui redemptionem generis humani, qui gratiam caelestem, qui sacramenta, adipiseendamque in caelis felicitatem pro

ignotis aspernantur. - De officiis loquimur, quae a naturali honestate ducuntur. Mundi enim opifex idemque providus gubernator Deus: lex aeterna naturalem ordinem conservari iubens, perturbari vetans: ultimus hominum finis multo excelsior rebus humanis extra haec mundana hospitia constitutus: hi fontes, haec principia sunt totius iustitiae et honestatis. Ea si tollantur, quod Naturalistae idemque Massones solent, continuo iusti et iniusti scientia ubi consistat, et quo se tueatur omnino non habebit. Et sane disciplina morum, quae Massonum familiae probatur unice, et qua informari adolescentem aetatem contendunt oportere, ea est quam et *civicam* nominant et *solutam* ac *liberam ;* scilicet in qua opinio nulla sit religionis inclusa. At vero quam inops illa sit, quam firmitatis expers, et ad omnem auram cupiditatum mobilis, satis ostenditur ex iis, qui partim iam apparent, poenitendis fructibus. Ubi enim regnare illa liberius coepit, demota loco institutione christiana, ibi celeriter deperire probi integrique mores: opinionum tetra portenta convaleceré : plenoque gradu audacia ascendere maleficiorum. Quod quidem vulgo conqueruntur et deplorant: idemque non pauci ex iis, qui minime vellent, perspicua veritate compulsi, haud raro testantur.

Praeterea, quoniam est hominum natura primi labe peccati inquinata, et ob hanc caussam multo ad vitia quam ad virtutes propensior, hoc omnino ad honestatem requiritur, cohibere motus animi túrbidos et appetitus obedientes rationi. In quo certamine despicientia saepissime adhibenda est rerum humanarum, maximique exhauriendi labores ac molestiae, quo suum semper teneat ratio victrix principatum. Verum Nutaralistae et Massones, nulla adhibita iis rebus fide, quas Deo auctore cognovimus, parentem generis humani negant deliquisse: proptereaque liberum arbitrium nihil *viribus attenuatum et inclinatum* (1) putant. Quin immo- exaggerantes naturae virtutem et excellentiam, in eaque principium et normam iustitiae unice collocantes, ne cogitare quidem possunt, ad sedandos illius impetus regendosque appetitus assidua contentione et summa opus esse constantia. Ex quo videmus vulgo suppeditari hominibus illecebras multas cupiditatum: ephemeridas commentariosque nulla nec temperantia nec verecundia : ludos scenicos ad licentiam insignes: argumenta artium ex iis, quas vocant *verismi,* legibus proterve quaesita : excogitata subtiliter vitae artificia delicatae et mollis: omnia denique conquisita voluptatum blandimenta,

(1) Conc. Trid. Sess. VI, *Be Tustif,* c. 1.

quibus sopita virtus conniveat. In quo flagitiose faciunt, sed sibi admodum constant, qui expectationem tollunt bonorum caelestium, omnemque ad res mortales felicitatem abiiciunt et quasi demergunt n terram. - Quae autem commemorata sunt illud confirmare potest non tam re, quam dictu inopinatum. Cum enim hominibus versutis et callidis nemo tere soleat tam obnoxie servire, quam quorum est cupiditatum dominatu enervatus et fractus animus, reperti in secta Massonum sunt, qui edicerent ac proponerent, consilio et arte enitendum ut infinita vitiorum licentia exsaturetur multitudo : hoc enim facto, in potestate sibi et arbitrio ad quaelibet audenda facile futuram.

Quod ad convictum attinet domesticum, his fere continetur omnis Naturalistarum disciplina. Matrimonium ad negotiorum contrahendorum pertinere genus: rescindi ad voluntatem eorum, qui contraxerint, iure posse : penes gubernatores rei civilis esse in maritale vinclum potestatem. In educandis liberis nihil de religione praecipiatur ex certa destinataque sententia: integrum singulis esto, cum adoleverit aetas, quod maluerint sequi. - Atqui haec ipsa assentiuntur plane Massones: neque assentiuntur solum, sed iamdiu student in morem consuetudinemque deducere. Multis iam in regionibus, iisdemque catholici nominis, constitutum est ut, praeter coniunctas ritu civili, iustae ne habeantur nuptiae: alibi divortia fieri, lege licet: alibi, ut quamprimum liceat, datur opera. Ita ad illud lestinat cursus, ut matrimonia in aliam naturam convertantur, hoc est in coniunctiones instabiles et rluxas, quas libido conglutinet, et eadem mutata dissolvat. - Summa autem conspiratione voluntatum illuc etiam spectat secta Massonum, ut institutionem ad se rapiat adolescentium. Mollem enim et flexibilem aetatem facile se posse sentiunt arbitratu suo fingere, et, quo velint, torquere: eaque re nihil esse opportunius ad sobolem civium, qualem ipsi meditantur, talem reipublicae educendam. Quocirca in educatione doctrinaque puerili nullas Ecclesiae ministris nec magisterii nec vigilantiae sinunt esse partes: pluribusque iam locis consecuti sunt, ut omnis sit penes viros laicos adolescentium institutio: itemque ut in mores informandos nihil admisceatur de iis, quae hominem iungunt Deo, permagnis sanctissiinisque officiis.

Sequuntur civilis decreta prudentiae. Quo in genere statuunt Naturalistae, homines eodem esse iure omnes, et aequa ac pari in omnes partes conditione: unumquemque esse natura liberum: imperandi alteri ius habere neminem: velle autem, ut homines cuiusquam auctoritati pareant, aliunde quam ex ipsis quaesitae, id qui-

dem esse vim inferre. Omnia igitur in libero populo esse: imperium iussu vel concessu populi teneri, ita quidem, ut, mutata voluntate populari, principes de gradu deiici vel invitos liceat. Fontem omnium iurium officiorumque civilium vel in multitudine inesse, vel in potestate gubernante civitatem, eaque novissimis informata disciplinis. Praeterea atheam esse rempublicam oportere: in variis religionis formis nullam esse caussam, cur alia alii anteponatur: eodem omnes loco habendas.

Haec autem ipsa Massonibus aeque placere, et ad hanc similitudinem atque exemplar velle eos constituere res publicas, plus est cognitum, quam ut demonstrari oporteat. Iamdiu quippe omnibus viribus atque opibus id aperte moliuntur: et hoc ipso expediunt viam audacioribus non paucis ad peiora precipitanti bus, ut qui aequationem cogitant communionemque omnium bonorum, deleto ordinum et fortunarum in civitate discrimine.

Secta igitur Massonum quid sit, et quod iter affectet ex his quae summatim attigimus, satis elucet. Praecipua ipsorum dogmata tam valde a ratione ac tam manifesto discrepant, ut nihil possit esse perversius. Religionem et Ecclesiam, quam. Deus ipse condidit, idemque ad immortalitatem tuetur, velle demoliri, moresque et instituta ethnicorum duodeviginti saeculorum intervallo revocare, insignis stultitiae est impietatisque audacissimae. Neque illud vel horribile minus, vel levius ferendum, quod beneficia repudientur per Iesum Christum benigne parta neque hominibus solum singulis, sed vel familia vel communitate civili consociatis; quae beneficia ipso habentur inimicorum iudicio testimonioque maxima. In huiusmodi voluntate ve.-ana et tetra recognosci propemodum videtur posse illud ipsum, quo Satanas in Iesum Christum ardet, inexpiabile odium ulciscendique libido. - Similiter illud alterum, quod Massones vehementer conantur, recti atque honesti praecipue fundam enta evertere, adiutoresque se praebere iis, qui more pecudum quodcumque libeat, idem licere vellent, nihil est aliud quam genus humanum cum ignominia et dedecore ad interitum impellere. - Augent vero malum ea, quae in societatem cum domesticam tum civilem intenduntur pericula. Quod enim alias exposuimus, inest in matrimonio sacrum et religiosum quiddam omnium fere et gentium et aetatum consensu: divina autem lege cautum esse, ne coniugia dirimi liceat. Ea si profana fiant, si distrahi liceat, consequatur in familia necesse est turba et confusio, excidentibus de dignitate feminis, incerta rerum suarum incolumitatisque sobole- - Curam vero de religione pub'ice adhibere nullam, et in rebus civicis ordinan-

dis, gerendis, Deum nihilo magis respicere, quam si omnino non esset, temeritas est ipsis ethnicis inaudita; quorum in animo sensuque erat sic penitus affixa non solum opinio Deorum, sed religionis publicae necessitas, ut inveniri urbem facilius sine solo, quam sine Deo posse arbitrarentur. Revera humani generis societas, ad quam sumus natura facti, a Deo constituta est naturae parente : ab eoque tamquam a principio et fonte tota vis et perennitas manat innumerabilium, quibus illa abundat, bonorum. Igitur quemadmodum singuli pie Deum sancteque colere ipsa naturae voce admonemur, propterea quod vitam et bona quae comitantur vitae a Deo accepimus, sic eamdem ob caussam populi et civitates. Idcirco qui solutam omni religionis officio civilem communitatem volunt, perspicuum est non iniuste solum, sed etiam indocte absurdeque facere. Quod vero homines ad coniunctionem congregationemque civilem Dei voluntate nascuntur, et potestas imperandi vinculum est civilis societatis tam necessarium ut, eo sublato, illam repente disrumpi necesse sit, consequens est ut imperandi auctoritatem idem gignat, qui genuit societatem. Ex quo intelligitur, imperium in quo sit, quicumque is est, ministrum esse Dei. Quapropter, quatenus finis et natura societatis humanae postulant, legitimae potestati iusta praecipienti aequum est parere perinde ac numini omnia moderantes Dei : illudque in primis a veritate abhorret, in populi esse voluntate positum obedientiam, cum libitum fuerit, abiicere. - Similiter, pares inter se homines esse universos, nemo dubitat, si genus et natura communis, si finis ultimus unicuique ad assequendum propositus, si ea, quae inde sponte fluunt, iura et officia spectentur. At vero quia ingenia omnium paria esse non possunt, et alius ab alio distat vel animi vel corporis viribus, plurimaeque sunt morum, voluntatis, naturarum dissimilitudines, idcirco nihil tam est repugnans rationi, quam una velle comprehensione omnia complecti, et illam omnibus partibus expletam aequabilitatem ad vitae civilis instituta traducere. Quemadmodum perfectus corporis habitus ex diversorum existit iunctura et compositione membrorum, quae forma usuque differunt, compacta tamen et suis distributa locis complexionem efficiunt pulcram specie, firmam viribus, utilitate necessariam: ita in republica hominum quasi partium infinita propemodum est dissimilitudo : qui si habeantur pares arbitriumque singuli suum sequantur, species erit civitatis nulla deformior : si vero dignitatis, studiorum, artium distinctis gradibus, apte ad commune bonum conspirent, bene constitutae civitatis imaginem refei ent congruentemque naturas

Ceterum ex iis, quos commemoravimus, turbulentis erroribus, maximae sunt civitatibus extimescendae formidines. Nam. sublato Dei metu legumque divinarum verecundia, despecta principum au« ctoritate, permissa probataque seditionum libidine, proiectis ad licentiam cupiditatibus popularibus, nullo nisi poenarum freno, necessario secutura est rerum omnium commutatio et eversio. Hanc immo commutationem eversionemque consulto meditantur, idque prae se ferunt, plurimi *Communi sta ram* et *Sociali stai'um* consociati greges: quorum coeptis alienam ne se dixerit secta Massonum, quae et consiliis eorum admodum favet, et summa sententiarum capita cum ipsis habet communia. Quod si nec continuo nec ubique ad extrema experiendo decurrunt, non ipsorum est disciplinae, non voluntati tribuendum, sed virtuti religionis divinae, quae extingui non potest, itemque saniori hominum parti, qui societatum clandestinarum recusantes servitutem, insanos earum conatus forti animo réfutant.

Atque utinam omnes stirpem ex fructibus iudicarent, et malorum quae premunt, periculorum quae impendent, semen et initium agnoscerent! Ees est cum hoste fallaci et doloso, qui serviens auribus populorum et principum, utrosque mollibus sententiis et assentatone cepit. - Insinuando sese ad viros principes simulatione amicitiae, hoc spectarunt Massones, illos ipsos habere ad opprimendu u catholicum nomen socios et adiutores potentes: quibus quo maiores admoverent stimulos, pervicaci calumnia Ecclesiam criminati sunt de potestate iuribusque regiis cum principibus invidiose contendere. His interim artibus quaesita securitate et audacia, plurimum pollere in regendis civitatibus coeperunt, ceterum parati imperiorum fundamenta quatere,et insequi principes civitatis, insimulare, eiicere, quoties facere secus in gubernando viderentur, quam illi maluissent. - Haud absimili modo populos assentando ludiíicati sunt. Libertatem prosperitatemque publicam pleno ore personantes, et per Ecclesiam Prineipesque summos stetisse, quominus ex iniqua servitute et egestate multitudo eriperetur, populo imposuerunt, eumque rerum novarum sollicita tum siti in oppugnationem utriusque potestatis incitaverunt. Nihilominus tamen speratarum commoditatum maior est expectatio, quam veritas: immo vero peius oppressa plebes magnani partem iis ipsis carere cogitur miseriarum solatiis, quae, compositis ad christiana instituta rebus, facile et abunde reperire potuisset. Sed quotquot contra ordinem nituntur divina providentia constitutum, has dare solent superbiae

poenas, ut ibi afflictam et miseram offendant fortunam, unde prosperam et ad vota fluentem temere expectavissent.

Ecclesia vero, quod homines obedire praecipue et maxime iubet summo omnium principi Deo, iniuria et falso putaretur aut civili invidere potestati, aut sibi quicquam de iure principum arrogare. Immo quod civili potestati aequum est reddere, id plane iudicio conscientiaque officii decernit esse reddendum. Quod vero ab ipso Deo ius arcessit imperandi, magna est ad civilem auctoritatem dignitatis accessio, et observantiae benevolentiaeque civium colligendae adiumentum non exiguum. Eadem amica pacis, altrix concordiae, materna omnes caritate complectitur ; et iuvandis mortalibus unice intenta, iustitiam oportere docet cum clementia, imperium cum aequitate, leges cum moderatione coniungere : nullius ius violandum, ordini tranquillità tique publicae serviendum, inopiam miserorum, quam maxime fieri potest, privatim et publice sublevandam. *Sed propterea pat, nt,* ut verba usurpemus Augustini, *vel putari volunt, christianam doi trinam utilitati non c ncenire reipublicae, quia nolunt stare rempublicam firmitate virtutum, sed impunita te vitiorum* (1). Quibus cognitis, hoc esset civili prudentiae admodum congruens, et incolumitati communi necessarium principes et populos non cum Massonibus ad labefactandam Ecclesiam, sed cum Ecclesia ad frangendos Massonum impetus conspirare.

Utcumque erit, in hoc tam gravi ac nimis iam pervagato malo Nostrarum est partium, Venerabiles Fratres, applicare animum ad quaerenda remedia. - Quia vero spem remedii optimam et firmissimam intelligimus esse in virtute sitam religionis divinae, quam tanto peius Massones oderunt, quanto magis pertimescunt, ideo caput esse censemus saluberrimam istam adversus communem hostem advocatam adhibere virtutem. Itaque quaecumque romani Pontifices Decessores Nostri decreverunt inceptis et conatibus sectae Massonum impediendis: quaecumque aut deterrendi ab eiusmodi societatibus aut revocandi caussa sanxerunt, omnia Nos et singula rata habemus atque auctoritate Nostra Apostolica confirmamus. In quo quidem plurimum voluntate christianorum confisi, per salutem singulos suam precamur quaesumusque, ut religioni habeant vel minimum ab iis discedere, quae hac de re Sedes Apostolica praeceperit.

Vos autem, Venerabiles Fratres, rogamus, flagitamus, ut collata Nobiscum opera, extirpare impuram hanc luem quae serpit per

(1) *Epist.* CXXXVII, al. III, ad VolusianuM c. V, n. 20.

omnes reipublicae venas, enixe studeatis. Tuenda Vobis est gloria Dei, salus proximorum: quibus rebus in dimicando propositis, non animus Vos, non fortitudo deficiet. Erit prudentiae vestrae iudicare, quibus potissimum rationibus ea, quae obsta bunt et impedient, eluetanda videantur. - Sed quoniam pio auctoritate officii Nostri par est probabilem aliquam rei gerendae rationem Nosmetipsos demonstrare, sic statuite, primum omnium reddendam Massonibus esse suam, dempta persona, faciem: populosque sermone et datis etiam in id Litteris episcopalibus edocendos, quae sint societatum eius generis in blandiendo alliciendoque artificia, et in opinionibus pravitas, et in actionibus turpitudo. Quod pluries Decessores Nostri confirmarunt, nomen sectae Massonum dare nemo sibi quapiam de caussa licere putet, si catholica professio et salus sua tanti apud eum sit, quanti esse debet. Ne quem honestas assimulata decipiat: potest enim quibusdam videri nihil postulare Massones, quod aperte sit religionis morumve sanctitati contrarium : verumtamen quia sectae ipsius tota in vitio flagitioque est et ratio et caussa, congregare se cum eis, eosve quoquo modo iuvare, rectum est non licere.

Deinde assiduitate dicendi hortandique pertrahere multitudinem oportet ad praecepta religionis diligenter addiscenda : cuius rei gratia valde suademus, ut scriptis et concionibus tempestivis elementa rerum sanctissimarum explanentur, quibus christiana philosophia continetur. Quod illuc pertinet, ut mentes hominum eruditione sanentur et contra multiplices errorum formas et varia invitamenta vitiorum muniantur in hac praesertim et scribendi licentia et inexhausta aviditate discendi. - Magnum sane opus: in quo tamen particeps et socius laborum vestrorum praecipue futurus est Clerus, si fuerit, Vobis adnitentibus, a disciplina vitae, a scientia litterarum probe instructus. Verum tam honesta caussa tamque gravis advocatam desiderat industriam virorum laicorum, qui religionis et patriae caritatem cum probitate doctrinaque coniungant. Consociatis utriusque ordinis viribus, date operam, Venerabiles Fratres, ut Ecclesiam penitus et cognoscant homines et caram habeant : eius enim quanto cognitio fuerit amorque maior, tanto futurum maius est societatum cìandestinarum fastidium et fuga. - Quocirca non sine caussa idoneam hanc occasionem nacti, renovamus illud quod alias exposuimus, Ordinem Tertium Franciscalium, cuius paullo ante temperavimus prudenti lenitate disciplinam, perquam studiose propagare tuerique oportere. Eius enim, ut est ab auctore suo constitutus, haec tota est ratio, vocare homines ad imitationem Iesu Christi, ad amorem Ecclesiae, ad omnia virtutum christianarum

ufficia : propterea que multum posse debet aa societatum nequissimarum supprimendam contagionem. Novetur itaque quotidianis incrementis isthaec sancta sodalitas, unde cum multi expectari possunt fructus, tum ille egregius, ut traducantur animi ad libertatem, ad fraternitatem, ad aequalitatem iuris: non qualia Massones absurde cogitant, sed qualia et Iesus Christus humano generi comparavit et Franciscus secutus est. Libertatem *dicimus ßlio/'um DPÛ* per quam nec Satanae, nec cupiditatibus, improbissimis dominis, serviamus: fraternitatem, cuius in Deo communi omnium procreatore et parente consistat origo: aequalitatem, quae iustitiae caritatisque constituta fundamentis, non omnia tollat inter homines discrimina, sed ex vitae, officiorum, studiorumque varietate mirum illum consensum efficiat et quasi concentum, qui natura ad utilitatem pertinet dignitatemque civilem.

Tertio loco una quaedam res est, a maioribus sapienter instituta, eademque temporum cursu intermissa, quae tamquam exemplar et forma ad simile aliquid valere in praesentia potest. - Scholas seu collegia opificum intelligimus, rebus simul et moribus duc» religione, tutandis. Quorum collegiorum utilitatem si maiores no* stri diuturni temporis usu et periclitatione senserunt, sentiet fortasse magis aetas nostra, propterea quod singularem habent pid elidendas sectarum vires opportunitatem. Qui mercede manuum inopiam tolerant, praeterquam quod ipsa eorum conditione i ni ex omnibus sunt caritate solacioque dignissimi maxime praetei a patent illecebris grassantium per fraudes et dolos. Quai e iuvandi ¿uiit maiore qua potest benignitate, et invitandi ad societates hon stas, ne pertrahantur ad turpes. Huius rei caussa collegia illa magnopere vellemus auspiciis patrocini oque Episcoporum convenienter temporibus ad salutem plebis passim restituta. Nec mediocriter Nos delectat, quod pluribus iam locis sodalitates eiusmodi, itemque coetus patronorum constituti sint: quibus propositum utrisque es*t honestam proletariorum classem iuvare, eorum liberos, familias, praesidio et custodia tegere, in eisque pietatis studia, religionis doctrinam, cum integritate morum tueri. - In quo genere silere hac loco nolumus illam spectaculo exemploque insignem, de populo inferioris ordinis tam praeclare meritam societatem, quae a Vincentio patre nominatur. Cognitum est quid agat, quid Velit : scilicet tota in hoc est, ut egentibus et calamitosis suppetias eat ultro, idque sagacitate modestiaque mirabili : quae quo minus videri vult, eo est ad caritatem christianam melior, ad miseriarum levamen opportunior.

Quarto loco, quo facilius id quod volumus assequantur, fidei

vigiliaeque vestrae maiorem in modum commendamus iuveni..*—.4, ut quae spes est societatis humanae. - Partem curarum vestrarum in eius institutione maximam ponite: nec providentiam putetis ullam fore tantam, quin sit adhibenda maior, ut iis adolescens aetas prohibeatur et scholis et magistris, unde pestilens sectarum afflatus metuatur. Parentes, magistri pietatis, Curiones inter christianae doctrinae praeceptiones insistant, Vobis auctoribus, opportune commonere liberos et alumnos de eiusmodi societatum flagitiosa natura, et ut mature cavere discant artes fraudulentas et varias, quas earum propagatores usurpare ad illaqueandos homines consueverunt. Imiiio qui adolescentulus ad sacra percipienda rite erudiunt, non inepte fecerint, si adducant singulos ut statuant ac recipiant, inscienti bus parentibus, aut non auctore vel Curione vel conscientiae iudice, nulla se unquam societate obligaturos.

Verum probe intelligimus, communes labores nostros evellendis his agro Dominico perniciosis seminibus haudquaquam pares futuros, nisi caelestis dominus vineae ad id quod intendimus benigne adiuvent. - Igitur eius opem auxiliumque implorare necesse est studio vehementi ac sollicito, quale et quantum vis periculi et magnitudo necessitatis requirunt. Effert se insolenter, successu gestiens, secta Massonum, nec ullum iam videtur pertinaciae factura modum. As eclae eius universi nefario quodam foedere et occulta consiliorum communitate iuncti operam sibi mutuam tribuunt, et alteri alteros ad rerum malarum excitant audaciam. Oppugnatio tani vehemens propugnationem postulat parem : nimirum boni omnes amplissimam quamdam coeant opus est et agendi societateai et precandi. Ab eis itaque petimus, ut concordibus animis contra progredientem sectarum vim conferti immotique consistant: iidemque multum gementes tendant Deo manus supplices, ab eoque contendant, ut christianum floreat vigeatque nomen: necessaria libertate Ecclesia potiatur: redeant ad sanitatem devii : errores veritati, vitia virtuti aliquando concedant. - Adiutricem et interpretem adhibeamus MARIAM Virginem matrem Dei, ut quae a conceptu ipso Satanam vicit, eadem se impertiat improbarum sectarum potentem, in quibus perspicuum est contumaces illos mali daemonis spiritus cum indomita perfidia et simulatione reviviscere. - Obtestemur principem Angelorum caelestium, depulsoreni hostium infernorum, MICHAELEM : item IOSEPHUM Virginis sanctissimae sponsum, Ecclesiae catholicae patronum caelestem salutarem: PETRUM et PAULLUM Apostolos magnos, fidei christianae satores et vindices invictos. Horum patrocinio et communium perseverantia precum futurum confidimus

ut eoniecto in tot discrimina hominum generi opportune Deus benigneqae succurrat.

Caelestium vero munerum et benevolentiae Nostrae testem Vdbis, Venerabiles Fratres, Clero populoque universo vigilantiae vestrae commisso Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xx Aprilis an. MDCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

TiW) **PP.** XIII.

FX SACRA CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

Die 13 Martii 1884.

BERGOMEN

De Indulgentia toties quoties Ecclesiarum Ordinis Sancti Francisci 3 Paula

Illustrissimus ac Revmus Episcopus Bergomensis Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae referebat, in civitate Dioecesis principe, loco quem dicunt Galgario , fuisse Ecclesiam quae Universis Coelitibus sacra ad Sodales Minimos Sancti Francisci a Paula pertinebat; quaeque proinde omnibus fruebatur Indulgentiis, gratiis, privilegiis, quibus fruuntur omnes ËCr clesiae eiusdem Ordinis. Sub initium huius saeculi Minimis Sodalibus ab Ecclesia ista adnexaque domo eiectis, f. m. Pius PP. VII per Litteras in forma Brevis sub die 1 Aprilis 1806 expeditas, *omnes et singulas Indulgentias et peccatorum remissiones ac poenarum relaxationes aliasc/ue spirituales gratias, r/uibus* ANTE ILLUD TEMPUS, *dum dicta Ecclesia ad fratres praedictos pertinebat ditata erat* pro ipsa Ecclesia confirmavit, et quatenus opus erat, denuo concessit. Pius vero PP. IX s. r. per rescriptum datum sub die prima Iulii 1853 *supraenunciatas Indulgentias ad Ecclesiam Sancti Bartholomaei benigne transtulit, servato tenore concessionis diei 1 Aprilis 1806 etiam quoad tempus,* ideoque perpetuis futuris temporibus.

Iamvere ínter Indulgentias, quibus Sodalium Paullanorum Ecclesiae gaudere dicuntur, praecipua est quae vulgo appellatur Perdono di s. Francesco di Paola, quam Gregorius XIII P. M. concessisse perhibetur Litteris in forma Brevis datis die 1 Aprilis 1579^ et Benedictus XIV P. M. ad Ecclesias Marialium eiusdem Ordinis extendisse Litteris pariter in forma Brevis datis die 22 Ianuarii 1845. Porro inter Presbyteros Bergomenses orta quaestio est de die vel de diebus, quibus Indulgentia illa plenaria acquiri potest et varia concessionis gregorianae explicatio variam quoque inter Fideles gignit .-ciitiendi et agendi rationem. Ad haec e medio tollenda et ne sustineatur Indulgentia quae concessa non esset, neque Fideles bonis spiritualibus, quibus frui possunt, priventur, Episcopus Bergomensis nonnulla dubia solvenda Sacrae Indulgentiarum Congregationi proposuit. Hac capta occasione, dubiis Rmi Episcopi duo alia in officio praemittere opportunum visum est quod attinet ad vices, quibus eadem die plenaria illa Indulgentia acquiri potest, nec non ad eius confirmationem aut novam concessionem factam a Pio VII. et translationem concessam a Pio IX.

Dubia sunt ea quae sequuntur

I°. Utrum Indulgentia plenaria concessa a Gregorio PP. XIII et extensa a Benedicto PP. XIV *toties* acquiri possit a Christifidelibus *guoties* die festo sancti Francisci a Paula visitaverint Ecclesias sive Sodalium Minimorum, sive Monialium eiusdem Ordinis ibique oraverint pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione et Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione; vel potius acquiri dicenda sit *semel* tantum in anno?

Et quatenus *affirmative* ad primam partem

2°. Utrum huiusmodi Indulgentia possit censeri concessa primo Ecclesiae Bergomensi Coelitum Universorum per verba Brevis Pii Papae VII *omnes et singulas Indulgentias. . . . quibus antehac dum dicta Ecclesia pertinebat ad Fratres praedictos (Ordinis s. Francisci de Paula Minimorum) ditata erat.... confirmamus et quatenus opus sit. . . de novo concedimus et impertimur* et deinde translata in Ecclesiam pariter Bergomensem Sancti Bartolomaei per verba Rescripti Sacrae Congregationis Indulgentiarum: *Sanctissimus. . . supr ac nun iatas Indulqentias de quibus in precibus . . . benigne transtulit f*

Et quatenus *affirmative*

3". Utrum Indulgentia, de qua est sermo, merari possit aie

festo Sancti Francisci a Paula *et* quocumque ex septem diebus insequentibus?

Et quatenus *negative* ad 3 :

4°. Utrum haec Indulgentia lucrari possit die festo Sancti Francisci a Paula *vel* uno ex septem sequentibus diebus pro libitu Christifidelium?

Et quatenus *negative* ad 3: et 4:

5°. Utrum eadem Indulgentia lucrari *saltem* possit die lesto sancti Francisci a Paula?

6°. Utrum, ut Ecclesiae visitationes repetantur, necesse sit egredi et ingredi in Ecclesiam; vel sufficiat visitationes dividere cum aliquo externo signo: ex. gr. se signando signo SS. Crucis vel se transferendo de uno in alium Ecclesiae locum?

Et quatenus *negative* ad primam partem dubii 6 et *affirmative* ad secundam

7°. Utrum pro aliis etiam huiusmodi Indulgentiis eadem praxis servari possit?

In Congregatione G-enerali habita in Aedibus Apostolicis Vaticanis die 11 Martii 1881 Eminent. Patres rescripserunt:

Ad 1: Affirmative ad primam partem
Negative ad secundam

Ad 2: Affirmative.

Ad 3: Indulgentia *toties quoties* lucrari potest tantum die festo Sancti Francisci a Paula ; Indulgentia vero plenaria concessa a Benedicto XIV lucrari potest *s mel* tantum in uno ex septem diebus, dictum diem festum insequentibus.

Ad 4 et 5 : Provisum in Tertio.

Ad 6 et 7 : Communicetur responsum Sacrae Congregationis in una *Valentinen,* die 12 Iulii 1847.

Die vero 15 eiusdem mensis et anni, facta de his omnibus ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario relatione, SSmus Dnus Noster Leo Papa XIII Patrum Cardinalium responsiones benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 15 Martii 1884.

AL. CARD. OREGLIA a S. STEPHANO PRAEFECTUS.

FRANCISCUS DELLA. VOLPE SECRETARIUS.

COMPENDIUM FACTI. Episcopus Bergomen. Sacrae huic Congregationi referebat, in civitate Dioeceseos principe, loco quem dicunt ***Galgario*** fuisse Ecclesiam, quae universis Coelitibus sacra ad Sodales Mínimos Sancti Francisci a Paula olim pertinebat; quaeque proinde omnibus fruebatur Indulgentiis, gratiis, privilegiis, quibus per pontificias Constitutiones fruuntur omnes Ecclesiae eiusdem Ordinis. Gallis Italiam invadentibus sub initium huius saeculi, Minimi Sodales a domo et Ecclesia fuerunt eiecti. Hinc Ecclesia Indulgentiis superius memoratis fuit destituta. Attamen Parochus Ecclesiae Sancti Alexandri, cui Ecclesia Sodalium Minimorum subiciebatur, fel. rec. Pium PP. VII rogavit, ut Christifideles gaudere perpetuo possent Indulgentiis, quibus antea gaudebant, illam ad' Ecclesiam accedendo, licet ad Sodales Mínimos non amplius pertineret. Id Pius concessit Uteris in forma Brevis datis die 1 Aprilis 1806. Quum vero anno 1853 dicta Ecclesia Coelitum universorum in militum valetudinarium fuerit immutata, eius curatores a s. m. Pio PP. IX. per rescriptum huius Sacrae Congregationis sub die 1 Iulii illius anni gratiam sunt consequuti, ut Indulgentiae Ecclesiae universorum Coelitum ad Ecclesiam Sancti Bartholomaei transferreretur, utpote quae facile prae ceteris ab incolis adiri potest. Iamvero inter Indulgentias, quibus Sodalium Paullanorum Ecclesiae gaudere dicuntur, illa est praecipua quae vulgo appellatur ***Perdono di s. Francesco di Paola,*** quam Gregorius XIII P. M. concessisse perhibetur, uteris in forma Brevis datis die 1 Aprilis 1579 et Benedictus XIV P. M. extendisse per Breve 22 Ianuarii 1754. Praestat hic referre in primis verba, quae ad rem pertinent, Constitutionis Gregorianae: « Omnibus utrius-
» que sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis
» ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis
» conventuum seu domorum fratrum Ordinis s. Francisci
» de Paula Minimorum nuncupatorum, ubicumque constitu-
» tam seu existentem die *esto eiusdem Sancti Francisci de
» Paula a primis vesperis usque ad occasum solis diei huius-

» modi singulis annis devote visitaverint, et ibidem pro Ghri-
/> stianorum Principum concordia, haeresum extirpatione et
» Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces
» effuderint, ***quoties*** id fecerint ***toties*** plenariam suorum
» peccatorum Indulgentiam et remissionem concedimus et lar-
» gimur. Contrariis etc.» Benedictinae vero extensionis verba
ita sonant: « Dudum felicis recordationis Gregorius XIII...
» Christifidelibus, qui a primis vesperis usque ad occasum
» solis diei huiusmodi ***(Festi S. Francisci Paullani)*** sin-
» gulis annis devote visitassent ***(Ecclesias Fratrum Mini-***
» morum), et ibi pro Christianorum Principum concordia,
» haeresum extirpatione ac Sanctae Matris Ecclesiae exal-
» tallone pias ad Deum preces eifudissent, plenariam omnium
> suorum peccatorum Indulgentiam et remissionem perpetuo
» concessit et alias, prout in ipsius Gregorii.... expeditis
» Uteris____uberius continetur... Nos... supradictam Indul-
» gentiam plenariam singulis Ecclesiis memorati Ordinis per-
» petuo... concessam, ad Ecclesias Monialium dicti Ordinis
» sub cura et regimine ac administratione Fratrum huius-
»' modi existentium die festo huiusmodi et quoad Ecclesias
» Fratrum eiusdem Ordinis a d septem dies immediate se-
» quentes... per unumquemque Christifidelem semel spatio
» septem dierum huiusmodi quolibet anno lucrifaciendam in
» perpetuum... concedimus, extendimus et arnpliamus. » Age
de die-vel de diebus, quibus haec Plenaria Indulgentia acquiri
potest inter Presbyteros Bergomenses exortam fuisse quae-
stionem Episcopus enanavit: alii enim censuerunt, Indulgen-
tiam hanc plenariam ***toties*** acquirere posse Christifideles,
quoties Ecclesiam sancti Bartholomaei visitaverint, die festo
s. Francisci Paullani ***atque*** unoquoque ex septem immediate
sequentibus diebus: alii die festo sancti Francisci Paullani
vel uno ex septem diebus immediate sequentibus: alii demum
die ***tantum*** festo sancti Francisci Paullani. Et quoniam ex
huiusmodi varietate opinionum scandalum Christifidelibus ob-
venire merito timebatur, ideo Episcopus-nonnulla dubia Sa-
crae Congregationi dissolvenda subiecit de die vel de diebus

quibus Indulgentia huiusmodi acquiri potest; additis aliis dubiis de ratione Ecclesiam visitandi, ut eamdem ***Indulgentiam toties quoties*** Christifideles lucrifacianti

Disceptatio Synoptica.

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. EX officio animadversum fuit, plenariam Indulgentiam eodem die pluries lucrifieri non posse, hoc uno quod pluries eadem Ecclesia invisitnr et eadem iniuncta opera repetuntur. Id constat ex decreto ***Delatae saepius*** quod Sacra haec Congregatio die 7 Martii 1678 tulit; haec enim inibi leguntur: ***Semel autem dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam- visitantibus vel aliud pium opus per a gentibus, lucrifieri;*** Decreta Authentica n. 18. Una est indulgentia plenaria, quae ***Portiunculae*** vocatur, de qua certo certius constat quod ***toties*** acquiri possit a Christifidelibus, ***quoties*** isti ***ingrediuntur*** Ecclesias Sodalium Franciscalium aut alias Ecclesias hoc privilegio de speciali gratia praeditas ***ibique parumper orant.*** Age, videamus, num verba Constitutionis Gregorianae, de quibus est sermo, necessario hoc unum evincant, nimirum Ch' infideles ***toties*** lucrari posse Indulgentiam Plenariam, ***quoties*** die festo sancti Francisci Paullaiii Ecclesias Sodalium Minimorum visitant ibique orant pro Christianorum Principum concordia etc. Id procul dubio dicendum, si verba ***toties quoties*** unice ad verba ***die festo eiusdem sancti I Sancisci*** referri deberent. Verum quid prohibet, quominus verba ***toties quoties*** referantur ad verba ***singulis annisi*** adeo ut Constitutionis Gregorianae sensus hic habeatur: omnibus Christifidelibus, qui statis conditionibus die festo Sancti Francisci a Paula Ecclesias Sodalium Minimorum visitaverint et oraverint pro concordia etc. quibus annis (quoties) id fecerint, iis annis (toties) Indulgentiam plenariam semel elargimur?

Quoad vero responsum Supiemae Inquisitionis diei 17 Novembris 1688 animadversum fuit, rem relictam fuisse in eodem statu, quo antea, utpote quod fuerit mere negativum et gene-

ricum. Quinimo ex quo Sodales adire debuerint illam s. Congregationem suum ***privilegium*** defensuri, dubium haud leve exsurgit de recta eorumdem ratione accipiendi Gregorianam Constitutionem: dubium, quod sane veluti ab initio labefactare videtur praxim tum Sodalium Minimorum invitandi quotannis ad suas Ecclesias Christifideles, spe ***Indulgentiae toties quoties*** acquirendae die festo Sancti eorum fundatoris; tum etiam Christifidelium pluries eodem illo die invisendi eamdem Ecclesiam Sodalium Minimorum, ingrediendo et egrediendo uti nonnulli asserunt adhuc fieri alicubi.

Quod autem Benedictus PP. XIV per Breve ***Dudum*** diei 22 Ianuarii 1754 confirmaverit Indulgentiam plenariam de qua loquimur, veluti si ***toties*** quis eam adipiscatur ***quoties*** die festo Sancti Francisci Paullani in aliquam Ecclesiam Ordinis Minimorum introierit ibique oraverit, quia eam extendit ad Ecclesias Monialium Ordinis eiusdem, aliamque concessit plenariam Indulgentiam semel acquirendam a Christifidelibus qui per septiduum a die festo eiusdem Sancti Francisci Ecclesiam aliquam Ordinis Sodalium Minimorum visitaverint, non tam facile admitterem. Primo enim Benedictus XIV numquam loquitur de ***Indulgentia toties quoties*** quum Gregorianam Indulgentiam extendit. Et notandum Benedictum XIV antequam eam Indulgentiam plenariam ad Ecclesias omnes Monialium Ordinis sancti Francisci a Paula extenderit, aliamque concesserit per septem dies omnibus Ecclesiis Sodalium Minimorum, extendisse iam eamdem Indulgentiam Ecclesiis Monialium et aliam concessisse per septiduum Ecclesiis Sodalium Minimorum in Regnis.Hispaniarum existentibus per Breve ***Dudum*** diei 13 Februarii anni 1753. Etiam in hoc Brevi nullum verbum de ***Indulgentia toties quoties.*** Deinde nil mirum, quod Benedictus etiam ad Ecclesias Monialium extenderit privilegium quo Sodalium Minimorum Ecclesiae fruebantur, quum Monialibus et Sodalibus eaedem leges essent. Attamen quum Sodales Minimi animarum saluti speciatim per sacra ministeria incumbant, nil pariter mirum si idem Pontifex Ecclesias Sodalium Minimorum spe-

cia)i Indulgentia ditavit, ut per alios scptem dies facilius Christifideles allicerentur ad eorum Ecclesias celebrandas. Imo addam, quod quum Benedictus XIV aliam plenariam Indulgentiam per septiduum Ecclesiis Sodalium Minimorum concesserit, aperte manifestat, Gregorianam Indulgentiam non ***toties quoties*** acquiri censuisse; secus enim dicere deberemus, Pontificem illum, qui tanti Sacrarum Indulgentiarum thesaurum faciebat, quodammodo eas prodegisse: dedisset enim Sodalibus Minimis quod nunquam datum fuerat Sodalibus Franciscalibus, quorum Ecclesiae prae ceteris aliorum Ordinum, Indulgentiis, privilegiisque decoratae fuerunt.

Denique superest videndum, num per Breve ***Exponi Nobis*** diei 1 Aprilis 1806 Pius PP. VII concesserit Ecclesiae Bergomensi Coelitum Universorum ***Indulgentiam plenariam toties quotiesYicet*** ea Ecclesia non amplius ad Sodales Minimos pertinuerit; et num per rescriptum ***Sanctissimus*** huius Sacrae Congregationis diei 1 Iulii 1854 Pius PP. IX transtulerit eamdem Indulgentiam ad Ecclesiam pariter Bergomensem sancti Bartholomaei, licet ea Ecclesia nunquam ad Sodales Minimos pertinuerit. Rmus P. Consultor id asserit et argumenta profert. Hoc tamen unum animadvertere liceat: ***Indulgentia plenaria toties quoties*** est huiusmodi privilegium, quo, uti superius dicebam, unae Sodalium Franciscalium Ecclesiae certo gavisae sunt, aliaeque paucae de speciali gratia die 2 Augusti, festo B. Mariae Angelorum Reginae ob Basilicam eius dedicatam. Nunc quaero: potest ne supponi, huiusmodi privilegium concedi sive directe sive per translationem aliis Ecclesiis et in perpetuum adhibita formula aliqua generali et indefinita, quin de eo mentio fiat sive in supplici libello sive in parte enarrativa Literarum Apostolicarum? Profecto hodierna agendi ratio tum Secretariae Brevium, tum Sacrae huius Congregationis est, qua huiusmodi privilegia omnino extraordinaria non concedantur nisi singillatim et ad tempus.

VOTUM CONSULTORIS. Praemonuit hic dubitari rationabiliter non posse Ecclesias Ordinis s. Francisci de Paula gau-

dere, inter alias plure* indulgentias, remissiones etc. etiam singulari illa indulgentia *toties quoties* a primis vesperis diei festi -s. Fundatoris usque ad occasum solis diei huiusmodi. Id clare patet ex verbis Brevis Gregorii XIII, cuilibet legenti.

Ex quibus satis constat, attenta perspicuitate tenoris huius concessionis, quod nulla potest esse difficultas, quin *toties* quis lucretur indulgentiam, *quoties* in die festo s. Francisci de Paula prudenter visitabit unam ex Ecclesiis Ordinis Minimorum. Reapse Patres Minimi ab anno 1574, quo eorum templa tanto thesauro de benignitate Sanctae Sedis locupletata fuere, usque in praesens nunquam destitere ab evulgando tanto privilegio, suadendisque fidelibus ad idem acquirendum in salutem animae propriae. Etiam nunc apposita tabella, ad valvas Sacrae Aedis in qua legitur « *In-dulgentia toties quoties* » a primis vesperis usque ad occasum solis diei festi sui sancti Fundatoris, nn nent quosque pios, ut impigre de caelesti thesauro Meritorum Christi Domini, Beatae Virginis, et Sanctorum sumant. Non raro autem accidit, quod osores adessent horum privilegiorum, sed Patres Minimi ad sacram Congregationem Supremae Inquisitionis, documenta Indulgentiae *toties quoties* exhibuere quae die 17 Novembris 1688 respondit: « nihil innovetur *super* » *toties quoties* indulgentiarum; nec Fratres Minimi amplius » molestentur. »

Benedictus XIV, ceu supra dictum est, confirmavit eiusmodi Indulgentiam, et privilegium extendit ad Ecclesias Monialium praedicti Ordinis. Deinde pro Ecclesiis Fratrum concessit indulgentiam plenariam *ad dies septem sequentes* festum s. Francisci Paullani non *toties quoties,* sed *semel* a fidelibus lucrifaciendam. Habemus itaque ex Brevi Benedictino concessam Ecclesiis PP. Minimorum Indulgentiam *toties quoties* in die Festo s. Fundatoris, eamdem extensam ad Ecclesiam Monialium, qua antea carebant, et insuper pro Ecclesiis Fratrum concessionem indulgentiae plenariae ad dies singulos infr» octavam lucrandam non *toties quoties,* sed *semel*

tantam. Quamquam vero ex invasione gallica Ecclesiae Regularium omnes amiserint indulgentias, tamen opera Parochi Ecclesiae s. Alexandri, isti Ecclesiae Minimorum omnes hae indulgentiae restitutae fuerunt per Breve Pii VII anno **1806.**

Literae Apostolicae Pii VII 1806, ait Consultor, intendunt satisfacere supplicationibus Parochi s. Alexandri Bergomensis civitatis; atqui vota optimi Sacerdotis directa fuerunt ad integram restitutionem indulgentiarum obtinendam, quas fideles lucrari poterant in Ecclesia Patrum s. Francisci de Paula, inter quas praecellit ***il Perdono*** seu ***toties quoties.*** Qua dempta, pia desideria egregii Pastoris inexpleta mansissent contra mentem expressam Pontificis.

Insuper ex ipsomet Brevi evidenter lucet, mentem Supremi Hyerarchae fuisse ***non aliquas, sed omnes et singulas indulgentias, gratias,*** quibus antea Ecclesia Minimorum Bergomatium ditata fuerat, quaeque perierant ex discessu coacto Fratrum, iterum reviviscere, pietatemque civium fovere. Nam dictio universalis ***omnes*** comprehendit cuncta quae sub genere vel specie de qua praedicatur continentur, nulla exceptione facta; dictio autem ***singulas*** exprimit extensionem distributionis etiam ad illa quae specialem mentionem meruissent. Atqui Literae Pii VII exprimunt ***omnes et sigulas*** indulgentias extinctas abolitione Coenobii, easque nova vita donari iubet, ergo sensus Literarum extenditur etiam ad indulgentiam ***toties quoties.***

Praeterea ***II perdono di s. Francesco di Paola,*** seu Indulgentia ***toties quoties*** potest bifariam considerari : quatenus nempe est indulgentia plenaria, et quatenus specialem gratiam includit, potestatem nempe iterandi pluries prudenter opus iniunctum, et pluries lucrifaciendi remissionem poenae temporalis. Atqui indulgentia ***toties quoties*** considerata ***ut gratia*** specialis, instaurata fuit pro 1 cclesia Minimorum praefata. Nam inter alia etiam gratiae omnes, quibus exornata fuerat dicta Ecclesia vi Brevis laudati, ex interitu ad vitam fuerunt revocatae.

Tandem animadvertit Consultor, in themate locum non habere Canonistarum et Theologorum provocationem ad Regulam Iuris 81 ***in Sexto*** « In generali concessione non veniunt ea quae quis non esset verosimiliter in specie concessurus. » Ait enim : optima est provocatio haec sed in nostra facti specie minime regula illa locum habere videtur. Non enim agitur hic de concessione indefinita, a qua excipienda foret species aliqua verosimiliter non concedenda. Agitur de concessione particulari facta particulari Ecclesiae per restitutionem indulgentiarum, quae universaliter omnibus et singulis Ecclesiis Ordinis Minimorum liberalitate Sanctae Sedis fuerant attributae; sermo est de ***impertienda*** reviviscentia indulgentiis extinctis in particulari loco, non ex vitio Incolarum, sed ex publica civili perturbatione. Quapropter nedum verosimile, sed certissimum esse debet, quod Indulgentiae omnes etiam specialissima mentione dignissimae revixerint.

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Christifideles qui Ecclesias visitaverint sive Minimorum sive Monialium eiusdem Ordinis, ibique oraverint etc. lucrari plenariam Indulgentiam a Gregorio XIII concessam, et a Benedicto XIV extensam, ***toties quoties*** id egerint in festo s. Francisci a Paula.

II. Hanc eamdem plenariam Indulgentiam pariter concessam fuisse Ecclesiae Bergomensi Coelitum universorum, translatamque in Ecclesiam s. Bartholomaei eiusdem civitatis retinendum esse.

III. Pariter pro certo habendum esse Indulgentiam ***toties quoties*** lucrari posse die festo s. Francisci a Paula tantum ; Indulgentiam vero plenariam concessam a Benedicto XIV lucrari posse una tantum vice, in uno tantum die ex septem qui diem festum sequuntur.

IV. Ad lucrandam Indulgentiam *toties quoties* necesse esse egredi et ingredi Ecclesiam, ut visitationes dici possint iteratae (1).

EX 3. CONGRLGATiONE CONCILII

PRAENESTINA

PRIVATIONIS CAPELLÁN IAE

Die 19 ianuarii 1884.

COMPENDIUM FACTI. Clericus Ioannes Baptista , praevia patroni praesentatione, anno 1870 per Episcopales Bullas assecutus fuit Capellaniam iurispatronatus laicalis sub titulo s. Bartholomaei in paroeciali Ecclesia s. Blasii erectam, cui onus est adnexum quatuor Missas singulis annis litandi. Sexennio circiter in dioecesano Seminario commoratus anno 1874 patriam remeavit. Haud multo post clericali habitu una et altera vice dimisso , ac semel iterumque reassumpto, demum eidem valedixit, atque laicali more vitam ducens rei familiari et saecularibus negotiis vacabat.

Quod animadvertens Pro-Vicarius generalis, mense Maii 1880 eum admonuit, ut clericalem habitum resumeret; cum autem clericus contenderet, Capellaniam esse laicalem et superioris mandato minime paruisset, hinc Pro-Vicarius, iuris ordine servato, die 20 Decembris 1881 sententiam edidit, qua statuit eum in poenam privationis Capellaniae incurrisse.

(1) Episcopus Valentinensis die 12 Iulii 1847 quatuor proposuit enodanda dubia s. Congregationi Indulgentiarum. Quartus ex his est : •> An visitantes Ecclesias Ordinis s. Francisci die 2 Augusti , lucrentur indulgentiam plenariam toties quoties in ea ingrediuntur, et parumper ibi orant ? et an requiratur ut Communio fiat in eadem Ecclesia? Cui dubio s. Congr. respondit: « *Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam, n*

Huiusmodi sententia gravatum se reputans clericus apud S. C. O. appellationem interposuit, edicens sententiam nedum iniustam, sed uti nullam esse tradendam: tum quia non constat an Capellania sit ecclesiastica, tum etiam quia sententiae executio in solius patroni commodum cederet, qui vindicetis a fisco Capellaniae bonis, a pensione solvenda liberaretur. Etenim sacri Canones ideo statuunt clericum in clericali veste non incedentem beneficio fore privandum, ut alteri conferatur, quod in casu fieri nequit.

Curia episcopalis rogata de sua sententia et voto, retulit oratorem saecularia negotia gerere, de matrimonio ineundo cogitare, et adlaborare ut vi legis civilis perfrui valeat adsignata pensione. Ait etiam oratorem in 25 anno suae aetatis esse, integra valetudine frui et fortunae bonis non carere: patronum vero religione et pietate honestari nullumque adesse dubium quin conditionibus s. Poenitentiariae, iam in accepto habitis, obtemperaturus sit.

Disceptatio Synoptica.

ORATORIS DEFENSIO. Oratoris favore animadversum fuit, scitum esse apud canonicarum rerum interpretes quod ad Capellaniam ecclesiasticam constituendam, praeter alia, tamquam essentialis conditio requiratur, ut Episcopus, fundatoris voluntatem exequens, erectionis decretum ediderit; ***argum,, cap. Ad hoc 4 de relig, domib.*** Quod si hoc Episcopi Decretum deficiat nunquam Capellania uti ecclesiastica haberi posset ***arg. cap. Nemo dist. 1 de consecr.*** Rota ***p. 2 rec. decis, 271 num. 3.*** Iamvero in casu huiusmodi erectionis decretum haud afferri potest. Cum itaque non constet quod fundator ecclesiasticam Capellaniam erigi voluerit, uti mere laicalis censenda videtur, ac proinde Clericus nulla obligatione detineri clericalis vestis induendae. Nullus enim ad aliquid perficiendum adigi potest, nisi certe constet ad id teneri.

Nec referre videtur quod iuxta episcopalem Curiam medio saeculo XV Praenestina civitate ferro et igni tradita, Episcopale tabularium fuerit penitus absumptum. Siquidem, hoc etiam admisso, Capellaniae qualitas in obscuritate delitesceret, et dubium semper extaret an obligationibus ex ecclesiastica Capellaniae qualitate derivantibus Orator abstringatur. Cum autem ex ***regula 30 Iuris Canonici*** in obscuris minimum sit sequendum, hinc apparet Capellaniam uti laicalem esse habendam, onus clericalis vestis deferendae non extare, ac proinde Curiae sententiam quovis robore destitui.

Nihil autem officere videtur quod Ordinarius ab antiquissimo tempore canonicas collationis bullas expedierit, quin patronus vel Capellanus ullam querimoniam moverint. Id enim ex eo contigisse potuit, quod uterque Capellaniae qualitatem ignorarent, cum tamen non constet Ordinarium hoc iure ab initio pollere, hinc nec deinceps usu confirmari potuit iuxta ***Reg. 18 Iur. can.*** - ibi - « Non confirmatur, tra- » ctu temporis, quod de iure ab initio non subsistit. »

Perpendere demum praestat quod in duabus e tribus collationis uteris adductis, Capellaniam vacare dicitur, ex eo quod Capellanus matrimonium contraxerit, et Curia testatur ab anno 1592 plures Episcopos, ob Capellani nuptias Capellaniam vacantem declarasse. Hoc autem ostendit quidem Ordinarii mentem fuisse Capellaniam a coniugato, minime vero a laico coelibe retineri non posse. Secus enim longissimi temporis lapsu aliquando evenisset, ut Ordinarius Capellaniam alteri contulerit, eo quod Capellanus clericalem vestem dimiserit; cum rationabiliter supponi nequeat Capellanos usque ad nuptiarum diem clericali veste incessisse.

In hypothesi vero quod Capellanía decernenda foret ecclesiastica indulgendum videtur ut Orator in laicali statu eam retinere possit. Ipse enim ait, sacros canones ideo statuere, clericum vestem sui status propriam deserentem beneficio fore • privandum, ut Episcopus alteri digniori illud conferat. Hoc autem in casu minime fieri posse sustinuit, cum

patronus, vinciicatis Capellaniae bonis, ideo sententiae confirmationem efflagitat, ut a pensione solvenda liberetur.

Animadvertendum demum est quod cum clericus ne otio torpescat, saeculari munere, ceteroquin honesto, fungi debeat, nostrorum temporum indole inspecta, expedire potius videtur ut laicali veste incedat, ne clericalis habitus improborum conviciis exponatur.

CURIAE DEFENSIO. Verum rationum momenta favore Curiae minime desunt. Et sane essentiale discrimen quod inter ecclesiasticas et laicales Capellanías intercedit in hoc situm est, primum ut pro ecclesiasticis Capellaniis in canonica fundatione erectionis decreto locus factus fuerit, deinde ut in collatione episcopales bullae pro canonica possessione acquirenda requirantur. Primum enim illud efficit ut quae bona antea erant in civili commercio , postea inalienabilia, et uti ecclesiastica sint habenda: bullarum autem expeditione fit, ut nullus nisi clericus canonice institutus in Capellaniae possessionem immitti queat. Hinc erectionis decretum, et bullae institutionis habentur ut notae et characteres ecclesiasticae Capellaniae ReifFenst. ***lib. 3 tit. 5 num. 17,*** et S. C. EE. et RR. in ***Aesina Capellaniae 16 Iulii 1881.***

Quod si canonicae erectionis decretum haud reperiatur, non idcirco dicendum erit illud numquam extitisse. Iuxta enim communem canonistarum censuram in dubio, vel quoties ob temporum iniuriam fundationis tabulae, et Episcopi decretum inveniri nequeant, ad ecclesiasticam Capellaniae qualitatem vindicandam ostendere sufficit per quadraginta saltem annos canonicam institutionem ab Ordinario datam fuisse: quod satis innuit erectionis decretum olim Episcopum edidisse. Siquidem praesumi nequit quod Episcopus per 40 annos voluerit, et pacifice potuerit contra fundatoris voluntatem conferre Capellaniam a se vel a suo antecessore non erectam, quin patronus vel Capellanus de iuris usurpatione fuerit conquestus. Praeter erectionem et institutionem ab Episcopo datam, ceteri characteres, qui ecclesiali-

cnm Capellaniae naturam indigitare videntur, sunt dos, titulus , Ecclesia designata, s. Rota in ***Papien. Beneficii 28 Ianuarii 1754 coram Barullo,*** S. C. C. in ***Firmana 8 Augusti 1767.***

Si quae hactenus sunt allata, praesenti casui applicentur, nullum rationabile dubium dari posse videtur quoad controversae Capellaniae ecclesiasticitatem. Quandoquidem defectus tabularum fundationis, et decreti erectionis optime explicatur ex eo quod saeculo XV civitas vastationi fuit obnoxia, et quodcumque documentum, hoc aevo anterius, in episcopale tabulario deficit. Constat tamen Episcopum ab anno 1509 usque ad postremam nominationem sine ulla interruptione vel oppositione patroni aut Capellani canonicis bullis Capellaniam contulisse, et pluries ob Capellani matrimonium alteri fuisse collatam. Adest praeterea dos, titulus, Ecclesia designata, observantia plusquam longissima temporis subsequuta est, quae omnia ad ecclesiasticitatem Capellaniae comprobandam sufficere videntur.

Praefatae vero notae tanti ponderis sunt, ut quamvis fundatio Capellaniae esset contraria , eius naturam immutarent, si longissimi temporis spatio servarentur; Amostazo ***de Causis piis lib. 3 Cap. 2 num. 29.*** Et haec S. C. in ***una Sabinen. 20 Augusti 1803 et 4 Iun. 1804,*** respondit: in statu laicali retineri non posse quamdam Capellaniam quam testator a quacumque Ordinarii auctoritate voluerat exemptam; quae tamen erecta fuerat decreto Episcopi, eiusque possessor taxas Seminario et Camerae spoliorum solvebat, ac plures collationes adfuerant. Hoc idem decrevit S. C. EE. et RR. in simili controversia die 19 Ianuarii 1866. Agebatur de Capellanía cuius erectionis decretum, ob episcopalis tabularii incendium, inveniri non poterat. In facto tamen exstabat episcopum ab anno 1668 ad annum 1731 canonicas institutionis bullas expedisse. Postquam autem unius saeculi lapsu Capellanía uti laicalis habita fuerat;, anno 1816 Episcopus ad eam canonice instituit clericum & patrono nominatum. Cum autem hic deinceps habitu clericali dir

misso nuptias inire optaret, S. C. adivit exponens, ex errore ductum canonicas institutionis bullas acceptasse, cum Oapellania uti mere laicalis haberi debeat. Sacra vero Congreg, pluries causa ventilata, tandem proposito dubio: - ***An et quomodo constet de laicitate Capellaniae in casu*** - respondit - ***Negative in omnibus.*** -

Posita vero huiusmodi natura Capellaniae, sciunt omnes eam ecclesiastico beneficio in omnibus aequiparari , ideoque sponte sequitur privationis sententiam, contra Clericum a Curia latam plenum suum vigorem exerere. Qui enim ecclesiastico beneficio potitur, gravi obligatione adstringitur clericalem vestem gestare. Ideoque si illa dimissa, et Episcopi monitione spreta, in laicali habitu incedere perseveret privationis poenam effugere nullo pacto potest. Et re quidem vera Tridentina Synodus Clementis **V** dispositionem amplians ***Sess. 14 cap. 6 de reform,*** statuit ut ecclesiasticae personae quae sacris ordinibus initiatae sint, vel beneficium obtineant, < si posteaquam ab Episcopo suo, etiam » per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum » clericalem, illorum ordini, ac dignitati congruentem, et iuxta » ipsius Episcopi ordinationem et mandatum non detule- » rint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, et bene- » ficio ac fructibus, reditibus et proventibus ipsorum bene- » ficiorum, nec non si semel correpti denuo in hoc delique- » rint, etiam privatione officiorum, et beneficiorum huius- » modi coerceri possint. »

Novissime vero Benedictus **XIII** in Constitutione ***Catholicae Ecclesiae*** anni 1725 beneficiatorum laicali habitu **in**cedendum proterviam coercuit, mandans ut Episcopi in eos clericos canonicis remediis animadvertant, atque adeo superaddidit quod etiam debeant, iuris ordine servato, declaratoriam sententiam privationis beneficiorum **in** ipsos pronunciare.

Pro-Vicarius generalis itaque **hisce** ecclesiasticis sanctionibus inhaerens pluries Clericum monuit, ut clericalem vestem **reassumeret.** Cum tamen hic in sua contumacia per-

sisteret, privationis sententia merito lata fuisse videtur. Nec veritati consonum apparet, sententiae executionem in Capellaniae damnum, et in solius patroni commodum redundare, uti Clericus contendit. Nam in primis etsi id verum esset, indirecte tantum sequeretur, ideoque Episcopalis Curia rite processisset, cum absolute indignus sit Ecclesiae bonis perfrui, qui eiusdem legibus parere detrectat.

Sed praeterea Oratori Pro-Vicarius generalis contradicit referens, Patronum ecclesiasticis legibus quoad bonorum Capellaniae vindicationem obtemperaturum fore; hinc censet quod vix memoratus patronus indemnis evaserit pro peractis expensis , Capellani nominationem iterum repetiturus erit; huiusmodi vero nominatio per diuturnum tempus remoraretur, si Oratoris precibus assentiri vellet.

Hisce expositis quaesitum fuit quonam responso dimittendum esset sequens

Dubium.

An sententia Curiae Episcopalis sit confirmanda, vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii die **19** Ianuarii **1884,** re ponderata, censuit respondere:

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ex **QUIBUS COLLIGES** I. Notas praecipuas quae comitantur cappellanias ecclesiasticas duas esse : nempe ut in canonica earumdem fundatione episcopale decretum erectionis, et in illarum collatione accedant bullae episcopales pro canonica possessione.

II. Ad vindicandam ecclesiasticam cappellaniae qualitatem quoties dubium adsit, vel quoties tabulae fundationis reperiri nequeant, sufficere, ex communi canonistarum sententia, quod Antistes per quadraginta saltem annos canonicam dederit institutionem:

III. Non praesumitur enim Episcopum voluisse per 40

annos, et pacifice potuisse cappellaniam conferre contra fundatoris voluntatem, quin patronus vel cappellanus conquesti fuerint de iuris usurpatione.

IV. In themate, deficientibus fundationis tabulis et decreto erectionis, forsan ex iniuria temporum, non deficiunt tamen Episcoporum nominationes ab anno, ut fertur, 1509 usque ad postremam nominationem: quae ab Ordinariis expletae sunt, absque oppositione patroni aut Cappellani canonicis bullis.

V. Cappellaniam praefatis praeditam notis beneficio ecclesiastico omnino aequiparari; et ideo institutus in huiusmodi cappellaniam gravi obstringitur obligatione vestes gestandi clericales.

Vi. Obtinentes beneficium ecclesiasticum, deferre debere habitum clericalem, ordini ac dignitati congruentem, et iuxta Episcopi mandatum; ita ut iidem obstringi possint ab Ordinario ad id peragendum, etiam officiorum, et beneficiorum privatione.

PARMEN.

SPOLII

Die 19 Ianuarii 1884.

COMPENDIUM FACTI. Episcopus Parmensis, instituto haerede universali, legavit Episcopo parmensi pro tempore crucem cum gemmis, anulum pretiosum et pastoralem baculum; Archipresbytero... crucem cum aurea catena ; domino Rectori Seminarii planetam albam: Seminario parmensi dimidium sacrorum paramentorum, et alterum dimidium Seminario e Berceto; Vicario generali calicem argenteum; Secretario stolam pretiosam. Ait insuper Episcopus testator: omnia aurea, et argentea utensilia, et sacra paramenta fuisse in sua proprietate; idest vel dono accepta, vel acquisita aere proprio, minime ex Ecclesiae reditibus.

Ast consilium Fabricae Cathedralis Ecclesiae (duobus canonicis et duobus Municipii Consiliariis constans) valida haec Episcopi legata non censuit, sibi de tota sacra Episcopi supellectili seu, ut vocitatur, de Episcopi cappella ius esse spolii autumans, in vim tum antiquissimae consuetudinis, tum constitutionis ***Romani Pontificis*** s. Pii V.

Orta exinde quaestione, universalis haeres die 21 Augusti lapsi anni 1882 ad S. C. C. confugit, exquirens, quid de controversa hac testamenti dispositione sentiendum sit, et utrum in toto vel pro parte subsistat.

Disceptatio Synoptica

IURA FABRICAE ECCLESIAE. Fabricae ecclesiae favet prae primis s. Pii V. Constitutio edita 3 Kalendas Septembris 1567 quae, incipit ***Romani Pontificis.*** Eâ siquidem statutum fuit ut sub spolio, favore Sedis Apostolicae, non venirent sacra Episcoporum seu beneficiatorum quorumcumque utensilia, quae potius in bonum Ecclesiae cui beneficiatus servivit, exinde cedere deberent. Ita sane § I. legitur: « De
» cetero omnia et singula paramenta et ornamenta ac va-
> sa, nec non missalia et gradualia, ac cantus firmi et mu-
> sicae aliique quomodolibet nuncupati libri, et aliae res sa-
> crae etiam auri et argenti, et quaecumque alia bona per
> quoscumque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos etc....
> ad usum et cultum divinum etiam in eorum privatis ae-
» dibus et capellis vel oratoriis destinata .... minime com-
» prehendantur, nec sub appellatione spoliorum ***{quae nem-***
» ***pe a R. Camera Apostolica ex Apostolica constitutionibus***
> ***exiguntur)*** veniant; sed ad singulas ecclesias, monasteria,
» etiam conventu carentia, et beneficia huiusmodi in quibus
» resederint aut quibus praefuerint, seu quae alias obtinue-
» rint, spectent ac pertineant.... Illaque post eorum obitum
» eisdem ecclesiis, monasteriis et beneficiis .... eo ipso ap-
» plicata et incorporata sint et esse censeantur. »

Subsequenti vero §. II. nullae et irritae declarantur quaecumque dispositiones sive inter vivos sive mortis causa quomodolibet peractae, quamvis in commodum ecclesiasticarum personarum aut locorum piorum destinatae. Et dein cavetur ut per censuras aliasque sanctiones quicumque res sacrae praedictas retinuerint, ad restitutionem cogi possint.

Quae dispositiones tametsi ubique gentium non vigeant et alicubi in desuetudinem abiisse, alibi vero coarctatae esse videantur; tamen in Parmensi Dioecesi in suo robore easdem plene subsistere, saltem quoad Episcopum, Consilium fabricae contendit, et probavit.

Huius Praeses enim asseruit, se posse monumenta afferre quibus probetur spolium Episcopalis capellae, saltem a saeculo XV coepisse et constanter usque ad ultimum hoc saeculum observatum fuisse, excepto solummodo casu anni 1711, quum Episcopus Olgiati ad Comensem sedem translatus est. Ast ea vice, ut asseritur, ipsa v. Fabrica Episcopum ob ingentia munera Cathedrali ecclesiae collata benemerentem a lege spolii immunem voluit, animi grati ergo. Ultimo hoc saeculo vero non aliter consuetudo processit, unica etiam facta exceptione: idque probatum fuit per documenta excerpta ex libro deliberationum v. Fabricae ; quae documenta ad annum 1871 perveniunt. Relate igitur ad spolium Episcopalis capellae adstat immemorabilis aut ferme plusquam centenaria consuetudo; et haec quidem Apostolicis constitutionibus apprime consona.

Porro si nedum immemorabilis, sed centenaria quoque consuetudo « etiam in actibus Ecclesiae praeiudicium, divi-
» nique cultus decrementum inferentibus • plenam amplissi-
» mamque inducit cuiuscumque melioris tituli ac proinde
» Apostolici etiam beneplaciti praesumptionem, » ut post Urbanum VIII in Const. ***Romanus Pontifex*** passim docent DD.; Barbosa ***de pot. Ep. alleg. 26, n. 72;*** Gratian. ***discept, for en. cap 867, n. 50;*** S. Rota ***in Romana 0-blationum. 25 Ian. 1725, §. 5;*** S. C. C. ***in Avenionen. Cappellaniae 16 sept. 1780,*** aliisque; praesens consuetudo

quae favore Ecclesiae procedit, ac ipsa cum Apostolicis Constitutionibus consona est, haud ambigendum videtur quod vigere non debeat.

Neque subsumere forsan licet, quod sive iuxta iuris praescripta, sive iuxta localem consuetudinem, spolium confici possit in aliqua tantum sacra utensilia, in ea scilicet quae Mensae episcopalis redditibus empta comperiuntur. Etenim hae distinctiones, ait Fabricae praeses, locum non obtinuerunt in nostras consuetudines. Et reapse nullum huius distinctionis vestigium in adductis superius documentis reperitur; imo in quibusdam potius innui videtur, quod de tota Episcopi sacra supellectili spolium fieri mos sit.

Quae praxis, quamvis dici forsan non possit ex Pii V. Constitutione ad amussim descendere et exigi, congruere saltem videtur cum noto principio: ***Quod semel Deo dedicatum est ad humanos usus amplius redire non debet,*** ut docent ***cap. Nulli licet 3, caus. 12. q. 2; cap. Quod semel 4, caus. 19, q. 3; cap. semel 51, De regul. iur. in VI etc.***

Tandem, ulterius urgens, Consilium Fabricae animadvertit, tacitam quandam conventionem aut etiam aequitatem, postulare ut spolium sibi servetur. Siquidem triduanae preces, anniversaria complura, sumptus pro solemni primo ingressu Episcopi in Cathedralem, quae omnia, prout dicitur ad mensam spectarent episcopalem, Fabricae expensis fiunt. Ultimis vero hisce annis, quum Massa capitularis iniquis legibus extenuata fuerit, alia plura onera quae Capitulum gravabant in Fabricae administrationem transierunt, et ab ipsis laicis aedituis aequo animo acceptata sunt.

Cum igitur Consilium Fabricae etiam ex hoc praeviso spolii reditu sumptus pro Episcopi ingressu, aliaque subierit, iam veluti quidam tacitus contractus innominatus, ***facio ut des,*** heic haberi videtur, faciendi nempe hasce expensas ad spolium dein consequendum. Imo cum altera pars, Fabrica nempe, iam fecerit, alteri parti ius poenitendi amplius non esset, iuxta civile ius /. ***3, §. 2. I. 5. pr. seq. ff. de Condit, caus dat.; I. 5, § 1, ff. de praescr. verb.***

Ast omissa quoque taciti huius contractus quaestione , aequitas saltem superesse videtur, quae postulat, ut Fabricae administrationi, cui praeter vetera, nova onera in dies imponi solent, reditus non subtrahantur. Nam defunctus Episcopus iubens saepe ut novae fierent sacrae functiones, Fabricae administrationi occasionem praebuit novum aes alienum contrahendi. Praeterea animadversum quoque fuit, quod Fabrica per decem annos, ut Episcopi desideriis indulgerei, extraordinarias tulerit expensas , et insuper capsis eleemosynarum privata fuerit, ex quibus, ut plurimum, libellas quingentas annuas retrahebat.

IURA LEGATARIORUM. Pro altera vero parte haec recolenda sunt: temporibus quae procul a nobis recesserunt, dum clerici vitam communem habebant, ipsi testari quidem non poterant, ut loquitur ***can. Nolo quaest. 1.*** Ast solutis clericorum communitatibus, et Ecclesiae bonis inter Episcopum, clerum, fabricam et pauperes divisis, iam, iuxta id quod legitur ***Cap. I. tit. de Testam.,*** testari clericis concessum est de omnibus quae ecclesiastici proventus naturam non haberent: haec siquidem fuerunt exclusa.

Neque haec facultas amplius sublata reperitur, imo potius Gratiani et Decretalium tempore confirmata et clarius explicata apparet. Ita enim legitur ***can Episcopi 19, caus. 12, q. 4*** « Episcopi de rebus propriis vel acquisitis, vel » quidquid de proprio habent, haeredibus suis, si voluerint, » derelinquant. » Et clarius Innocentius III ***cap. Quia nos 9, tit. de testam.:*** « Consultationi tuae respondemus, quod » clerici de his quae paternae successionis vel cognationis » intuitu aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam » provenerunt ad ipsos, libere disponere valeant. De his tamen quae consideratione Ecclesiae perceperunt nullum de » iure facere possunt testamentum. »

Ubi verba « ***quae consideratione Ecclesiae perceperunt*** et ***habito respectu ad Ecclesiam pervenerunt ad ipsos*** > intelligi deberent de rebus naturam ecclesiasticam habenti-

bus et apprime servantibus. Siquidem iuxta ***cap. fin. De pecul. der.*** ea de quibus beneficiarii causa mortis disponere nequeant, sunt fructus beneficii, tam collecti quam colligendi, res sibi ab Ecclesia obventae, vel pecunia beneficii comparatae, quae omnia post suum decessum restituere debent Ecclesiae suae. Et Reiffenstuel cum aliis DD. in ***tit. Da testam. 511, num. 326 seqq.*** docet, quod ipsa bona patrimonialia, quamvis ex beneficio originem ferme ducant, testamento relinqui possunt.

Neque in speciali casu de sacra supellectili aliter constitutum fuisse ex s. Pii V constitutione videtur. Siquidem hanc constitutionem, ***Romani Pontificis,*** disponere tantummodo de acquisitis ex fructibus beneficiorum, seu ecclesiasticis reditibus, non vero de acquisitis ex privato patrimonio aut quocumque personali privat) lucro, uno ore docent Navar. ***de spol. cler. §. l,n. 4;*** Bursat. ***cons. 377, num. 28, §. Attamen,*** Barbosa ***lib. 3, cap. 17, num 62;*** Azor ***In-****sta,* ***moral, t. 2, 1. 8, cap. 3, p. H;*** Panimol. ***decis. 20, coin. 1, num. 11;*** Ventriglia ***I. c. num. 12 ad 18;*** S. Reta in ***Forolivien. De Monsignoribus 26 Feb. 1603 coram Feccia.***

Et hoc vel certius hodie factum est ex Constitutione ***Quum illud*** f. r. Pii IX edita 1 Iunii 1847 de consilio S. C. Episcoporum et Regularium « ***ad praecidendas omnes hac super re*** (quoad Const. ***Romani Pontificis) dubitationes ac controversiae causas;*** » m qua s. Pontifex decernit ac mandat: « III Sacra utensilia, quae vigore Con-
> stitutionis s. Pii V incipientis - ***Romani Pontificis*** -
» Ecclesiis Cathedralibus debentur, haec esse edicimus: Mi-
» tras scilicet, planetas, pluvialìa, . . . aliasque res sacras,
» sive paramenta, sive ornamenta, sive vasa, si quae sunt
> etiam ex eorum natura usui profano congrua ; dummo-
» do non per accidens, sed permanenter divino cultui sa-
» erisque functionibus fuerint destinata; ***exceptis anulis et***
» crucibus pectoralibus etiam cum sacris reliquiis, et iis
» omnibus utensilibus cuiusvis generis quae legitime pro-

> ***bentur ab Episcopis defunctis comparata fuisse* bonis » ad Ecclesiam non pertinentibus, neque constet Ecclesiae » fuisse donata.*** Volumus propterea teneri ac debere Epi- » scopos conficere in forma authentica inventarium sacro- » rum utensilium, in quo pro rei veritate exprimant, quan- > do acquisita fuerint, et speciali nota describant quae ex » Ecclesiae reditibus ac proventibus sibi compararunt, ne » alias praesumi debeat ea omnia reditibus Ecclesiae com- » parata esse. »

Ex quibus verbis fluere videtur, tum quod cruces pectorales et anuli a lege spolii privilegiati per se sint, tum quod pari fruantur conditione, ideoque libere testamento relinqui possint universa quae aut ex privato patrimonio et officio, aut ex dono sibi non vero Ecclesiae dato derivent. Consequenter, omisso etiam quod in specie dici posset de duabus crucibus pectoralibus et pretioso anulo legatis et re conglobatim sumpta, ut proposita quaestio solvatur attendendum videtur, utrum quae Episcopus Parmensis legavit ex ecclesiasticis proventibus sibi comparaverit, an non.

Porro plura ex hisce donata fuisse, et quidem intuitu personae, certo affirmari posse videtur. Crucem pectoralem planetam, et argenteum calicem, sibi dono data, et a quibus, idem Episcopus meminit et testatur. Cui affirmationi fidem negari posse nemo certe dixerit. Agitur enim de Episcopo: et ipse s. Pontifex in sua Const. ***Quum illud*** Episcoporum depositionem in hac re vult pro veritate admitti, ***cit. ver. Volumus*** etc.

Haec proinde omnia iuxta ***cap. Quia nos de testam.,*** et pressius iuxta Constitutionem; ***Quum illud*** Pii IX posse testamento donari videntur.

Ast praesto quoque est argumentum, quo insimul evincitur , omnia utensilia in quaestione ex privata personali pecunia, non vero ex beneficii proventibus originem traxisse. Asseritur enim defunctum Episcopum eleemosynis atque aliis piis operibus per 10 annos expendisse plusquam ex mensa per totidem non recepit.

Iamvero haec effusa charitatis ratio, quae mensae Episcopalis reditus non modo absumebantur, sed et praetergrediebantur, excludit ceu videtur hypothesim, quod sacra supellex mensae reditu fuerit coempta. Et firmat ***cap. Cum in officiis*** 7 ***tit de testam.,*** ubi ad cognoscendum ex quibusnam reditibus originem habuerint bona a beneficiario relicta, haec traditur regula: si, detractis iis quae ad vitam beneficiati ac familiae suae pro alimentis requiruntur, necnon ceteris necessariis expensis, aliisque pro eleemosynis ac piis operibus nihil amplius superesse debere probetur; cetera quae forsan apud beneficiatum poterunt inveniri sive ex patrimonio, sive ex aliquo privato officio seu lucro obvenisse censenda esse, neque proinde spolio subiici posse; Cfr. Panimol. in 4 ***cap.*** et Ferraris ***v. Spolium.*** Concludi igitur posse videtur quod Apostolicis Constitutionibus inspectis, legata Episcopi Parmensis iuridice subsistant, et obiecta ibi recensita spolio subiici nequeant.

Ast quia pro altera parte validius forsan argumentum est in consuetudine, observari potest quod ut consuetudo vim legis obtineat, quibusdam conditionibus satisfacere debet. Sic iuxta Suarez ***de leg. 1.7, c. 9.*** aliosque DD. requiritur ut populus actus ponat, non quidem tamquam merae facultatis et devotionis, sed tamquam necessarios, requiritur scilicet ut agat ***opinione necessitatis;*** et quidem non eo sensu quatenus per errorem putet talem actum esse aliunde praeceptum; uti si fideles alicuius Dioecesis ieiunium certa die observarent, putantes id esse lege generali Ecclesiae praescriptum, dum revera non est. Sed agere populus debet opinione necessitatis eo sensu, quatenus cognoscens quidem hos actus lege non esse praeceptus, tamen putat esse ponendos, veluti si essent praecepti. Uno verbo iuxta De Angelis ***Praelect. in tit. De Consuetudine n. 7*** actus a populo poni debent ***cum intentione saltem interpretativa sibi inducendi ius.*** Insuper isti actus, ex quorum frequentia consuetudo exoritur, debent esse ***uniformes*** iuxta citatos DD. scilicet similes et univoci.

Iamvero in praesenti quaestione si spolium de omnibus sacris supellectilibus indistincte fieri consuevit, id evenisse potest aliquando ex haeredum aliorumque ignorantia ; quia scilicet per errorem putabant, id esse ex Const. s. Pii V ***Romani Pontificis*** praeceptum, quod tamen (ceu videtur et explicat recens Const. ***Quum illud)*** verum non est. Ast tunc isti actus ex erronea opinione necessitatis positi, iuxta superius adducta, parum ad consuetudinis effectum valerent. Quod quidem aequum in genere videtur; si enim quidam ignorantia erraverunt, hoc sibi imputent: et ipsorum factum ipsis, non vero aliis nocere debet iuxta ***reg. 74 et 155 iur. c iv.***

Aliquando vero, si omnia supellectilia spolio concessa fuerunt, id accidisse potest, quia haec mensae proventibus coempta fuerant aut credebantur. Ast tunc spolii confectio actum constituisset legitimum ac necessarium; neque ex eo argumentum deduci ferme posset, quo evinciatu-r, etiam utensilia privato aere confecta spolio subiici posse: consuetudinis actus enim uniformes non essent. Et quamvis determinari non possit quoties et quando acciderit ut supellex ecclesiasticis proventibus fuerit confecta , tamen suspicari potest pluries id evenisse, quod ad consuetudinis vim infirmandam, et ad iniiciendum dubium circa eius valorem sufficere videtur.

Tandem si pro adversa parte rationes quaedam adminiculativae habentur, eae pro hac quoque parte profecto militant. Praeter quam quod enim eleemosynae aliaque pia opera a defuncto Episcopo confecta merito ipsi esse debent, ut extrema eius voluntas, quoadusque possibile sit, observetur: recolendum etiam est quod controversa legata ad pias causas et ecclesiasticas personas sunt constituta, scilicet favore Episcopi pro tempore Parmensis, Abbatis Bassanensis et praesertim duorum dioecesis Parmensis seminariorum; porro neminem latet quanto favore testamenta ad pias causas ius prosequatur ceu habet Reiffenstuel in ***tit. De testament. §. VI, num. 137 seqq***

Quibus aliisque praenotatis, enodandum propositum fuit sequens

Dubium

An et quae sacra supellex valide testamento legata sit in casu.

R**ESOLUTIO**. Sacra O. Concilii, re discussa, sub die 19 Ianuarii 1884, censuit respondere:

Affirmative in omnibus et amplius.

Ex **QUIBUS COLLIGES**. I. Ex ***cap. 1 de testamentis*** concessum esse clericis facere testamentum de omnibus quae ecclesiastici proventus naturam non habent: ceu sunt quae eisdem clericis obvenerunt ex paterna successione, aut cognationis intuitu, aut quae dono acceperunt.

II. Quamplurimos canonistas censere s. Pium V non aliter constituisse de sacris supellectilibus; nempe disposuisse per Constitutionem ***Romani Pontificis*** de illa sacra supellectili ex fructibus beneficiorum acquisita; non vero de acquisita ex privato patrimonio, aut alio privato lucro.

III. Huiusmodi sententiam confirmationem recipere per Constitutionem ***Cum illud*** Pii IX; quae lata fuit ad praecidendas omnes dubitationes hac super re, omnesque controversiarum causas; nam decernitur non deberi Cathedralibus Ecclesiis ea omnia utensilia quae comparata fuere bonis non pertinentibus ad Ecclesiam, quaeque non constet donata fuisse Ecclesiae.

IV. Qua de re omnia sacra supellectilia in themate valide legata fuisse ab Episcopo; quia eadem aut dono accepit , aut proprio aere coemit: et ideo a spolio (1) favore Fabricae Cathedralis exempta fuere.

(11 Clerici a iure canonico facultate testandi , ratione aliquorum bonorum , privantur: nam dum isti disponere possunt de suo peculio patrimoniali, industriali et parsimoniali, hac facultate privantur quoad bona superflua suorum beneficiorum. Ea enim dum vivunt expéndele tenentur ex praecepto ecclesiastico in opera pia;,et mortis causa disponere nullo..modo queunt, neque ad causam piam *cnp. 9 et capp. 1, 7, 8 et 12 de testam.* Supei fina beneficiorum a cle-

ORATIANOPOLITANA

DISPENSATIONIS SUPER DEFECTU NATALIUM

Die 19 Ianuarii 1884.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Henricus illegitime genitus ex coniugato et soluta, et ideo irregularis ex defectu natalium, ex dispensatione Ordinarii ad clericalem tonsuram ac minores Ordines promotus fuit. Idem optans ad ss. Ordines maiores ascendere, et animarum Curae operam dare, supplici oblato libello, petiit a **S.** C. C. super praefatum impedimentum opportunam dispensationem. Henrici petitionem Episcopus commendavit.

rico relicta vocabantur eius *spolia*, quae olim pertinebant ad Ecclesiam in qua Clericus beneficium obtinuerat *ex cap. 7 de testam.* Disciplina haec per aliquod tempus posthabita fuit et Clerici testati sunt etiam de superfluis beneficiorum ; sed ad pristinum revocata fuit vigorem per Tridentinum *Sess. 25 cap. 1 de ref.* Idem peregerunt tum ante, tum post Tridentinum Paulus III per Constit. *Romani Pontificis;* Iulius III per Constit. *Cum sicut;* Pius IV per Constit. *Sedis Apostolicae;* Pius V pei Constit. *Romani Pontificis ;* Benedictus XIV per Constit. *Apostolicae servitutis.* Ex his constitutum fuit ut beneficiorum superflua, de quibus clerici testari nequibant, cederent et applicarentur *iure spolii* Camerae Apostolicae. His novis dispositionibus factum est, ut haec superflua quae olim cedebant particularibus Ecclesiis, nunc cedere deberent in utilitatem Ecclesiae generalis. Et in hunc finem iam existit Congregatio *Spoliorum,* adnexa s. Congregationi de Propaganda Fide, ut huiusmodi reditus ab eadem collecti, applicentur sancto Missionum operi pro christiano nomine propagando. Ab hac s. Congiegatione colligitur, praeter superflua ex beneficiis Clericorum et Praelatorum, etiam quidquid Clerici ex illicita negotiatione collegerunt , et reditus vacantium beneficiorum, praelevatis onerum expensis. Utinam Congregatio haec consequi valeret quidquid Clerici de superfluis beneficiorum relinquunt! Tunc enim facilius Apostolica Sedes suppetias mittere posset missionariis qui saluti animarum consulunt in longinquis regionibus; quique iaepennmero egestate pressi aut missionem derelinquere coguntur,, aut minimam animabus afferre utilitatem! Clara obligatio est ex ss.Canonibus et ex Apostolicis constitutionibus ; sed heu ! contraria pedetentim inolescit consuetudo ! qua praesumunt clerici disponere posse , de rebus quae probabilissime non sunt in ipsorum dominio, aut si essent, tamen erogare tenentur viventes in causas pias, et praecipue in pauperum subsidium. Tutior, sed vero, securior et iuri conforrûior est sententia qnae tenet Clericos non habere dominium in bonis beneficiorum superfluis: et omnis consuetudo de eis disponendi, aliter quam ad causas pias, damnanda est veluti illicita et ut corruptela. Quae minime ab Apostolica Sede probatur, sed tantum

Disceptatio Synoptica.

QITAE ADVERSANTUR ORATORI. Precibus ab Oratore porrectis obstare videtur, in primis notissimum in iure principium', illegitimos omnes ab ordine suscipiendo arcendos esse; quemadmodum constituitur ex Glossa ***in cap. ult.vers. Defecto hoc tit. in 6.*** Idque multiplici ex capite rationabile scatet. Primo ob Ordinis praerogativam seu excellentiam, atque dignitatem, unde indignum censetur, ut conferatur personis tam vilibus, infamibus et quae notam turpitudinis contraxerunt ***Cap. Inter dilectos 11 de excess. Praelat.*** Deinde ob detestationem, atque execrationem paterni criminis, quod punitur in filio, ut per hoc puniatur ipsemet

toleratur, ne ingibus litibus occasio detur ; ex quo difficile esset iudicare an haec vel illa dispositio sit de bonis superfluis. Ad rem facit *cap. cum iam dudum 18 de praebend.* u cum multa per » patientiam tolerentur, quae si deducta y> fuerint in iudicium, exigente iustitia » non deberent tolerari. » Ecquis in usus profanos convertere audebit bona Ecclesiae, dum bonorum eorumdem clerici ex iure vocentur numquam domini, sed mere dispensatores, administratores et procuratores ? Et re quidem vera canon *Si privatum 28 caus. 12 guest. 1* habet: « Si privatum possidemus, non illa non stra sunt, sed pauperum, quorum pro» curationem quodammodo gerimus, non » proprietatem nobis usurpatione vindi» camus.» Et Synodus Romana ait: «Quia » iuxta ss. Patrum traditionem novi» mus, res Ecclesiae vota esse fidelium, » pretia peccatorum et patrimonia pàu» perum. » Et s. Augustinus *Serm.219 de tempore.* « Quidquid, ait, excepto vi» ctu et vestitu rationabili, superfuerit, y> non luxuriae reservetur , sed in the» sauro caelesti per eleemosynam repo» natur; quod si non facimus, res alienas » invasimus. » Et Graudentius de Sermone Villico ait : « Nobis credita est dispen» satio facultatum Domini Nostri, vel n ad utendum eis sufficienter, vel ad » distribuendum conservis ; ideo non li» cet nobis eas in expensas usurpare » superfluas , cum sit erogationis ratio » Domino venienti reddenda. » Et s. Bernardus, ut alios praetereamus ss. Patres, ait: *u* Quidquid, praeter necessarium vi» ctum, ac simplicem vestitum, de altari » retines tuum non est , rapina est. » Duo tandem notare libet. I° Quod etiam illi qui tenent clericos habere dominium in superfluis beneficiorum, tamen pro certo habent eosdem graviter obligari ad eroganda haec bona in causas pias; quod ni faciant a peccato minime excusantur, quamvis in istorum sententia ad restitutionem ex iustitia non teneantur. 2° Quod Apostolica Sedes , ut clericos impellerei ad hoc onus libentius implendum , sustulit eisdem clericis omnem spem de bonis superfluis-, causa mortis, disponendi; prohibendo ne de his testamentum facerent. Et ideo si quid superesset post mortem clerici cuiuslibet, cederet Congregationi spoliorum, ceu haeredi necessario.

pater. ***Arg. 1 Isti quidem §. fin. ff. De eo quod metus causa et c. V er gentis IO de Haeretic.*** Tertio propter incontinentiam paternam, quae timetur in filio. ***Arg. can. Si gens dist. 56,*** et concordat illud vulgatum: ***Saepe solet similis filius esse patri.***

Ex his consurgit alia ratio, videlicet scandalum illorum inter quos illegitimus ordinatus conservatur; simulque, quia indecens est, ut adulteri parentis memoria continuo per liberos in Ecclesia repraesentetur; ***C. Cum decorem 16 h. t.*** iuncto ***Conc. Trid. sess. 25 cap. 15 de Re for mat.*** Hinc tanto difficilius cum illegitimis dispensari solet, quantum eorum origo est turpior ; S. Thomas m ***4 sent. dist. 25 quaest. 5 art. 2 quaest. 3.*** Et turpior profecto dicenda origo illius, qui a personis progenitus est, inter quas matrimonium consistere nullo iure unquam poterat. Quapropter huiusmodi dispensationum exempla nulla, saltem quoad Italiam, habentur, ceu notatum fuit in ***Siracusana Irr^nularitatis 27 Iunii 1857.***

QUAE ORATORI FAVENT. Contra tamen benigno favore excipi videtur petitio Oratoris, si ratio'habeatur, tum de iis quae exposita sunt in precibus, tum de Ordinarii litteris commendati tus. Exploratum enim in iure est, Ecclesiam quamvis illegitimos ab Ordine suscipiendo prohibeat, attamen, nonnullis causis obvenientibus, dispensationem ab impedimento concedere.

Causae vero quibus stantibus Ecclesia dispensationem indulgere solet, respiciunt tum utilitatem Ecclesiae, tum Oratoris mores, tum eiusdem ingenium. At in themate dicendum apprime concurrere causas pro dispensatione obtinenda.

Siquidem, ipso referente Ordinario, certissime constat Oratorem bonum sortitum fuisse ingenium, pietate praeditum esse, et clara divinae vocationis prae se ferre indicia. Insuper Ordinarius addidit, Oratorem gratia dignum, « quia > eius Mater post publicam causam, ad meliorem frugem

» reversa, scandalizatam olim a se parochiam vita exem-
» plari multis ab annis aedificat. »

Neque obiiciatur scandalum oriri si, dispensatione indulta, Orator ad Sacros Ordines promoveatur: quandoquidem ex Uteris Ordinarii scatet, Oratorem scripto promisisse se, ad evitandum etiam scandali periculum, commoraturum fore aliquo tempore in aliena Dioecesi, usque dum Ordinario, non placuerit illum in Dioecesim originis revocare.

Cum igitur causae in themate praesto sint ad dispensationem concedendam, cum periculum scandali, si forsan adsit, removeri facile possit, cum pariter Ordinarius commendet Oratorem tamquam gratiae dignum, rationabile videtur preces Oratoris favorabili responso dimittendas esse, praecipue quia a s. Congregatione iisdem in casibus maxime attendi soleat Episcopi votum.

Quibus praenotatis, quaesitum fuit quomodo preces Oratoris dimittendae essent.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Concilii, re discussa, die 19 Ianuarii 1884 respondit:

Attentis etc. pro gratia dispensationis et habilitationis ad suscipiendos Sacros Ordines usque ad presbyteratum inclusive, facto verbo cum SSmo.

LITTERAE in forma Brevis SSmi D. N. LEONIS XIII ad R. P. Iosephum Pothier, Monachum Congregationis Benedictinae Solesmensis quoad librum Gradualem cantus Gregoriani ab eodem exaratum. (1)

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili Religiose Vir,
Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Redditum fuit Nobis a Ven. Fratre Nostro Iohanne Baptista Cardinali Episcopo Tusculâno opus musicae a vobis in lucem editum, tum propter illa quae spectatissimus Vir nobis significavit, libenti gratoque animo accepimus. Agnovimus enim, Dilecte Fili, vos solertem operam dedisse explicandis et illustrandis veteribus musicae sacrae monumentis , omnemque diligentiam adhibuisse , ut illorum accuratam rationem et formam, ex antiquis lucubrationibus a maioribus vestris magna cura servatis, artis musicae cultoribus exhibeatis. Hac in re, Dilecte Fili, non solum laudandam ducimus industriam vestram, quae in opere difficultatis et laboris pleno plurium annorum curas insumpsit, sed etiam egregiam voluntatem vestram erga Romanam Ecclesiam, quae genus illud Sacrorum concentuuui, qui S. Gregorii M. nomine commendantur, magno semper in honore habendum iudicavit. Quapropter Nos impense cupimus ut hae Nostrae litterae vobis sint testes commendationis, qua praeclara studia vestra historiam, disciplinam, decus musicae sacrae spectantia tanto magis prosequimur, quo magis adversorum temporum asperi tatein eluctantes , honori religionis et Ecclesiae strenue famulari contenditis. Adprecantes autem clementissimum Deum ut virtutem vestram sua potenti gratia roboret , quo in dies magis lux eius luceat coram hominibus, Apostolicam Benedictionem in auspicium coelestium munerum et in pignus paternae Nostrae dilectionis, Tibi,

(1) Statim ac in lucem prodierunt primae Litterae per gallicas ephemerides , quamplurimi sibi suadere studuerunt, SSmum Patrem per has probavisse liturgicum cantum , quem in suo Graduali libro exposuerat P. Pothier; tamquam excerptum a veris et genuinis g. Leonis Magni documentis. Sed vana suasio haec fit per alteras, quibus solemniter declaratur , librum Gradualem Patris Pothier laudibus elatum fuisse permaximae eruditionis gratia quoad vetnstam musicam sacram ; sed pleno in suo robore permanere pontificias dispositiones quibus S. Rituum Congregationi commissum fuerat ut curaret, editionem cantus liturgici gregoriani, quae iamdiu confecta fuit ítatisbonat!. Habes huinsmodi dispositiones Vol. X pag. 157, Vol. XI pag. 288, Vol. XV, 507 har ephem.

Dilecte Fili, cunctisque religiosis sodalibus tuis peramanter in Domino impertimus,

Datum Romae apud S. Petrum die 8 Martii an. 1884, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

LEO PP. XIII.

Dilecto Filio Religioso Viro Iosepho Pothier 0. S. B. Solesmes in Gallia.

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili Religiose Vir,
Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Quamquam Nos ad tuam epistolam rescribentes quam die 24 Decembris anno superiore dedisti, in tua tuorumque industria commendanda quam explicandis et illustrandis veteribus musicae sacrae monumentis attulistis opus Gradualis a vobis editi unice spectaverimus, tamquam opus ad historiam et disciplinam seu scientiam musicae sacrae pertinens et eruditionis gratia institutum uti ex Nostris litteris patet, tamen ne litterae illae occasionem falsis interpretationibus praebeant , Tibi dilecte Pili , significandum in praesens censuimus , Nos in iisdem litteris ad Te datis non eam mentem habuisse ut vel minimum a Decreto per Congregationem Nostram Sacris Ritibus praepositam die 10 Aprilis anno superiore auctoritate nostra vulgato, cuius initium *u* Romanorum Pontificum sollicitudo » recederemus, nec consilium Nostrum fuisse opus Gradualis Nobis oblati ad Liturgiae sacrae usum approbare, quam in rem opus ipsum accurato examini memoratae Congregationis ut moris est Apostolicae Sedis in huiusmodi negotiis, necessario fuisset subiiciendum. Hac mente Nostra Tibi significata qua memorati Decreti vim firmam ratamque esse decernimus , Apostolicam Benedictionem in pignus paternae dilectionis , et in auspicium caelestis praesidii Tibi tuisque, Dilecte Fili, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 3 Maii an. 1884 Pont. Nostri Anno Septimo.

LEO PP. XIII

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

ALBIEN.

SUSPENSIONIS.

Die 1 Septembris 1883 et 19 Ianuarii 1884.

COMPENDIUM FACTI. Oborta quadam controversia inter Parochum M. Dioecesis Albiensis, et fabricae Ecclesiae administratores, Archiepiscopus occasione capta visitationis Dioecesis, eidem finem imponere curavit. At res ad optatum effectum perduci non potuit. Quandoquidem Parochus nimis aegre ferens novam electionem trium administratorum, omnem lapidem movit, ut eam impediret et electionem aliorum trium promoveret; quod cum obtinere non posset ita impedire illam curavit, ut iuxta leges gallicas ad Archiepiscopum devolveretur.

Hic vero cum nihil haberet contra tres priores administratores, decreto suo eos iterum designavit, atque Parocho imposuit decreti promulgationem. Verum Parochus Archiepiscopi mandatis obtemperare renuens, modo subreptitio a Vicario generali aliud obtinuit decretum, priori oppositum, quod deinde inter Missarum solemnia, non sine populi summa admiratione, evulgavit, non obstante etiam prohibitione facta ab ipso Vicario post deceptionis cognitionem.

Huius inobedientiae causa vehementer dolens Archiepiscopus, Parocho denegavit confirmationem novorum administratorum, eidemque iterum imposuit prioris decreti promulgationem. Attamen hisce novis iussionibus Parochus non solum restitit, verum etiam audacior factus, mandavit thesauri custodi, qui exclusus fuerat, ut rationem redderet anteactae gestionis, ipsoque reluctante, in ius rapuit coram civili tribunali.

In posterum plura idem Parochus peregit, quae Archiepiscopo haud arriserunt. Quapropter remoto prius Parocho ab excipiendis confessionibus quarumdam Monialium in Paroeciae finibus existentium, utpote quae nolebant amplius eidem peccata sua confiteri, nec non alibi translata, ad instantiam Parochorum districtus ecclesiastici , sede suarum collationum, eo quod nollent accedere ad Paroeciam Parochi M. Archiepiscopus cupiens tandem aliquando finem imponere scandalis in ipsa Paroecia enatis, iussit canonicum processum confici in Curia contra Parochum eumdem.

Instituto igitur tribunali iuxta leges synodales Dioecesis Albiensis, receptisque denunciationibus et depositionibus, unica peremptoria citatione diei 25 Iunii 1882 vocabatur Parochus M. coram ecclesiastico tribunali, ut se defenderet a variis imputationibus quoad modum agendi cum suis paroecianis, qui aegro animo tolerabant eumdem esse parochum.

Attamen Parochus statuta die loco defensionis, ante litis initium libellum obtulit recusationis iudicis, et ad s. Sedem appellavit. Hac vero recusatione non obstante, tribunal Curiae, iterum rogato Parocho ad comparendum die 18 Iulii, eoque renuente et reclamante, eadem die sententiam eidem inimicam tulit, per quam privatus fuit titulo Vicarii foranei, cum omnibus eiusdem tituli praerogativis, facultate verbum Dei praedicandi, et sacramenta administrandi per q u indeci m annos.

Ab hac sententia Parochus recursum habuit ad S. C. C. petens ut nulla declararetur sententia, et ut appellatio servaretur etiam in suspensivo. Et simul ac rescivit suam appellationem servatam esse in suspensivo, gaudio repletus, talia edidit laetitiae signa, ut populus scandalo afficeretur. Archiepiscopus omnia retulit s. C. Congregationi; quae eidem rescribens iussit iniungere Parocho, ***ut ob scandalum fidelibus oblatum per publicas laetitiae démonstrations, perageret exercitia spiritualia diebus octo in aliqua pia domo, determinanda ab ipsomet Archiepiscopo, qui graviter moneat insuper eumdem "arochum ut a similibus abstineat sub comminatione suspensionis a divinis.*** »

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO PAROCHI. Affirmavit orator esse in iudicio Curiae vitia nullitatis, et iniustitiae. De vitio nullitatis dubitari non posse, ait, quia ordo iudiciarius servatus non fuit; qui omnino servandus erat non modo in forma sed etiam in censura, quoties utraque grave afferat detrimentum. Van-Espen ***Ius. Eccl. de censuris eccl. num. IO*** - ibi - « Et > quidem, sicut beneficiatus a suo beneficio deponi, aut in » eius pacifica possessione impediri vel turbari nequit, nisi » ex iusta et canonica causa et servato iuris ordine, ita > nec a functionibus, beneficio adnexis suspendi potest, nisi > iusta de causa ac servato iuris ordine: sive haec suspen- » sio infligatur per modum poenae, sive per modum cen- » surae: quandoquidem tam per unam quam per alteram » beneficiatus in possessione sive exercitio sui beneficii im- > pediatur seu turbetur. »

Atqui iudiciarium ordinem frustra in causa requiri ait orator: nihil aliud enim inveniri potest quam accusatio et sententia sine praevia iudiciali inquisitione, et probationibus. Dies reo dicitur : hic declinatoriam exceptionem opponit. Prius de hac exceptione decernendum erat, deinde de principali causa disputandum. At una eademque illa die decima Iulii reus sistit , iudex exceptionem reiicit ac sententiam profert etiam in causa principali, postridie vero reo nuntiat se super accusationibus iam sententiam dedisse, eumque vocat non ut se defendat, sed ut audiat sententiam. Siccine - quaerit orator - iuris ordine servato, proceditur ut parochus quousque vivat ab officio deiiciatur?

Neque obiicere iuvat agi in themate de vera suspensione, quae omnino differt a privatione: nam suspensio quindecim annorum, inflicta seni quatuor supra sexaginta annos nato, adimit officii munus, ex quo complectatur omne reliquum vitae tempus : et suspensio haec , ratione aetatis, aequiparari potest privatione Iuxta hanc sententiam Lucidi

de Visit. ss. IL tom. 1. cap. 3 n. 265 edit. 1883 ait, definitas fuisse duas causas, inibi summatim enucleatas; ex quibus constat esse S. C. Concilii praxim, ut suspensiones perpetuae, quae sunt merae privationes non ferantur, nisi praemissis monitionibus, aliisque solemnitatibus ad mentem ***Trid Sess. 21 cap. 6.***

Verumtamen Albiensis Curiae in hoc iudicio non exhibuit nec monitiones, nec probationes ; dum pia Mater Ecclesia iuris rigorem moderando numquam plecti patiatur, nisi paterna monita et charitatis consilia praecesserint. Omnem autem defuisse legitimam probationem patet; nam testimonium vicarii adiutoris omnino spernendum est, quia vicarius agit personam accusatoris ad captandam paroeciae successionem potius quam testis.

Insuper actus ille, cui quamplurimi cives Archiepiscopi gratia subscripserunt, nihil certum ac definitum de singulis accusationum capitibus complectitur: et maiore testium numero eliditur qui pro parocho dixerunt. Praeterea sive haec, sive alia quae a Rmo Archiepiscopo in medium proferente insanabilem iudicii nullitatem purgare nequeunt. In poenali enim iudicio testium ***nomina*** atque eorum ***testimonia*** edenda sunt, ***iudiciali ritu*** exploranda, ac praesenti reo ante omnia subiicienda, ut ille exceptionem afferre, testes in contrarium producere, ac se defendere valeat. Gregorius Pontifex ***in cap 2 de testibus §. Et hic;*** Schmalzgrueber ***par.*** 3 ***tit.*** 20 ***num.*** 82; Rota ***in dec. 103 cor. Montica num. 1 seqq.*** — ibi — « fuit conclusum testes inductos ad proban- » dum conclusiones propositas pro parte etc. nullam fidem » facere, quia cum pro informatione Curiae in causa cri- » minali fuerint examinati, parte non citata, non solum » non probant in hoc iudicio civili, sed neque etiam in cri- » minali, nisi servatis servandis fuerint repetiti. » Qua de causa nihil proficit secreta inquisitio ab Ordinario peracta; dum non probatur quod sententiam praecesserit; insuper inquisitio haec parocho incognita fuit. Sed petiit defensor, quinam testes, quaenam et quomodo deposuerunt? Omnia la-

tent. Poterat quidem Curia per secretam inquisitionem ''va-dum prudentiae causa tentare antequam accusationem et iudicium aggrederetur: sed cum poenale iudicium institueret, vel ipsos testes vel alios iudiciali ritu expendere debuisset, quod cum omiserit, omnia nullitate laborant.

Neque Curiam obiicere posse contendit se antequam sententiam ferret, parocho diem dixisse ut se defenderet: hunc autem defensioni nuntium misisse quia ad Sanctam Sedem provocans iudicem declinavit. Primo enim Curia ipsa hanc parocho necessitatem fecit, ipsum ad se defendendum appellans qui se defendere non poterat, cum accusationis fundamenta ignoraret. Praeterea antequam reus se defendat, probationis onus in accusatorem incumbit, qua deficiente, reus respondere non debet. Ante igitur quam Curia parochum ad respondendum vocaret, legitima inquisitio indicenda atque ineunda erat, parocho praesente, ut omnia nosceret et probationes probationibus opponeret, prout iussit Innocentius III ***in Concilio generali cap. Qualiter 24 de accusat.*** « De-
» bet igitur e^se praesens is contra quem facienda est in-
» quisitio, nisi se per contumaciam absentaret, et expo-
> nenda sunt ei illa capitula de quibus fuerit inquirendum
> ut facultatem habeat defendendi se ipsum, et non solum
» dicta sed etiam nomina ipsa testium sunt ei (ut quid et
> a quo sit dictum appareat) publicanda. »

His de nullitate expositis, de iniustitia disseruit parochi defensor, quam non minus evidentem censuit. Ex iure enim notissimo ad poenam suspensionis ad quindecim annorum lapsum productam gravia crimina requiruntur; Pignatell. ***Consult, canon. to. 10 cons. 10 num. 4;*** Benedictus XIV ***de Synodo lib. 7 cap. 44 num.*** 3 - ibi - Suarez ***de cen-***
> suris disp. 4 sect. 4 num. 7; Vasquez ***in I. 2 disp. 158***
> num. 49; Layman ***lib. 1 etc.*** docent suspensionem a di-
» vinis seu ab officio et beneficio ad longum tempus, atque
» interdictum, etiam personale, nisi partiale sit, sed inte-
» grum et totale, nec valide propter culpam levem, nec
> prudenter lethalem quae gravioribus non adcenseatur, ir-

> rogari. Quamvis igitur Episcopus ordinariam potestatem
> habeat ferendi censuras, easque in suarum constitutiones
> transgressores decernendi, non tamen expedit ut hunc
> suae potestates gladium exerat, nisi ad coercenda gra-
> viora crimina. >

Postea Curiae incriminationem expendit, atque alias accusationes in iudicio reperiri contendit, alias in Uteris, atque omnino extra iudicium. Iudiciales accusationes ex prima ad sextam nil aliud respiciunt quam vel iniuriosa verba vel contumelias quibus parochus factiosas ac turbulentas mulierculas affecisset. Octava parochum redarguit quod portam cuiusdam sacelli accludi postulaverit. Decima quod fervente iudicio dixerit: archiepiscopalis Curia ***ignaviter*** me timet ! Undecima quod cunctis molestum se praebuit per suas agendi rationes abnormes. Haec omnia vero, ait defensor, facili modo queunt commeatitia demonstrari. Unum adiecit: quod huiusmodi accusationes etsi verae essent, vel ad monendum vel ad obiurgandum, vel ad levissimam forte poenitentiam sufficerent, minime vero ad eam suspensionis poenam infligendam, quae in parochi aetate privationi aequiparatur.

Silentio demum se omittere non posse , ait, atrocissimum crimen, quo presbyter notatur scilicet quod haereticis faveat. Respondendum scilicet sibi censuit non ex necessitate, quia accusatio haec incredibilis inter iudicii capita non continetur, atque in literas coniecta est ; sed ad honorem vindicandum. Illa quidem ab accusatore ipso repudiatur qui si veram putasset, in iudicii momentis non emisisset. Sed quomodo, ait, responderi poterit, cum Archiepiscopus nihil probet? De sacerdote agitur qui in ministerio consenuit, ac maxima cum laude semper officio perfunctus est, ceu plurimi testes asserunt. Conclusit igitur quod pleraque accusati onu m capita tam levia sunt ut, etsi probarentur, longae suspensionis poenam non admitterent : tria vero graviora qualibet probatione destituuntur: atque ideo et nullitate pariter et iniustitia albiensis Curiae sententia corruit.

DEFENSIO CURIAE. In primis enim quoad priorem partem

ipsius sententiae, qua nullius valoris declaratur recusatio iudicis a Parocho M. facta, observari potest notissimum esse in iure quod exceptio a reo obiecta, nisi probetur, inefficax censeatur sive ad forum declinandum, sive ad declinano um iudicium, sive ad illud differendum, quia exceptio non probata impune spernitur ***L. In exceptionibus 19 ff. L. Agere et sequenti 1 et 2 ff\ de excepi.*** Iamvero in casu Parochus M. licet dixisset se iudicem recusare, quia sibi suspectum ob plures et graves causas, tamen nullam huius suae assertionis probationem dedit , nullum speciale factum praebuit e"; quo inimicitia deduci potuisset. Merito igitur tribunal Curiae reiecit Parochi recusationem.

Neque dicatur, iudicem allegatum uti suspectum, non posse sententiam ferre a seipso super suam recusationem, sed potius arbitros constituere debere. In primis enim huic accusationi in casu occurrit ipse Vicarius generalis aiens: culpae ipsius Parochi esse tribuendum si arbitri haud constituti fuerunt. Praeterea animadvertendum occurrit quod iudex recusari non possit ex qualibet causa recusanti benevisa, sed ex iusta, legitima et rationibili tantum causa , Pacian. ***de probat, lib. 2 cap. 45 num. 42;*** Fari n. ***dicto verbo iudex n. 805;*** hinc, ut observat idem Fami. ***num. 806,*** « quando iudex recusatur ex causa suspicionis notorie » frivola et frustratoria, tunc potest reiici a iudice recusa- » to, et ea non obstante ad ulteriora procedi , absque eo » quod arbitros eligat. »

Porro frivolam et frustratoriam fuisse recusationem a Parocho M. obiectam, nemo est qui non videat. In primis enim Parochus habere praesumpsit ius recusandi Vicarium generalem, qui iudex erat in causa , ob inimicitiam personalem, quam fovere censuit Archiepiscopum contra ipsum. Iamvero inimicitia personalis non potest extendi ab una ad aliam personam. Eo vel magis in casu cum Archiepiscopus fateatur nullam in processu partem habuisse.

Sed insuper neque dici verosimiliter potest Archiepiscopum parochum M. adversari ex eo quod nluries in eum ani-

madverterit, quia hoc non fecit ex malo animo et odio, sed ex proprii officii necessitate. Ita revera si idem Archiepiscopus, alium confessarium monialium loco Parochi deputavit, et alibi transtulit sedem collationum parochorum districtus, hoc fecit ad eorumdem instantiam. Iamvero si ex hisce rebus liceret inimicitiam Superioris arguere, facile omnes possent Superiorum auctoritatem declinare, eos tamquam suspectus recusando. Ceterum Parochi M. potius amicus dici debet Archiepiscopus quum eum per quatuor annorum spatium toleraverit. Frivolae igitur cum sint causae recusationis a Parocho allatae, merito contemptae fuerunt a tribunali ecclesiastico. Reiecta vero Parochi recusatione sponte sua sequebatur reiiciendam esse etiam interpositam appellationem.

Concilium enim Tridentinum in ***Sess. 24 cap. 20 de Reform,*** expresse statuit ut « causae omnes ad forum ec-
» clesiasticum quomodolibet pertinentes. . . in prima in-
» stantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscan-
» tur. . . nec antea aliis committantur, nec avocentur, ne-
» que appellationes ab eisdem (partibus) interpositae per
> superiores quoscumque recipiantur, eorumque commissio
» aut inhibitio fìat, nisi a definitiva vel a definitivae vim
» habente, et cuius gravamen per appellationem a definitiva
> reparari nequeat. »

Hoc autem speciatim repetit in ***Sess. 13 cap. 1 de Reform,*** pro causis criminalibus et habilitatis vel inhabilitatis. Ibi enim postquam Episcopis tradiderit onus invigilandi super moribus et agendi ratione subditorum, eosque puniendi, ubi necessarium invenerint, praevidens reos criminum plerumque ad evitandas poenas et Episcoporum subterfugiemla iudicia, querelas et gravamina, simulare et appellationis difiugio iudicis processum impedire, ne remedio ad innocentiae praesidium instituto ad iniquitatis defensionem abuterentur, statuit et decrevit ut « in causis visitationis et cor-
» rectionis, sive habilitatis et inhabilitatis : nec non in cri-
» minalibus, ab Episcopo seu illius in spiritualibus Vicario

» generali ante definitivam sententiam ab interloquutoria » vel alio quocumque gravamine non appelletur, neque Epi- > scopus seu Vicarius appellationi huiusmodi tamquam fri- » volae deferre teneatur, sed ea. . . non obstante', ad ulte- > riora valeat procedere. » Iure suo igitur usus est Vicarius quando una cum recusatione reiecit et appellationem a Parocho M. interpositam.

At non solum prior, verum etiam altera sententiae pars, quae meritum attingit, confirmanda videtur. Sane Concilium Tridentinum ***Sess. 21 cap. 6 de Reform.*** Episcopis mandavit ut procederent etiam tanquam Apostolicae Sedis delegati, contra imperitos parochialium ecclesiarum rectores, etsi honestae vitae sint. M<>net hinc Barbosa in ***Collectanea Doctorum ad cit. cap. Con. Trid. num. 4,*** quod Episcopis huius praescripti ratione ex munere incumbit explorare peritiam Rectorum, curam animarum exercentium, quia praeter honestatem morum in ipsis requiritur sufficiens ad recte obeundum tantum munus, quod iura vocant artem artium ***cap. Cum sit de aetat. et qualit.,*** Rota ***dec. 23 num. 2 in princ, apud*** Farinae, ***p. 1 in posthum.*** Quamobrem huiusmodi Concilii decretum non permissionem continere ait, sed praeceptum sub mortali obligans.

Iamvero, sub imperitorum et illiteratoium nomine in casu venire videntur non solum qui ***speculativa,*** sed etiam, ex paritate rationis, qui ***practica,*** ut aiunt, scientia carent; qui nimirum vel ob experientiae aut culturae defectum aliamve causam habiles non sunt rebus, eâ qua par est prudentia et consilio , gerendis ; seu uti generali loquutione agit Concilium de his ***qui sacris minus apti sunt officiis. «*** Im- > periti, prosequitur Barbosa loco citato, ad hunc effectum » dicuntur illi, qui inhabiles sunt ad exploranda ea, quae > incumbunt muneri ac oneri beneficii, quod habent, et se- » cundum dignitatem, statum et officium ad quod assumun- > tur. » Si igitur Episcopis constet, aliquem Parochum talis imperifiae et inhabilitatis esse, non solum possunt, sed imo debent contra ipsum procedere eumdemque a curae exer-

citio sive in temporalibus sive in spiritualibus suspendere, quod reapse confirmatum fuit a S. **C.** O. in ***Taurinen- Suspensionis 2 Iulii 1855.***

Res igitur cum ita sint, prono alveo fluit, sententiam Curiae sustinendam esse. Dubitari enim non potest de sententiae veridicitate, tum quia innititur plurimoi um testimonio; et nota est regula qua docemur, in qualibet causa ad legitimam probationem plenamque fidem faciendam satis esse duos testes probatae vitae, omnique exceptione maiores ***L. Ubi numerus de test, et attesi.*** Can. ***Si teste §. Ubi numeris auaest. 3*** Cap. ***Licet universis de test, et attest.*** Reiffenstuel ***lib. 2 tit. 20 eod. tit. part. 8 n. 331;*** tum etiam quia in casu agitur de factis notoriis et publicis, quae non egent demonstratione, ***Cap. 3 de test, cogend. Cap. 9 de accusat.***

Nec aliquid in contrarium probare valet subscriptio 512 Parochianorum, qui aut decepti fuerunt, aut erant aetate minores. Neque difficultatem facere potest id quod Parochus asserit; videlicet per spatium 40 annorum iugiter laudabiliter munia sua persolvisse. Siquidem, omisso quod Archiepiscopus de veritate huius assertionis dubitare videatur, certum est ex diversitate circumstantiarum atque temporum aliquando fieri posse, ut is qui in aliquo loco utilis fuit, deinde in alio minus utilis inveniatur, et ille qui antea habilis ac peritus fuit, tractu temporis, peritiam habilitate mque amittat. Praesumptio igitur, si quae adfuit favore Parochi M. cedere debet veritati factorum.

Alia insuper validissima suppetit ratio pro confirmatione sententiae Curiae , nimirum odium et aversio plebis : quae testimonio quamplurimorum, haud exceptis parochis circumstantibus, eo pervenit ut fideles Ecclesiam deserant, cum Parochus ad praedicandum aut ad alia explenda munera parochialia accedit. Iamvero quoties Parochi gravi de causa bonum animarum amplius non valent operari iuxta ***Cap. 10 Propter malitiam de Renunc.*** et 'iiidentini sanctionem in ***Cap. 6 Sess. 21 de Re f or r»,*** remotione vel suspensione eo-

rumdem, animarum regimini consulendum est. Cuius rei exemplo sunt resolutiones ***in Derthonen. Peinte gr ationis in Paroecia 21 Iulii 1879 ; in Chamberien. eiusdem tituli 26 Iulii 1880*** et aliis. Receptum quidem est apud S. C. C. parochum esse officio suo privandum propter odium et inimicitias parochianorum, si eae iustae et rationabiles sint.

Ceterum quamvis nec valide propter levem culpam, nec prudenter propter lethalem, quae gravioribus non accenseatur, poenam suspensionis irrogari moneat Benedictus XIV ***de Synodo dioec. I. 10 cap. 1 n. 3;*** attamen probe idem Pontifex, ***seq. cap. 3*** perpendit, contingere posse ut res, quae in se spectata levis esse videtur, gravis ob adiunctas circumstantias appareat; quo quidem in casu censuris, si alius non suppetat modus, uti licet Episcopo.

Post haec frustra Parochus lamentatur quod non habuerit monitiones. Omisso enim quod loco monitionum stare poterant anteriores animadversiones, quas ipse ab Archiepiscopo antea habuerat, quando censura consideratur uti poena, monitiones possunt omitti, ut communiter sentiunt DD. Barbosa ***Cap. Pomana de sent. excom. in 6;*** Schmalzgr. ***in Decr. lib. 5 tit. 39 n. 30;*** Reiffenst. ***eod. tit. num. 28;*** Monacell. ***Formul, leg. Part. 3 tit. 2 form,. 8 n. 21>Pi-***gnatell. ***tom. 10 cons. 1.62 num. 1, 16, 17.***

At non solum quoad ***intrinsecum*** verum etiam quoad ***extrinsecum*** sustinenda videtur Curiae Albiensis sententia, quia iuris communis sanctioni conformis. Sane inquisitione super imputationibus a Promotore peracta, institutoque tribunali iuxta synodales leges, reus peremptorie citatur ut se defendat; contumax, iterum vocatur; verum denuo inobediens punitur per prolationem definitivae sententiae. Reus enim contumax ob inobedientiam, habetur pro praesente in suum praeiudicium ***auth. qua in provincia §. eo autem C. ubi de crim. ag. oport.,*** et pro confesso secundum quod ei magis praeiudicii est, ***L. de aetate 11 §. qui tacuit 1 ff. de interro g. et ius facien.,*** Schmalzgr. ***Tom. 2 P. 2 tit 14 n. 54.***

Iusta igitur rectaque cum sit quoad ***intrinsecum*** et ***extrinsecum*** sententia tribunalis Curiae albiensis, sponte sua fluit eam esse omnino confirmandam.

Hisce itaque breviter perpensis, sequens propositum fuit enodandum

Dubiam

An sententia Curiae Archiepiscopalis albiensis, diei 18 Iulii 1882, sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re **cognita** sub die **1** Septembris 1883 respondit:

Dilata et ad mentem Domino Secretario panditam.

CAUSAE PROSECUTIO. Mens s. Congregationis fuit ut Archiepiscopus curaret inducere Parochum ad paroeciam vel permutandam, vel dimittendam cum assignatione aequae pensionis. Antistes mandata faciens dedit parocho optionem inter pensionem libellarum 1200 et aliam paroeciam, alteri praeferendam.

Attamen parochus, reiecta paroecia oblata, utpote quae inamovibilitate non gauderet, pensionem praetulit quam tamen ut extollentur petiit ad libellas 2150, cum conditione, ***sine qua non,*** ut sibi in posterum relinqueretur libera facultas concionandi et recipiendi confessiones, veluti ac si parochus adhuc existeret.

Archiepiscopus renuit augere oblatam, pensionem, quae, ait sufficere potest parocho, qui aliunde fortunae bonis haud caret. Noluit pariter aliam eidem conferre paroeciam inamovibilem, ut facilius medela afferri posset, quatenus parochus in nova paroecia veterem agendi rationem sequeretur. Qua de re quaestio in eodem statu permansit; et idem denuo enodandum propositum fuit

Dubium

An Sententia Curiae Archiepiscopalis albiensis, diei Ì8 Iulii 1882 sit confirmanda vel infirmanda in casu,

•**Resolutio**. Sacra O. Concilii, sub die 19 Ianuarii 1884, iterum discussa quaestione, censuit respondere: « ***Sententiam esse confirmandam iuxta modum: nempe cohibita suspensione ad annum tantum.*** »

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Quum invitus reus in iudicium rapiatur, ideo oportet eum vocare ad iudicem, cui ius est eum vocandi et cogendi : sive vocandus est reus ad iudicem, proprium, qui in reum habeat iurisdictionem.

II. Dari tamen ex iure, etiam reo arma ad se defendendum ; quia hic uti valet exceptionibus ad iudicem declinandoli, vel iudicium differendum.

III. Reum declinare posse iudicem; duabus ex causis: nempe uti incompetentem aut illegitimum vel quia suspectus sit ex gravibus inimicitiis cum ipso reo; sed onus reo incumbit formiter probandi, eiusmodi exceptiones levi cuilibet haud inniti causae, sed legitimae et rationabili ; aliter exceptio reiicitur a iudice recusato.

IV. In themate leves, et probatione carentes fuisse exceptiones iudicis declinatorias visum est: hinc iure suo usus est iudex reiiciendo exceptionem et appellationem a parocho interpositas.

V. Ex Tridentino ***Sess. 21 Cap. 6 de ref.*** consulendum esse regimini animarum per remotionem aut suspensionem parochorum, qui gravi de causa bonum animarum amplius operari non valent.

VI. Ob inimicitias et odium parochianorum parochum officio suo privari iure posse, doceri a S. C. Congregatione per quamplurimas resolutiones.

VII. In themate, ex testium depositionibus, videri non posse dubitari de inimicitiis et odio quamplurimorum ex populo erga Parochum; cuius sacrum ministerium ita apud eosdem viluit, ut Ecclesiam desererent cum concionare inciperet.

VENAFRANA

IURIUM CANONICORUM HEBDOMADARIORUM

Die 19 Ianuarii 1884.

COMPENDIUM FACTI. In cathedrali Ecclesia venafrana triplex distinguitur canonicorum ordo. Tres dignitates aliique Canonici, qui ***praebendati,*** fortasse ex pinguiori praebenda vocantur, primam classem efformant; alteram accessori a m constituunt Canonici qui ***hebdomadaria*** dicuntur; tertiam denique inferiorem ii Canonici complent qui ***supranumerarii,*** seu ***expectantes*** nuncupantur. Porro supranumerarii, quamvis Canonici vocentur, tamen ordinarium beneficiatorum seu portionariorum Collegium constituere videntur. De hisce enim hebdomadarii affirmant, semipraebendâ donatos esse, et aliarum ecclesiarum portionariis coaequandos; et Episcopus testatur eosdem in inferiori chori stallo sedere.

Vicissim ex primo canonicorum ordine ex praebendatis nempe et dignitatibus, Capitulum proprie dictum confici, stallum in choro et vocem in Capitulo plene habens, aliisque honoribus Capitulo propriis omnimode fruens, extra dubitationis aleam positum aeque videtur. Ast non ita de hebdomadariorum statu dicendum. Quamvis enim S. C. C. ad eumdem definiendum non semel animum intenderit, et praesertim anno 1680 et iterum, XX propositis dubiis, anno 1746; tamen res undequaque definita non fuit, et hodie iterum quaestiones effervent.

Ex una parte enim constat hosce passim, in vetustis quoque documentis, vocari Canonicos, eorumque beneficium in pluribus, quae afferuntur, institutionis bullis, Canonicatum hebdomadarialem dici. Ipsorum autem officium, ex quo nomen assumpsisse videntur, in choro hoc esset: singulos per hebdomadam per turnum missam conventualem litare, et officium praecinere, saltem usque ad missam (controvertitur enim an teneantur usque ad officii finem); insuper solemnoi-

ribus festis omnes simul choro interesse; et disrnitatibus celebrantibus, Diaconi et Subdiaconi ministerio fungi. Ex immemorabili pariter consuetudine ipsi in choro honoribus Canonicorum propriis cohonestatur, adeo ut non genu sed humeros Episcopo inclinent, eique coniunctim faciant coronam, pacemque a praebendatis successive absque ordinis distinctione accipiant.

Aliunde vero hebdomadarii qualibet voce in Capitulo carent: stailum quidem habent, sed utrum proprium et cum ceteris praebendatis par controvertitur: almutias ex antiqua consuetudine probata a Benedicto XIV habent, ast violacei coloris, dum rubras praebendati induunt. Insuper ad residentiam iuxta praescripta pro Canonicis in Sess. 24 cap. 12 Conc. Tridentini non tenentur. Ita ut, iuxta quidem antiquum morem, in quibus hebdomadis inservire debent, tunc quidem et ad effectum de quo agitur Venafri residere cogantur; non autem aliis anni temporibus. Distributiones ex massa capitulari non percipiunt, neque ipsas, quae pro extraordinariis processionibus impenduntur, ceu definitum fuit in XIII dubio causae anni 1746. Sed neque onus habere videntur sibi constituendi massam propriam distributionum, ceu eruitur ex dubiis 19 et 20 eiusdem causae anni 1746.

Haec igitur omnia pernoscens hodiernus Aeserniae et Venafri Antistes censuit hebdomadarios nonnisi nomine canonicos esse, ast honoribus canonicorum propriis quoad circulum, révèrentias et pacem cumulandes non esse. Orta exinde lite, alia quaedam dubitationum capita definiri Episcopus rogavit, quae in calce leguntur.

Disceptatio Synoptica.

QUAE FAVENT HEBDOMADARIA. Animadversum fuit pro istis militare factum, quod in Constitutionibus synodalibus anni 1591 appellantur canonici. Item in compluribus retroactorum temporum dioecesanis Synodis, Episcopalibus decretis, et Visitationibus (quorum acta in summariis causarum anno 1680 et anno 1746 leguntur) canonicorum nomine

¿ondecorati ipsi inveniuntu'\ Et consentiunt Ughellius ***Be Italia sacra,*** et, quod magis est, S. C. C. in duabus causis superius allegatis, nec non plures Bullae Pontificiae in actis vel exhibitae vel citatae, praesertim vero Decretum Apostolici Nuntii in Regno Neapolitano, et Bulla Pii IX, quibus anno 1852 noviter erecta seu redintegrata est Venafrana sedes a Pio VII iampridem extincta, et Capitulum seu Ecclesia, quae ad collegialem statum redacta fuerat, ad Cathedralis honorem restituta est. Etiam Episcopus quoad nomen ait : etsi aliquando nomen canonicorum illis denegatum fuerit, nunc autem a me et a Capitulo semper vocantur canonici.

Aequa pariter constantia hebdomadariorum praebendae in Lateris Apostolicis et Episcopalibus decretis Canonicatus dicuntur. Et pluribus exemplis adductis demonstratum id fuit. Porro si hebdomadarii canonici eorumque praebendae canonicatus passim et constanter nuncupentur, et cum ordinario respondeant nominibus res, iam praesumendum est, quod hebdomadarii non nomine tenus, sed et re Canonici sint. Eo vel magis quod et alia concurrant indicia.

Et re sane vera hebdomadarii non genu, sed humeros coram Episcopo inclinant, eidemque faciunt coronarli, st pacem a praebendatis successive accipiunt. Ex antiquissimo autem tempore id fieri consuevisse vetera documenta testantur, et species ipsa Venafranae causae anni 1746, nec non ipsum modernum Capitulum in relatione S. C. C. data.

Atqui S. Rituum C. in ***Maceraten. 28 Sep. 1630*** decrevit quod « soli canonici debent facere consuetos circulos ante Episcopum » -; et ***Caerimoniale Episcoporum lib. 1 cap. 18 num. 3*** quoad reverentiam praescribit ut « quo-
> t i es ipsi Canonici transeunt directe ante altare vel ante
> Episcopum, caput et humeros profunde inclinant : benefi-
» ciati et ceteri de clero genuflectere debent, transeundo,
> tam ante altare quam ante Episcopum; » et in ***cap. 24*** quoad pacem decernit : « Regulare est, ut pax detur primo
> cuiusque ordinis . . . qui successive pacem dat alteri sub-

> sequenti, et ille dat alteri. Postquam vero praedictus as-
» sistens **pacem** Dignitatibus et Canonicis ac Magistratui
> dederit, dabit eam alicui Acolytho vel Caeremoniam qui
» ceteris **de** choro distribuit. » Ideoque non genu sed humeros flectere, circulum coram Episcopo facere, pacem successive **a** Capitularibus recipere, signa esse videntur, quod quis in canonicorum numerum vere sit receptus. In facto igitur cum istos honores hebdomadarii possideant iam indicium haud aspernabile haberi videtur quod reapse canonici existant.

Ast non modo honores sed et munera canonicis exclusive propria hebdomadariis competunt. Ipsi enim, quum dignitates celebrant, pro Diacono et Subdiacono ministrare tenentur. Porro S. Rituum Cong. in ***Colonien. 31 Martii 1678*** declaravit : < Canonico solemniter celebranti pro Diacono et
» Subdiacono inservire debere pariter Canonicos, non autem
» Capellanos, non obstante immemoriali contraria consue-
> aldine allegata. » Cuius rei ratio ea potest esse, quam S. C. C. tradidit in ***Secovien. 21 Iulii 1590,*** ne scilicet graduum et ordinum praerogativae in Ecclesia confundantur. **Ne** igitur dicatur quod Venafri per tot saecula abusus hic perduraverit, ut Dignitatibus celebrantibus alii Canonici non ministrarent, affirmandum est quod hebdomadarii veri Canonici sint.

Imo abusive n</n esse inolitum **et** observatum hunc servitii morem, argumentum forsan est decisio data in Venafrana anni 1746, ubi propositis dubiis: < IV. An iidem hebdo-
» madarii teneantur praestare Ecclesiae Venafranae servitium
» .chori cum habitu canonicali iisdem diebus, iisque functio-
> nibus, ac eodem modo, quo tenentur Dignitates et Cano-
» nici praebendati: Et quatenus negative: V. An et quomodo
» teneantur praestare servitium chori in casu. » S. C. respondit: « Ad IV et V teneri tantum iuxta solitum, et
» amplius. » Tandem se habere stall um in choro ceu praebendati, hebdomadarii veluti incontroversum affirmarunt, et **S.** C. C. in parte expositiva Venafranae causae anni 1746 **recognoscere** visa <jst.

Sed et modus, quo hebdomadarii suarum praebendarum possessionem accipiunt, pro ipsis stare videtur: siquidem beneficii Oollator verbis utitur ***canonico hebdomadario stallo in choro, recipi in fratrem :*** receptio in fratrem in actu possessionis clare innuit eiusmodi hebdomadarios esse veros canonicos, minime beneficiatus. Exemplum modi quo ista possessio capitur adstat in causa anni 1746; ubi Clemens XII mandat ut quidam Folgo immittatur in possessionem canonicatus hebdomadarii; et ut recipiatur in fratrem cum stallo in choro et loco in Capitulo ipsius Ecclesiae; cum iuris plenitudine assignati. Ex quibus omnibus igitur cum scilicet et nomen consentiat, et sive honores, sive munera, sive locus, sive modus capiendi possessionem Canonicis exclusive propria in hebdomadarios concurrant, iam dubitari non posse videtur, quod ipsi veri Canonici sint.

^st parumper seposita quaestione an hebdomadarii veri Canonici sint, et inquirentes uti um saltem canonicalibus honoribus cumulari queant, videretur affirmandum. Sane quotidiana praxis, eaque satis vetusta, ceu meminit ***Terracinen.*** seu ***Setina 19 Ianuarii 1788 §. 2,*** docet alios praeter Capitularem admitti in choro posse, vestium, sedium et honorum canonicalium participes, qui ideo canonici de ***honore,*** seu ***honorarii*** vocantur. Idque legitime fieri tradunt post Fa~gnan. Riganti ***ad reg. 52 Canc. Ap. n. 30,*** et S. C. C. in ***Fulginaten.*** diei ***26 Februarii 1639,*** et in alia ***diei 16 Februarii 1788,*** et in ***Ianuen, diei 28 Ianuarii 1837,*** aliaque ***diei 5 Iulii 1867.***

Et quamvis canonicatus de honore, officio aut beneficio ordinarie non inhaereat, sed personae in signum decoris et ad vitam tribuatur, tamen repugnare non videtur ut aliquando honorarii canonicatus in perpetuum erigantur, ita ut qui officium aliquod vel beneficium assecutus sit, eo ipso canonicus de honore quoque evadat. Et huiusmodi canonicatuum erectiones fieri optime posse innuit non modo ***Tropien, die *¿ lanuaHi*** superioris anni coram S. C. C. exagitata ad §. ***Ubi,*** sea ***J*** ^etustior causa ***Nicien. diei 29***

Februarii 1744 ad §. ***4.*** In qua insuper traditum est, iuxta Zamboni ***v. Canonicus honorar. t. 4 conclus,*** neque praefinita, neque omnibus paria canonicis honorariis competere sed « ea tantum iura et honores obtinere eos posse , quae in » illorum canonicatuum erectione concessa ac concordata » fuerunt. »

Quae cum ita sint difficultatem facessere haud videtur, si hebdomadarii in themate canonicales honores consequantur. Constat enim, et superius allata argumenta hoc saltem évincèrent, quod ex remota antiquitate, vel certe a saeculo XV, usque in praesens, canonicales honores constanter ipsi obtinuerint, aut, aliis verbis, quod canonici honorarii de facto extiterint.

Et quamvis quo titulo hoc ius hebdomadariorum coetus possideat, praecise non doceatur, utrum nempe ex primaeva hebdomadariatus erectione, aut ex subsequenti Apostolico privilegio, recolendum tamen est quod heic ¡praesto sijt cons etudo quater ferme centenaria, quin potius immemorialis, quae iuxta DD. praebet « meliorem de mundo titulum et » praesumere etiam facit Apostolicum privilegium etiam in » actibus Ecclesiae praeiudicium divinique cultus decremen- » tum inferentibus » ut post Urbanum VIII ***in const. Romanus Pontifex,*** Barbosa ***de pot. Episc, alleg. 25, n. 72.*** Lieo [ue arctius valere debet in themate, ubi consuetudo Ecclesiae decori et cultus divini incremento consulere potius videtur.

Quod si demum urgeatur Caeremonialis Ep. lex quae adversas consuetudines inolescere non admittit, quaeque contra hebdomadarios stare iudicetur, responderi potest, S. Rituum C. in una ***Hispaniarum 11 Iunii 1605*** declaravisse: « Caeremoniale Ep. non tollere immemoriales et laudabiles » Ecclesiarum consuetudines » et in ***Elboren. 17 Iunii 1606:*** « Decretum diei 11 Iunii 1605 in una ***Hispaniarum.*** » habet locum in omnibus locis Christianitatis ».

Relate ad secundum dubium aequa et iuris congrua hebdomadariorum petitio videtur; superius enim allegata argu-

menta luculenter evincunt non modo non de nere, sed nec posse eos, qui canonici non sunt, ministrari pro Diacono et Subdiacono, cum Dignitates aut Canonici celebrant.

Quoad onus vero missae conventualis cum Bened. XIV in celebri Const. ***Cum semper oblatas*** conventualem missam per turnum quotidie celebrandam esse a canonicis aliisque choro addictis statuerit, videant EE. PP. utrum huic oneri unice ab hebdomadariis satisfaciendum sit tum praesertim cum ipsi canonici esse negentur.

Ad tertium dubium haec recolenda occurrunt. In Venafrana-anni 1746 proposito dubio: « VI. An iidem hebdoma- » darii teneantur in suis respective hebdomadis non solum » missam conventualem canere, sed etiam in officio hebdo- » madariorum assistere omnibus horis Canonicis usque ad » Completorium inclusive . . . » S. C. C. respondit-« Ad VI » et VII iterum proponatur. » Siquidem in actis reperiebantur depositiones in quibus asserebatur hebdomadarios in chorum post missam redire non eonsuevisse.

Neque post causam anni 1746 hebdomadarios in chorum post missam rediisse constat. Isti ad hoc evincendum litteram quamdam Episcopi Rossi, huic S. C. datam sub die 22 Ianuarii 1748, adduxerunt, in qua Episcopus testatur; « Quo » vero ad solitum, ipsos canonicos hebdomadarios choro in- » servisse reperi, et unum ipsorum semper interfuisse eidem > choro usque ad ***Pretiosa,*** deinde Missam canebat, qua pe- » racta, numquam choro rediisse. » Hodie igitur, quaerente Episcopo, utrum hebdomadarii usque ad finem officii in choro permanere debeant; cum consuetudo videatur oneri contraria, iam pro libertate standum esse videretur ex noto principio ***Non est imponenda obligatio, nisi de ea certo constet.***

Circa ultimum dubium necesse est attendere ad ea qu;ie S. C. C. decrevit in Venafrana anni 1746 sub dubiis XIX et XX. in quibus punctaturas non admisit, neque iussit massam constitui per hebdomadarios.

QUAE ADVERSANTUR HEBDOMADARIIS. Ex adverso autem considerari oportet, S. C. C. in causa anni 1746 ad I Du-

bium : « ***An Canonici hebdomadarii Ecclesiae Venafranae perfrui debeant iure canoniae et partem constituant Capituli in casu*** » respondisse : « ***Ad I negative et amplius. »*** Ex quo satis superque constare videtur hebdomadarios non esse canonicos: tales enim non intelliguntur, qui nec iure canoniae perfiuuntur, nec partem Capituli constituunt. In pleniorem cuius rei intelligentiam non parum conferunt quae habet Ferraris ***v. Canonicatus, num. 1:*** «Canonia, vulgo » Canonicatus, est ius spirituale quod provenit ex electione » seu receptione alicuius in Fratrem, seu Canonicum . . . . » Hoc autem ius spirituale, quod praebet Canonia, consistit » primo in iure habendi in choro sedem, vulgo stallum, et » vocem in Capitulo. Secundo consistit in hoc, ut quam pri- » mum facultas sese obtulerit, Canonico eamdem Canoniam » legitime obtinenti, etiam conferatur Praebenda, seu com- » petens portio fructuum canonicalium; ***c. Relatum 9 De » praebend.*** - ibi - Quia non est congruum ut praebenda » careat qui in canonicum noscitur esse receptus____- Si quis > simpliciter in Canonicum receptus fuerit antequam reditus » canonicales eidem assignentur, dicitur habere Canoniam, » hoc est Canonicatum, nondum vero praebendam. Siquidem » praebenda ulterius importat ius ad percipiendos fructu? » annuos Canoniae____unde qui habet utrumque is Canoni- » cus praebend arius appellatur. »

Insuper nomen ipsum contra eos clamat; ceu legitur ad rem in novis additionibus ad Ferraris ***v. Portionarius ii. 1:*** « Sunt in Cathedralibus et Collegiatis beneficiarii qui alibi » portionarii, alibi mansionarii, ***alibi hebdomadarii,*** et alibi » aliter nuncupantur . . . Hi beneficiarii non veniunt no- » mine capituli, neque stallum in choro, neque vocem in » capitulo habent. » Et ita reapse in proximo Neapolitano Capitulo hebdomadarii simplices beneficiati sunt.

Adde quod hebdomadarii Venafranae Ecclesiae qualibet voce in capitulo carent, et proprium stallum non habent. Et quamquam ex angustia chori, hebdomadarii sedeant in nrimo ordine cum praebendatis; isti tamen occupant stalla

prima cum aliqua distinctione qua hebdomadarii non fruuntur. Et si consulatur folium causae anni 1680 inveniri.poterit, hebdomadarios fassos tunc fuisse, ad effectum quidem evadendae legis de residentia, se non habere nec stallurn in choro, nec alias Canonicorum praerogativas.

Hinc videtur quod hebdomadarii in casu non modo voce, sed et sede certa et canonicali in capitulo careant. Porro sicut legitur in ***Tropien. Iurium Canonicalium 20 Ianuarii 1883 §. Ubi*** (1), et apud Barbos. ***De Can. et Dignit. cap. 12 num. 1,*** Reiffenstuel ***tom. 3 de canon num. 57:*** stallurn in choro et vox in capitulo sunt de substantia Canoniae: adeo ut « si per fundationem vel capituli consen- » sum detrahentur iisdem substantialibus iuribus eo ipso > novi Canonici inter meros honorarios recensendi forent. » Et ita quoties agitur de canonicatibus proprie dictis erigendis, restrictiones et reservationes, quae apponi solent, « non » circa substantiam sed circa modum tantummodo exercendi » praedicta iura ac praerogativas incidere possunt. » Et vocem in capitulo numquam penitus tolli, sed tantummodo coarctari consuevisse pro Canonicis posterioris erectionis, non semel docuit S. C. C. sed praesertim in ***Tropien,*** cit. Ideoque concludendum videtur, quod nullo modo hebdomadarii in canonicorum numero sint recensendi. Id descendit quoque ex eo quod ad residentiam non tenentur, sed tantummodo ad chori servitium per turnum iuxta -superius exposita. Canonicis autem Concilium Tridentinum ***Sess. 24, cap. 12 de Reform,*** praescripsit, ut « ***non liceat vigore cuiuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis quolibet anno abesse. »***

Sicut tandem ipsa carentia cuiuscumque distributionis, sive in communi cum aliis, sive de proprio indigitare quoque forsan potest, quod heic cum coetu canonicali agendum non sit, sed cum beneficiariis quibus specialia, onera incumbunt, ceu idem modernus Episcopus autumavit; et iampridem

(1) Adest relata quae tio haec Vol. XV pag. 4ÜÖ.

in causa scilicet anni 1746, autumaverat Archiepiscopus Capuanus scribens in sua ad S. C. C. relatione : « Potius abu-
» sive, quam absolute veros Canonicos, hebdomadarios co-
» gnomi nari consuevit. » Quid post hoc valeant honores et alia quae hebdomadarii in choro consequuntur, facili ratione iudicari potest. Id enim quoque abusive inolitum esse potest.

De hebdomadariorum vestibus autem haec in particulari Episcopus observavit: eas quoad formam aequales esse vestibus canonicorum praebendatorum, quoad colorem vero ab illis distingui. De modo autem possessionem capiendi habetur iurata plurium sacerdotum testificatio in causa anni 1746, quod ad possessionem hebdomadariorum haud adest Capitulum collegialiter, sed adest quando capiunt possessionem canonici praebendati. Quae omnia hebdomadariorum damno coalescere ac vertere videntur.

Ast posito quod hebdomadarii Canonici esse negentur, ratio non apparet cur ex hoc missae conventualis onere liberentur. Etenim si non in documentis primaevae eorum institutionis, in obscura antiquitate latentis, saltem in libris vel vetustissimis qui ***Platea*** nuncupantur, quique descriptionem bonorum ecclesiasticorum civitatis et dioecesis Venafranae anno 1588 confectam praeseferunt, assertum invenitur, hebdomadariis onus imminere decantandi per turnum in Cathedrali Ecclesia Missam conventualem. Neque posterius de hoc munere unquam dubitatum est; neque repugnat ipsum ab aliis impleri qui Canonici non sunt. Ad rem enim Lucidi ***cap. 3 §. 3 num. 132*** « Penes plurima Capitula more
» institutum est, ut Missa conventualis diebus festivis a
» Canonicis, diebus ferialibus a beneficialis seu mansionariis
» celebretur, quam profecto rationem non improbat S. C:
» hisce tamen in casibus eleemosyna pro eiusdem celebratione
» persolvi solet; eleemosyna vero iuxta sanctionem Benedi-
» ctinae Constitutionis ex massa distributionum desumenda
» est. »

Ad tertium dubium dicendum videtur quod hebdomadarii choro adsistere deben + usque ad officii tìnem. Hoc defi-

nitum videtur usque ab anno 1680 cum S. C. C. censuit hebdomadarios ***non teneri ad residentiam, sed ad chori servitium.***

Ad postremum tandem dubium devenientes recolere iuvat quod pecuniariae sive mulctatitiae poenae irrogari iure possunt in quosque, quomodocumque choro addictos, negligentes Ecclesiae servitium, uniformiter ad tradita in ***sess. 22 de reform, c. 3,*** et praesertim in ***sess. 24 de reform, c. 12*** Tridentini Concilii.

Et applicari posse in casu, evincit praeprimis factum S. C. C. quae anno 1693 Episcopo Massa scribebat: « Po-
» stulatis autem respondentes ad primum censuerunt (EE.PP.)
» hebdomadarios cogendus iuris remediis ad psallendum in
» choro, poena etiam pecuniaria, applicanda reparationi Ca-
» thedralis. »

Neque responsio data ad XIX et XX dubium causae anni 1746 ita necessario intelligenda est, ut contradicat iis quae modo superius relata sunt. Siquidem S. C. C. intentio tunc esse potuisset, ut non imponerentur quidem hebdomadariis poenae pro Canonicis statutae, verum aliae etiam pecuniariae quae iis etiam convenire possunt qui Canonici non sunt, ut ad servitium adigantur. Et responsionis verba, quin répugnent, videntur imo in hunc sensum posse optime accipi et explicari.

Hisce animadversis, enodanda proposita fuere

Dubia

I. ***An Hebdomadarii Cathedralis venafranae in casu veri Canonici sint, et eorum praebenda Canonicatus dici debeat; aut saltem Canonicorum honoribus quoad reverentiam, pacem et circulum frui valeant in casu.***

Et quatenus negative :

II. ***Utrum adhuc teneantur ministrari Dignitatibus celebrantibus, et conventualem missam canere.***

III. ***An choro interesse debeant usque ad missam, vel usque ad officii finem in casu.***

IV. ***An et quomodo pecuniariis poenis ad interessendum cogi possint in casu.***

RESOLUTIO. Sacra Cong. Concilii, re discussa, sub die 19 Ianuarii 1884 censuit respondere:

Ad I. II. et III. ***Servetur solitum et amplius.***

Ad IV. ***Affirmative iuxta responsum anni 1693 et amplius.***

Ex **QUIBUS COLLIGES.**

I. Canonicos veros esse qui, praeter canoniam, seu ius spirituale promanans ex electione in fratrem, habent etiam stallum in choro et vocem in capitulo.

II. Eos vero praebendatos, qui hisce requisitis substantialibus careant, nullo posse modo canonicos dici, sed recensendos esse inter meros honorarios, tum ius, tum iurisprudentiam innuere.

III. Veros canonicos ex iure ad frequentiam excitari per distributiones quotidianas et ad residentiam teneri, aiente Tridentino Sess. 24 cap. 12 de ref. ***« non liceat vigore cuiuslibet statuti aut consuetudinis, ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis quolibet anno abesse. »***

IV. Canonicos seu hebdomadarios in themate de facto varias canonicales praerogativas et honores potiri; tamen voce in capitulo, et sede certa in choro destitui ; ad residentiam non teneri, sed tantum ad chori servitium per turnum; quotidianis distributionibus carere; ideoque iure inter veros canonicos referri non posse videri.

V. Attamen quaestionem, toties agitatam de indole horum beneficia torum ceterisque controversiis, relictam fuisse in statu quo ante ; forsan quia hebdomadarii in sui favorem exhibent consuetudinem immemorialem, quae titulum praesumere facit et apostolicum previlegium.

URBANIEN. ET S. ANGELI IN VADO

F ALLENTI ARUM ET DISTRIBUTIONUM

Die 19 Ianuarii 1884.

COMPENDIUM FACTI. In Dioecesibus Urbaniae et s. Angeli in Vado, aeque principaliter unitis, unica existit paroecia in unaquaque civitate apud cathedralem Ecclesiam. Cura autem animarum ab antiquo tradita fuerat quatuor Mansionariis earumdem cathedralium, qui appellabantur Mansionarii Curati et ad normam Tridentini Concilii inst fruebantur, singulis attributo peculiari et certo numero animarum, dicto *Quarterium.*

Nostris vero temporibus cum nonnulli ex Mansionariis Curatis supremum diem obierint, vel aliud adepti fuerint beneficium, Episcopus Urbaniae et s. Angeli in Vado, ob deficientiam Sacerdotum, curam animarum quibusdam Canonicis concredidit, eosque Vicarios seu Oeconomos spirituales instituit iuxta Concilii Tridentini regulas, singulis relicta Mansionaria, una cum annua summa 275 circiter libellarum pro munere parochiali.

Enatis deinde quaestionibus Capitulum inter et praefatos Oeconomos Curatos Cathedralis s. Angeli in Vado, quoad punctaturas et distributiones extraordinarias pro tempore quo isti interesse choro non possunt ob imminens curae animarum exercitium, praelaudatus Episcopus rem detulit iudicio s. Congregationis Concilii.

Disceptatio Synoptica

QUAE FAVENT CANONICIS CURATIS. Canonicos absentes a choro ob exercitium Curae animarum pro praesentibus haberi et lucrari quotidianas distributiones eruitur ex Tridentino in ***Sess. 22 cap.*** 3 - ibi - « Quod si alicui ex praedictis
> dignitatibus... cura animarum, immineat... tunc pro tem-
> pore, quo in curata Ecclesia ^sederit ac ministraverit,

> tamqu.un praesens sit ac divinis intersit, in Ecclesiis cathedralibus, ac collegiatis habeatur. » Concilii Tridentini sanctio firmatur et explicatur a Benedicto XIV in ***Instit. Ecclesiast. 107 § 56,*** ubi ait : « Qui habet curam animarum » in ea Ecclesia in qua est Canonicus, si toto tempore oc- » cupatur actu in exercitio eorum quae spectant curam ani- > marum distributiones quotidianas obtinet ».

Ex hisce igitur pronum est deducere Oeconomos Curatos in themate dum exercitio curae animarum incumbunt Ecclesiae cathedrali imminenti percipere posse quotidianas distributiones; quod idem est ac non subiacere punctaturis. Nam ipsae eaedem leges, quae vigent pro distributionibus vigere censentur etiam quoad punctaturas, uti S. C. C. pluries declaravit, praesertim vero in ***Farfensi Distribution. 20 Decembris 1738, in Eugubina Punctaturarum 5 Aprilis 1783.***

Imo non tantum quotidianas verum etiam extraordinarias distributiones percipere debere Canonicos Oeconomos docet Scarfantonius in, ***lib. 2 tit. 10 n. 9 et seqq. -*** ibi - « Et » eo magis certa Capituli persona, cui dumtaxat immineat » cura animarum cumulanda est distributionibus, si divino- » rum tempore parochialia munia exerceat... Accipe de qui- » buscumque distributionibus, tam ordinariis quam extraor- » dinariis ita contra Bonae, ***de distrib. d. 2 quaest.*** 5 **§ . 7, » *in fine*** absolute tenet Trullen ***in Decal. lib. cap. 8 dec. 2 » n. 7,*** et declaravit S. C. teste Nicolio ***in F* os. V. Di- » stributiones n. 13 ».***

Idque optime constitutum videtur, quia cum Canonibus Curatus quoad percipiendas distributiones flete ac iuris interpretatione habeatur pro praesente: distributiones vero extraordinariae interessentibus vere aequirantur; ita acquiri debent etiam a. Curatis qui fíete, seu iuris interpretatione unt interessentes: « nam, ait Fagnanus ***in lib. 3 Decret. » s vp. Cum percussio, de Cleric. aegrot. n. 30,*** lex lo- » quens in casu vero extenditur ad fictum, et fíete prae^

» sens consequi debeat ea, quae vere praesentibus tribuun-
» tur, Ioann. Ándr. in ***cap. Cum in tua n. 3 et 4.*** »

Praeterea si indultum iubilationis suffragatur pro participatione omnium fructuum et distributionum, etiam extraordinariarum, ut declaravit S. C. C. in ***Burgi S. Donnini 19 Aprilis 1704;*** imo si suffragatur ad percipienda, praeter distributiones ordinarias , quaecumque alia emolumenta, ut in ***Aquipendii 27 Septembris 1659 ad dub. 2;*** nulla pretiosa ratio suppetere videtur ad id denegandum Canonico Parocho, qui, dum animarum curae incumbit eadem ratione pro praesenti et interessenti habetur, ***Q&vc.part. 3 cap. 2 n. 334.***

Neque difficultatem facere videtur in themate quod onus curae animarum Canonicis Oeconomis superadditum fuerit ab Episcopi auctoritate, non vero sit adnexum ipsi Dignitati, aut Canonicis incumbat praecise uti Canonicis. Hoc enim non requiritur ad lucrandas distributiones, sed sufficit quod hoc munus, interveniente legitima causa, sit a proprio superiore impositum, ut in casu accidit. Audiatur sane Castropalaus, qui ***in Tract. 7 disp. 3 punct. 9 §. 5*** ad quaesitum « quid
» dicendum de aliis Canonicis, qui tempore divinorum con-
» fessiones audiunt? » respondit: « Si ex devotione huic
» muneri incumbunt, credo nullo modo pro praesentibus choro
> esse habendos; quia eorum officium sic assumptum, etsi
» cedat in utilitatem populi, regulariter cedet in damnum
> Ecclesiae et in diminutionem divini cultus. At si ex man-
» dato seu assigatione Superioris huic officio incumbunt, satis
» probabile reputo fructus et distributiones lucrari sicut
> Poenitentiarius » Quod revera confirmatum fuit a S. C. quae quamvis in ***Neritonen. 22 Iunii 1624*** et in ***Macera-ten. 14 Februarii 1766,*** proposito dubio, « An Canonici
» quibus non incumbit uti Canonici onus audiendi confes-
» siones, si pro iis audiendis absint a chori servitio, lu-
> crentur quotidianas distributiones » imposuisset « ***non lucrari*** »; tamen ***in Lucen. IO Martii 1635*** eadem S. C. censuit « oratori (oui ab Episcopo substitutus erat Poeni<

» tentiario) in locum Poenitentiarii ad audiendas confessio-
» nes ex necessitate et ex legitima causa ab Episcopo deputato,
» dum tempore deputationis confessiones actu audit, deberi
» distributiones quotidianas non secus ac si divinis in choro
» interesset. »

Quin aliquid etiam opponi valeat ex speciali retributione, quae in casu Canonicis Curatis statuta est ob curam animarum. Ea siquidem, omisso etiam quod minima sit cum attingat tantum summam annuam 275 circiter libellarum, induere videtur rationem congruae, quae statui solet Vicariis Ecclesiarum cathedralium iuxta Concilium Tridentinum in ***cap. 7 Sess. de Reform,*** et notissimam Pii V Constitutionem « ***Ad exsequendum*** ». Quae congrua etsi cedere Canonicis Vicariis videatur praecise ob curam animarum, non obstare dicenda foret ad pereipiendas distributiones in absentia eorumdem a choro propter officium, ad instar Poenitentiarii aut Theologi. Hi enim choro non interessentes ut proprio muneri satisfaciant, veluti praesentes habentur, quamvis eorum congrua sit specialiter instituta pro respectivis obeundis muneribus. De Luca ***de Parochis disc. 17 n. 6*** circa finem.

Hinc merito Salmaticenses ***in Cursu Theolog. Moral, tom. 4 tract. Î6 cap. 6 punct. 3 n. 36*** docent quod « si
» canonicus praebendam habeat, cui est annexa animarum
» cura, non solum fructus, sed distributiones lucratur, dum
» occupatur in Sacramentis administrandis, vel exercendis
» aliis, quae pertinent ad animarum curam; quia utile est
» Ecclesiae ut curae animarum provideatur, et cuiuslibet
» praebendae obligationi satisfaciat, ***quod est verum etiamsi***
» cum praebenda cui animarum cura est adnexa simul
» habeat Canonicatum, quod modo dicto obtinebit fructus
» et distributiones utriusque beneficii. »

Ergo nihil obstat quominus etiam in themate Canonici Curati percipere valeant fructus et distributiones utriusque beneficii. Atque hoc eo vel magis dicendum est quia huiusmodi Canonici non tenentur oneri curae animarum satisfa-

cere in vim ipsius Canonicatus qui, cum adnexam non habeat curam animarum sine diminutione conferri debuit. Aequum enim est ut ob maiorem superadditum laborem, pinguiorem percipiant retributionem ac ceteri Canonici.

Ad secundum dubium quod attinet Canonici Curati s. Angeli in Vado ita argumentantur: « S. C. Concilii in ***Callien. 29 Iulii 1628*** respondit distributiones quotidianas non lucrari Canonicos celebrantes, dum divina officia recitantur, nisi ad celebrandum compulsi aut iussi fuerint ab eo ad quem pertinet. Atqui duo Canonici Vadenses ab Episcopo compulsi et iussi fuerunt ad celebrandas et canendas Missas conventuales in turno uti Oeconomi Mansionariae. Ergo distributiones quotidianas percipere debent et punctaturis canonicalibus non subiiciuntur. » Revera id ipsum pluries docuit S. O. C. et praesertim in ***Reatina 15 Martii 1692.*** Pronum igitur est concludere Canonicos Oeconomos dum Missas conventuales canunt in casu non subiacere punctaturis.

Quin aliquid relevet quod specialem reditum habeant etiam ex Mansionaria paroeciae adnexa. Quandoquidem in casu Canonici Curati celebrant pro oneribus Mansionariae adnexis et exequuntur munus suum, quod nemini debet esse damnosum ad tradita per ***text. in cap. Pervenit de Fideiussoribus;*** Engel ***in Ius Can. lib. 3 tit. 4 num. 33*** et Ceccop. ***Lucubr. Can. lib. 3 tit. 11 num. 20.***

QUAE ADVERSANTUR CANONICIS CURATIS. EX parte vero Capituli observandum est quod cum distributiones nihil aliud sint quam « portiones ecclesiasticorum redituum, quotidie » distribui solitae in Clericis, qui statutis horis intersunt » divinis officiis, discretae a praebendarum fructibus » uti docet De Angelis ***in Praelect. Iur. Eccles, lib. 3 Decr. tit. 4 n. 16;*** hinc legitime infertur quod amitti debeant ab illis qui choro statutis horis non intersunt.

Audiatur sane Fagnanus in ***lib. 3 Decret, cap. 7 De Clericis non residentibus n. 9*** - ibi - « Secundo nota in > versiculo ***Nisi forte,*** victualia seu distributiones quotidie-

» nas non deberi absentibus, quantumcumque absint ex iusta
» causa, sicut non debentur Canonicis in servitio Episcopi
» existentibus, ut hic patet, et notat Petr. de Anchar, in
» secundo notabili. Etenim harum distributionum **ea** est na-
» tura, ut non debeantur his qui flete, et per iuris inter-
» pretationem, sed his tantum, qui vere statis horis inter-
» fuerint: ut in ***cap. -unie, infra eod. lib. 6*** innovato **a**
» Concilio Tridentino in ***cap. 12 Sess. 24 ».***

Sane Conc. Tridentinum in citato loco expresse statuit: « Distributiones vero, qui statutis horis interfuerint reci-
» piant, reliqui quavis collusione aut remissione exclusa, his
» careant ». Unde sequitur quod ad ipsas lucrandas non solum requiratur ficta praesentia, verum etiam interessentia corporalis in choro; ***Rota. part. 5 tom. 1 dec. 22 num. 14, Amot. ad decis. 576 num. 112 et seqq. et num. 129 et seqq. part. 4 tom. 3 et dec. 449 num. 7 part. 14.*** Iure igitur meritoque concludi posse videtur ex dictis quod quando Canonici Curati corporaliter non intersunt choro tempore divinorum officiorum, subiici debeant punctaturis.

Neque regerere valet, Canonicos animarum curam exercentes a ss. Canonibus tamquam praesentes considerari etiam ad effectum lucrandi quotidianas distributiones, proindeque punctaturis non esse obnoxios. Quandoquidem hoc verum esse videtur quando agitur de Canonicis possidentibus Canonicatum, cui adnexa est cura animarum, non vero qu ndo sermo est de Canonicis, quibus per accidens superadditum fuerit hoc onus.

De illis enim tantum loqui Concilium Tridentinum aperte docet Garcia ***de benef. par. 3 cap. 2 num. 337*** ubi ait : « Nec procedit illud decretum Conc. Tridentini ***cap. 3 Sess. 22***
» in cani nicis, seu Dignitatibus habentibus **Ecclesias** pa-
» rocinales, non tamen Canonicatibus seu Dignitatibus ad-
» nexas ».

Hoc etiam suadere videtur loquendi ratio tum Doctorum, inter quos praesertim Fagnan. ***in lib. 3 decr. Cap. Licet de Praebend. num. 163 et 165;*** tum S. **C. C.** praecijue

in Montis Begaus 8 Iunii 1726 et 6 Decemb. 1732; in Tor tonen. 19 Septembris 1643. Semper enim dicitur quod illi tantum lucrari possunt distributiones, qui vacant curae animarum ***incumbenti suae Dignitati vel Canonicatui,*** vel qui habent dignitatem vel Praebendam, ***cui imminet vel cui adnexa est cura animarum.*** Fas igitur est in themate concludere huiusmodi Canonicos Curatos subiacere punctaturis.

Verum **p3tissimum** argumentum in casu, ob quod Canonici Oeconomi a solvendis punctaturis eximi nullo pacto debeant, Capitulum in hoc ponit: videlicet quia praedicti Canonici pro oneribus parochialibus compensationem habent ex peculiari reditu paroeciae. Tradit enim De Luca ***de Parochis disc, 20 n. 8*** quod distributiones percipi non debent a Vicariis ad exercitium curae destinatis, nisi ipsi sint de Capitulo et illae cedant in locum congruae. At in casu Canonicis Curatis congrua iam constituta videtur ex speciali retributione, quae ratione curae animarum eisdeia debetur. Ergo cum distributiones non cedant in locusn congruae, prono alveo fluit eosdem curatos eas amittere omnino debere.

Ceterum notum est ex constanti praxi S. C. C. quotidianas distributiones iis denegari, qui choro absunt ob munus, ex quo lucrum percipiunt, ceu patet ***ex Dubiis Indultorum 6 Maii 1820 §. Nec praetereunda,*** et ***ex Romana Dubiis Indultorum 25 Maii 1822%. Contra vero.*** Ita etiam censuit S. C. C. in ***-S. Severini 15 Novembris 1659,*** ubi ad dubium « An Canonicus sit punctandus ob eius a choro ab- » sentiam, vel potius interessentia in organis pro servitio » Ecclesiae sit reputanda ad effectum percipiendi distribu- » tiones > respondit : « ***gaudere si stipendium pro musica non recipiat.*** > Similiter in ***Adiacensi 11 Iulii 1671.***

Hoc vero bene constitutum est; ne scilicet usu veniat illud propter quod pluralitas beneficiorum reprobatur in ***Cap. 3.*** *Quia* ***nonnulli De Clericis non resid.,*** ne una eademque persona duplex emolumentum proptei unicum ofucium cum ingenti avaritiae fomite lucretur.

Quod vero spectat ad iistributiones extraordinarias Capitulum maiori ratione Canonicis Curatis deneganda esse ait: quia hae cedunt solum praesentibus; nec percipiuntur ab absentibus, valetudinis causa, neque a Canonico Poenitentiario dum confessiones excipit. Hae enim distributiones, distinctae a massa communi praesentibus tantum praestari solitae ex peculiari statuto, aut consuetudine sive expressa benefactorum voluntate non lucrantur ab absentibus a choro etiam ex legitima causa vel ex Apostolico Indulto, prouti docent Scarfantonius ad Ceccoper. ***lib. 2 tit. 10 num. 1;*** Piton, ***discept. 1 per tot.;*** Fagnan. ***in Cap. Licet De Praebendis num. 20;*** Bened. XIV ***Instit. 107 num. 58 et seqq.*** et S. C. C. in ***Bosanen Visitationis ss. Liminum 6 Februarii 1734; in Anagnina Servitii chori et Distrib. 20 Novembris 1819.***

Imo etiam in casu Apostolici Indulti cum facultate percipiendi quascumque distributiones quotidianas, ordinarias et extraordinarias, quas percipiunt personaliter residentes, firma semper sententia censuit S. C. ut exclusae remanerent eae distributiones, quae ex Fundatorum voluntate inter praesentes dividi debent, ita in ***Leodien. Indulti 10 Iulii; Novarien. Iubilationis 2 Octobris 1617*** et in ***Bituntina Anniversarium 1 Iulii 1679.*** Et quidem id procedit etiam quando agitur de canonico, causa infirmitatis amplissimo indulto donato, ut in ***Romana Iurium Canonicalium 2 Maii 1703 et 27 Iunii 1705.*** Non solum igitur a participatione distributionum quotidiana rum, verum etiam, imo a fortiori a participatione extraordinariarum excludendi esse omnino videntur Canonici Oeconomi in casu.

Ad secundum dubium descendens Capitulum firmiter retinet quod canonici curati punctaturis subiaceie debent quando missam canunt conventualem ceu mansionarii ; nam reditu? speciales percipiunt etiam pro mansionariae officio, adnexo Paroeciae. Sane praeprimis animadvertendum est onus decantandi Missam conventualem in casu, non competere Oeconomis uti Canoni ;is, sed uti Mansionariis: proindeque huius-

modi Missas decantantes cum non sint praesentes in choro uti Canonici aequum est, ut amittant distributiones canonicales, ceu constanter docuit S. C. C. et praesertim in ***Ñero-Unen. 22 Iunii 1624; in Maceratevi. 14 Februarii 1767; in S. Miniatis ad 2 dubium 8 Februarii 1817.***

Nec interest quod ad hoc adstringuntur ex debito sui officii ; quia nec hac ratione sermocinantes suas facere possunt distributiones, ut habet Fagnanus in ***Lib. 3 Decretal, cap. Licet De Praebendis num. 114* -** ibi - « Ampliatur » decimo octavo in Canonico legente et sermocinante ex > debito sui officii, cui similiter responsum est deberi fru- > ctus praebendae, sed non distributiones ». Ergo a pari neque debentur distributiones iis Canonicis, qui tanquam tales choro non intersunt, sed aliis obeundis muneribus dant operam ex debito sui officii. Idque eo vel magis si pro his ferendis oneribus, uti in casu, specialem habeant reditum. Tunc enim repeti possunt ea quae superius dicta sunt de illis, qui duplicem habent pro unico officio retributionem.

Hisce igitur breviter adnotatis pro utraque parte, enodanda proposita fuere sequentia

Dubia.

I. ***An Canonici Curati, tempore divinorum, officiorum absentes a choro ob curae animarum exercitium , subiiciantur punctaturiSj nec non amittant extraordinarias distributiones in casu.***

II. ***An Canonici praedicti subiaceant puncta turis quando pro officio Mansionariae beneficio curato adnexae canunt Missas conventuales in turno uti Oeconomi non uti Canonici in casu.***

RESOLUTIO. Sacra **C.** Concilii re disceptata sub die **19** Ianuarii 1884, censuit respondere;

Ad I. et II. ***Affirmative,***

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Distributiones quotidianas, quae sunt portiones ecclesiasticorum redituum obvenire tantum clericis, qui statutis horis intersunt divinis officiis.

II. Harum enim esse naturam ut eaedem non debeantur his qui fíete et per iuris interpretationem, sed his tantum qui vere statis horis interfuerint.

III. Attamen ex iure excipi ab hac regula praebendatos illos quibus cura animarum immineat; nam pro tempore quo n curata Ecclesia resident et ministrant tamquam praesentes et divinis interessentes habentur.

IV. Huiusmodi vero iuris fictionem prodesse ex DD. sententia tantum canonicis qui canonicatum possident, cui adnexa sit cura animarum; non illis, quibus per accidens hoc onus superadditum fuerit.

V. Etiam ex praxi S. C. Concilii idem erui posse videri; quia semper dicitur lucrari distributiones valere qui animarum incumbunt curae; quae tamen immineat vel adnexa sit eorumdem dignitatibus vel praebendis ; quia ho* n casu distributiones cedunt loco congruae.

VI. In themate curam animarum haud esse adnexam canonicatibus; et ideo distributiones cedere nequeunt loco congruae: quae congrua Canonicis oeconomis in casu ex speciali retributione constituta est; et eisdem debetur ratione curae animarum.

VII. Iugem S. C. Concilii esse praxim denegandi quotidianas distributiones iis qui a choro absunt ob munus, ex quo lucrum percipiunt; ne eadem persona duplex emolumentum propter unicum officium lucretur.

VIII. Canonicos oeconomos in themate, canentes missam convetualem uti mansionarios, eximi a punctaturis non posse ; nam etiam pro officio mansionariorum speciales percipiunt reditus.

BUIANEN.

ANNUAE PRAESTATIONIS

Die 16 Februarii et 8 Martii 1884.

COMPENDIUM FACTI. Episcopus Boianen. die 23 Iunii 1883 S. C. C. exposuit, in statuto Archipresbyteralis Ecclesiae loci ***Campochiaro*** suae Dioecesis, anno 1715 confecto, praecipi sub poena suspensionis ipso facto incurrendae, Archipresbyterum quotannis solvere debere Episcopo triginta ***tomóla*** frumenti, et quinquaginta hordei. Ast ab anno 1862 huiusmodi praestationem amplius non exhiberi, ideoque sese monuisse archipresbyterum ut eamdem solveret, minitatus suspensionis poenam. Archipresbyter vero solvere renuens, res delata fuit iudicio s. C. **C.**

sustentatio synoptica

ARCHIPRESBYTERI DEDUCTIONES. Archipresbyter pluribus ostendere curavit, mem rato praestationis onere nullo pacto teneri; quia nullus adest titulus, a quo onus erui possit ; nisi habeatur ceu pensio: ast si dicatur pensio nullo modo debetur. Et sane quod Episcopus nequeat sua potestate ordinaria perpetuas pensiones beneficiis imponere ex unanimi Canonistarum sententia scatet; cum haec facultas nonnisi Summo Pontifici competat; textu expresso in ***cap. Prohibemus 7 de censibus***- ibi - « Prohibemus ne ab Abbatibus, » Episcopis vel ab aliis Praelatis novi census imponantur » Ecclesiis, nec veteres augeantur... Si quis vero aliter fe- » cerit, irritum quod egerit habeatur. » Et concordat ***cap. Scientes 3 eodem et Clement. 1*** §. ***Eadem quoque, de supplendo neglig. Proel.*** Abbas ***in cap. Prohibemus art.*** 2 ***de Censibus,*** Faenan, ***in cap. Nisi *ssmt 21 de Praeb, num. 46.***

Quin imo quamvis ex iusta causa temporáneas constituere valeat pensiones, eas tamen applicare minime potest mensae

vel suae vel capitulari, quia auctoritatem praestaret in facto proprio, et &uam utilitatem spectante, Clement. 2 ***de rebus Eccles, non alienan., cap. Quam pio 1. q. 2 et cap. final, de pactis;*** Schmalzgrueber ***Ius Eccles, lib; 3. tit. 12 num. 16.*** Cum autem abusus irrepsisset gravibus pensionibus paroecialia beneficia onerandi, ad illum compescendum Benedictus XIII , confirmans Edictum Innocentii XII anni 1692, Constitutionem edidit anno 1724, qua prohibuit ne Episcopi pensiones quascumque in paroecialibus beneficiis constituerent. Hisce in iure praestitutis, cum haud constet Episcopum ex Apostolico beneplacito, pensionem constituisse, hinc Episcopum proprio marte illam sibi reservasse censendum est, ac proinde quolibet vigore destitui.

Nec obiiciatur in casu de praestatione, non vero de pensione sermonem esse, ideoque ad illam statuendam Episcopi potestatem extendi videri. Siquidem cum pensio sit ius percipiendi portionem aliquam fructuum ex alieno beneficio, hinc in idem recidit, quod huiusmodi fructuum pars in pecunia vel natura, ut in praestatione fit, solvi debeat. Qua i e si Episcopus hac potestate gauderet, prohibitio a iure statuta, et a Romano Pontifice pluries confirmata, in irritum cessisset.

Perperam vero Praesul praescriptioni, etsi centenariae, ius suum inniti contenderet. Cum enim perpetua praestationis impositio de iure ab initio subsistere non valuit, tractu temporis confirmari nequit ex ***Reg. 18 Iur. Can. in 6.*** Sed praeterea perpendendum est, Archipresbyterum iure proprio, ac independenter a suis antecessoribus praebendam obtinuisse. Iamvero tritissimi iuris est, successorem, qui suo iure venit, nec causam a praedecessoribus habet nullam obligationem ex eorum facto, vel negligentia contrahere. Card. De Luca ***discept. 77 num. 7 de Emphit.*** S. Rota ***decis. 79 num. 36 coram*** Ansaldo, ***et decis. 485 num. 11 coram*** Bichio - ibi - « Successor in beneficio non ìeprae-
> sen tat personam praedecessoris defuncti, sed habet ius
> novum in persona propria a Papa creatum. » Hinc se-

quitur quamcumque praeberiptionem minime sufficere ut illi ex antecessorum actis praeiudicium inferatur. Pitonius de ***Controv. Patronor. alleg. num. 22*** « Contra proprio iure » venientes non cadit praescriptio, quia nequeunt anteces- » sores praeiudicare successoribus nondum natis, neque actio- > ni nondum ortae praescribitur. » Ex quibus sponte consequi videtur factum praedecessorum, qui fortasse nimis inconsiderate praestationem Episcopo pependerunt, nullam obligationem actuali Archipresbytero parere potuisse.

Verum dato paulisper at non concesso, huiusmodi praestationem rite statutam fuisse, in praesentiarum tamen haud amplius deberi certum est; quia secus ipsi deficeret congrua sustentatio, quae ex iure communi Parochis et Vicariis perpetuis debetur Clement. ***1 cap. Ecotirpandae §. Qui vero. Trident. Sess. 21 cap. 4 de Reform.*** Constitutio S. Pii V. ***Ad, exequendum.*** S. Rota ***part. 3 recent, decis. 292 num. 2; part. 16 decis. 316 num. 4, part. 4 tom. 1 decis. 595 num. 1;*** et. sexcentis aliis resolutionibus.

Archipresbyter enim retulit, suam praebendam, olim ditissimam, tractu temporis ex usurpatione auctoritatis municipalis, ac privatorum quam maxime imminutam fuisse. His accessit quod quidam possessor praediorum, pro quibus reditus partem Archipresbytero solvere debebat, cum aliis 226, eodem onere gravatis, ad laicum tribunal eum rapuit, ut decerneretur annuas illas praestationes, tamquam decimas sacramentales abolitas fuisse. Et ideo cum olim annuus reditus paroeciae ascenderet ad libellas 2500, pluribus abhinc annis vix libellas 1300 attingit. Si autem ab hac summa detrahantur variae expensae necessariae et taxae, supersunt tantum libellae 503,04.

Cum itaque Archipresbyteri congrua, computatis etiam incertis, ad centum scutatorum summam, iuxta Tridentinam Synodum vix ascendat, hinc apparet memoratam praestationem non amplius subsistere posse. Quod firmatur per decretum ***Cum nuperrimis.*** (1)

(1) Recolé Vol. VII pag. 325.

EPISCOPI DEDUCTIONES. Episcopus contra pro viribus sustinuit, memoratam praestationem valide statutam fuisse, et Archipresbyteri reditus tales esse, ut huiusmodi onus facile perferri possit. Ut probaret valide statutam fuisse varia attulit monumenta, in quibus de hac praestatione verbum est. **1.** In Archivio episcopali legitur quod Antonius Gratianus Episcopus Boianensis die **28** Augusti **1682** reliquit super dicta praestatione decem mensuras tritici et triginta hordei favore Cleri e Campochiaro. **2.** In statutis anno **1715** exaratis iussu Clementis XI et approbatis ab Episcopo die **22** octobris 1082, sub. n. **9** relatum est onus praedictae annuae praestationis. Exacta autem horum statutorum observantià imposita est sub poena suspensionis, ipso facto incurrendam **3.** In elencho redituum Mensae Episcopalis Boianensis, anno **1728** redacto, cooptata reperitur etiam haec annua praestatio. 4. Memorata praestatio recensetur inter reditus mensae episcopalis Boianensis anno **1819,** quando constituta fuit dos pro Episcopo ab executoribus Concordati seu ab» Em > Cardinali Caracciolo, et a Ministro a negotiis ecclesiasticis. 5. In enuntiatione redituum Curiae Boianensis, a suboeconomo peracta , etiam haec praestatio redigitur. Ex qu'bus documentis, arguit Episcopus, ius praestationem exigendi extra omnem dubitationis aleam positum esse.

Contendit autem, perperam ab Archipresbytero praestabilem hanc nuncupari pensionem, ac proi.ide sustineri non p se. Cum enim in allatis documentis nuspiam hoc nomine nuncupetur, a quolibet alió titulo gigni quam a pensione censendum est. Iniuriosum vero videtur supponere quod Episcopus et Clerus loci Campochiaro in statutis anni **1715** huiusmodi onus approbaverat, si hoc pensionis naturam redderet. Pariformiter autem maxima afficiuntur iniuria praedicti executores Concordati anni **1819,** qui reditus mensae Boianensis enumerando, inter eosdem etiam hanc praestationem locaverunt.

Quod si dubium aliquod adhuc superesset, hoc ex immemorabili praescriptione penitus excludi Praesul tuitus est.

Ex documento enim in Episcopali tabulano existente constat, Episcopum anno 1682 in pacifica possessione huius praestationis extitisse, quam Archipresbyter usque ad annum 1862 iugiter rependit. Iamvero quanti ponderis in utroque iure sit haec praescriptio plusquam centenaria et immemorabilis, nemo est qui ignorat, cum ad praescribenda bona immobilia ipsius Ecclesiae Romanae sufficiat.

Neque iustus titulus desiderari potest. Namque in primis concipi nequit quomodo Archipresbyteri sine ulla difficultate annuam hanc praestationem iugiter exsolverunt, nisi titulo et obligatione aliqua ad id fuerint obstricti. Cum enim de solutione res est haud proclives homines esse solent, nisi prius titulum et causam apprime noverint. Deinde praescriptione fere bis centenaria, ut habetur in themate, acquiritur quidquid per privilegium obtineri posset, nec illa gaudens titulum allegare tenetur. Quod si allegetur etsi plene probari nequeat, nihil obest, cum ex adiuncta possessione diuturna praesumptionem, et quamcumque firmitatem obtineat. Schmalzgrueber *Ius. Eccles, lib. 2 tit. 26 num. 127,* Laym. *lib. 3 Theol. tr. 1 cap. 8 num. Io.* Quin imo qui huic praescriptioni nititur alligare potest meliorem titulum de mundo *Leg. In summa 2 ff. Tit. De aqua et aquae pluviae arcendae Leg. Hoc iure 3 p. 4 ff. De aqua quotid. C. super quibusdam 26 De verborum signi fi catione,* S. Rota *recent, p. I decis. 671 num. 4 p. 3 decis. 489 n. 2p. 4 tom. 1 et alibi passim.*

Post haec tuto concludi potest cum eadem s. Rota, in *Praenestina Mutuae 23 Martii 1819 par. 3 coram Marco:* « Qui possessione fruitur centenaria, fortius immemoiabili » ut in themate, is certe quocumque meliori ac potentior! » titulo iureque suffultus est. Vis pactum? Vis privilegium? » Cuncta haec et si quid aliud exoptes ex possessione cen» tenaria sunt praesumenda. »

Gradum deinde faciens Episcopus ad expendendos praebendae reditus testatus est eos esse, paucis exceptis, in eodem statu, quo antea; et ideo assertionem Archipresbyteri quoad

paroeciae reditus omnino despiciendam esse, utpote veritatis expertem. Ad hoc evincendum, schema annui reditus illius paroeciae exhibuit: ex quo facile deprehenditur praebendam illam paroecialem ditius Dioecesis beneficium adhuc constituere, etiam detractis taxis et oneribus cunctis. Qua de re Episcopus ait: ergo certum est, quod ex una parte praestatio haec omnino iure debeatur, et quod ex altera Archipresbyter reditus tales habeat qui commode eamdem exhibere valeat.

Hisce itaque praemissis, quaesitum est quomodo esset dirimendum

Dubium

An et quomodo Archipresbyter Ricciuti persolvere teneatur annuam praestationem favore Episcopalis Mensae in casu.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Concilii, re disceptata sub die 8 Martii 1884 censuit respondere:

Affirmative in omnibus.

Ex **QUIBUS COLLIGES:**

I. Per praescriptionem centenariam et immemorabilem acquiri quidquid per privilegium obtine. \ > ;sit; ita ut qui illa gaudeat non teneatur allegare titulum.

II. Episcopum in themate quoad praestationem exigendam possessione gaudere immemorabili; ex qua praesumptio et quaecumque firmitas oritur favore eiusdem Episcopi.

EX SACRA CONG REG ATI aiE INDULGENTIARUM

ORDINIS MONACHORUM OAMALDULENS'UM.

De Gregoriano Triceiiario de Altari S. Gregorii in Monte Coelio et de Altaribus Gregorianis ad instar

DECRETUM

Pro animabus e Purgatorio liberandis ab antiquis temporibus Christifideles celebrandas curarunt et curant Missas, quae Gregorianae , seu Gregorianum Tricenarium appellantur, quae nimirum per triginta continentes dies exemplo s. Gregorii Magni in quovis Altari dicuntur. In eumdem finem et ab antiquis pariter temporibus Christifideles afferri expostulaverunt et expostulant Missae Sacrificium in Altari s. Gregorii in eius Ecclesia Coelimontana. Tum in triginta illis Missis, tum in quavis Missa ad Altare s. Gregorii specialem fiduciam Christifideles et habuerunt et habent, velut si ipsae ita tfiicaces sint censendae ut anima, pro qua celebrantur, e Purgato " poenis illico liberetur. Verum de duplici huiusmodi praxi dui ari coeptum est a praestantibus quibusdam viris, ea potissimum de causa quod huiusmodi Christifidelium fiducia haud solido fundamento inniti videatur.

Quod quidem adeo permovet hodiernum Abbatem generalem Monachorum Camaldulensium, quibus custodienda tradita fuit Ecclesia in qua Gregoriani Tricenarii praxis initium forte sumpsit et Altare s. Gregorii existit, ut Antecessori» sui preces urgeret et s. Congregationi Indulgentiis praepositae dubia aliqua authentice dirimenda exhibet et. Cum vero anteactis temporibus Romani Pontifices, praesertim Gregorius XIII plurima Altaria tum Romae tum alibi, formula usi solemni *privilegiata* declaraverint *ad instar* Altaris s. Gregorii in Monte Coelio, et Christifideles haud dissimilem a supe}ius dicta fiduciam reposuerit et reponunt in Missis quae huiusmodi in Altaribus ad iuvandas animas in Purgato! io detentas celebrantur; quumque haec Altaria *Gregoriana ad instar* nuncupata usque ad annum 1852 co.-jcossa, ob exorta dubia de discrimine Altaris *gregoriani ad instar* ab Altari sine addito *Privilegiato* Pius S. M. PP. IX die 15 Martii illius anni prohibuerit quominus in posterum concederentur , quoad res maturius perpenderetur et

absolveretur, hinc opportunum visum est dubiis a Riño P Abbate propositis aliud ex officio subnectere et dirimere respiciens amussim suspensionem a S. M. Pio PP. IX indictam.

Dubia vero proposita haec sunt quae sequuntur.

I°. Utrum fiducia qua Fideles retinent, celebrationem triginta Missarum, quae vulgo *Gregorianae* dicuntur, uti specialiter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinae Misericordiae ad animae a Purgatorii poenis liberationem pia sit et rationabilis, atque praxis easdem Missas celebrandi sit in Ecclesia probata?

2°. Utrum fiducia qua fideles retinent, celebrationem Missae in Altari s. Gregorii in eius Ecclesia Coelimontana uti specialiter efficace n ex beneplacito et acceptatione divinae Misericordiae ad animae e Purgatorii poenis liberationem pia sit et in Ecclesia probata?

3°. Utrum idem dicendum sit de Altaribus *Gregoriani s ad instar?*

4°. Utrum expediat revocare suspensionem novae concessionis Altaris Gregoriani latam ex mandato SSmi in Audientia diei 15 Martii 1852?

Quibus in Congregatione Generali habita die 11 Martii 1881 in Aedibus Apostolicis Vaticanis Eminent. Patres rescripserunt:

Ad I. II." et III. Affirmative.

Ad IV. Consulendum SSmo ut revocet suspensionem novae concessionis Altaris Gregoriani ad instar.

Die vero 15 eiusdem mensis et anni, tacta de omnibus ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario relatione, SSmo D i. o Nostro Leoni Papae XIII; Sanctitas Sua Patrum Cardinalium responsiones approbavit et suspensionem novae concessionis Altaris Gregoriani ad instar sustulit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiis Saci isque Reliquiis praepositae die 15 Martii 1884.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO PR KFKOTUS.

FRANCISCUS DELLA. VOLPE S..gkl.I\UÌ US.

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CONSULTORIS. Consultor loquuturus de Gregoriano Missarum tricenario (1) ait: mos huiusmodi ab haereticis damnatur et reprobatur; nec mirum, quia Ecclesiae in omnibus adversantur. Sed etiam inter doctores catholicos non deest qui eamdem praxim 'censeat gigni a superstitione, et esse omnino relinquendam.

Consultori vero praxis haec neque superstiti osa, neque periculosa visa est. Superstitio enim, ait ille, in subiecta materia adesse posset, quatenus efficacia aliqua tribueretur vel numero missarum, vel ipsi continuationi in seipsis spectatis. Attamen si fides ponatur in Deo tunc omnis superstitio exulat; ***Trid. sess. 22*** < Quarumdam missarum ei » candelarum certum numerum, qui magis a superstitiose) » cultu, quam a vera religione inventus est, omnino ab » Ecclesia removeant. Doceantque populum quis sit, et ***a*** > ***quo potissimum proveniat sanctissimi huius sacrificii*** » ***tam pretiosus ac caelestis fructus.*** »

Hoc praenotato, tricenarium considerari potest triplici modo; vel quia illud adhibuit s. Gregorius; vel quia idem

(1) Huius praxis origo sic in suis Dialogis enarratur a s Gregorio M: quum Monachus nomine Iustus mortuus esset, misertus sum* eius status , quia fassus erat sese gravem offendisse regulam. Hinc alium accersivi Monachum , eique dixi : *u* Vade itaque, ab hodierna die » diebus triginta continuis offer pro eo » sacrificium : stude ut nullus praeter- » mittatur dies, quo pro assolutione il- » lius Hostia salutaris non offeratur. » Post tiiginta dies Iustus apparens fratri suo monacho Copioso ait : usque ad trigesimum diem male sese habuisse, sed tunc bene sese habere. « Fratres » vero (ait s. Gregorius) sollicite com- » putaverunt dies, et ipse dies extiterat, » quo pro eo trigesima oblatio fuerat » impleta. » Hinc usus communis invaluit ut hae triginta Missae vocarentur *Gregorianae* **seu s. Gregorii. Quae Missae pie censentur specialem habere vim pro liberandis animabus a Purgatorii poenis.**

Monitum. **- Consultorum vota optime dici possunt breves completique tractatus de Gregoriano missarum Tricenario, de altari s. Gregorii de Urbe, deque altaribus gregoiianis ad instar. Hinc magna eum difficultate ad compendium reduci potuerunt, saepe resecando multa, quae fructuose tradi potuissent si breves spatii 'imites hephemeridis nostrae id corcessusent.**

propala runt viri illustres et doctores; vel quia simplices fideles illud sequuti sunt. Et quoad primum nemo ex catholicis damnare audebit s. Gregorium, quamvis eumdem iniuria damnent haeretici, quin evincant utrum sanctus aliquam tribuerit peculiarem efficaciam numero et continuationi; aut potius praeelectum ab eodem fuerit tricenarium ad honorandam, ex. gr. vitam Iesu Christi abditam. Ex quo sequitur quod neque secundus neque tertius modus reprobari possit: eo quod exemplum s. Gregorii causam praebuit s. Sedi usum probandi, doctoribus illum commendandi et divulgandi, fidelibus vero idem Tricenarium in praxim habendi. Qua de re de Sánchez profiteri cogitur superstitionem abesse quat[1]-nus Missae celebrentur, ut recolatur quod egit s. Gregorius.

Quoad vero simplices fideles omnis exulat haeresis suspicio; quia si nullum adsit contrarium factum, supponi debet tricenarium expleri ceu illud intelligunt sancti et illustres viri, ceu doctores docuerunt atque propagarunt. Ex quo sequitur hanc praxim haud esse periculosam; quia in hac fideles spiritum et intentionem Ecclesiae et sanctorum dicta sequuntur; et quia facili modo capere valent, **S;** Gregorium hac ratione animam a Purgatorio liberasse, genus hoc suffragii Deo pergratum esse, et aptum ad eumdem consequendum effectum in aliis casibus. In hanc praeterea ire sententiam poene omnes doctores , paucis exceptis, Huiusmodi piam praxim, ait Consultor, sequitur Ecclesia occidentalis tota per cuncta saecula, post s. Gregorii obitum; hanc sequuntur corpora moralia, et viri pietate et doctrina insignes; hanc propagarunt et commendarunt graves auctores. Thesim probavit Consultor, adductis documentis historiae, et citatis auctoribus, qui de hac materia scripserunt.

Mos hic positivam obtinuit permissionem a Sede Apostolica. Nam dum s. C. Rituum per decretum 8 Aprilis 1628 prohibuit atque damnavit nonnullas s. Gregorii missas; per al'ud decretum 28 octobris 1628 declaravit primum aiens : non intellexisse prohibere tricenarium s. Gregorii. Sacra C. Concilii anno 1791 probavit onus triginta missarum susce-

ptiim in h n ᴀʀᴇᴅ h n te m a ɪ eligiosi^ Oliveinnh TVinoniae. Nonnullae constitutiones Religiosorum per s. Sedem approbatae praescribunt Tricenariu'**ii** s, Gregorii. Hinc propositio quae dammiret praxim hanc ceu superstitiose!, censenda esset ***temeraria, pio, probato ac per Ecclesiam frequentato mori iniuriosa.***

Pine huiusmodi praxi autem adesse peculiarem efficaciam eruit Consultor ex facto s. Gregorii, sumpto iuxta Ecole uae aestimationem (1). Ex ipsa enim rei expositione colligitur ait Consultor, s. Gregorium tribuisse tricenario specialem virtutem: nam ita concludit: « ***res aperte claruit, » quia frater qui defunctus fuerat, per salutarem hostiam » evasit supplicium,.*** Id eruitur etiam ex verbis praecepti : ***« diebus triginta, continuis ; stude ut nullus omnino » praetermittatur dies.*** » (2)

Qua de re h>c factum a fidelibus, et ab Ecclesia non habetur ceu factum transitorium, sed induit naturam permanentis instituOmis ; ut habet S. C. Rituum in decreto 28 octobris 1628: « ***Missas quas Gregorius instituit.*** » Et ideo iure conclud tur quod si eadem ponatur causa, idem generaliter gigni debeat effectus.

Huius efficaciae particularis probatio desumitur etiam ex inscription'¹ quae legitur in Sacello Ecclesiae coelimonianae, sancto Gregorio dicato. Traditur enim hoc in Sacello celebratas fuisse triginta Missas pro anima Iu^ti, et in eo plu-

(1) Ex doctoribus qui hanc praxim tantum tolerant haud tribuunt eidem s icciitlem efficaciam. S. Antoninus hanc videtur habere opinionem ; et Concilia, suspensa quaestione de honestate , ait : » illud certum est pios efficacitatis has *r*> prae ceteris missis non habere. « Quaeritur enim in hac quaestione an triginta Missae , triginta diebus continuis celebratile illam habeant efficacitatem *ex opere operato* quam non haberent si omnes eodem die, aut cum interruptione alicuius diei. celebrarentur.

(2) Qu ad continuationem in huio.ii praxi Pasqnaligus notat quod ipsa valet: « Ad elevandum suffragium ad maiorem » aestimabilitatem : nam pluris fiunt *n* quae continuatur , quam quae cum » interruptione exhibentur ; unde pluris » fiet donum centum aureorum, quam si *n* diversis vicibus ead'm summa done» tur. Et continuitas aestimatur prae» sei tim in oratione; unde 2" Machab. 13 » Iudas praecepit populo ut continuo die *n* ac nocte orarent Dominum, atque adeo » omnes per triduum continuum pro» strati oraverunt. Quaest. 194 num. 5 *n* pag. 326. »

ries litavisse s. Gregorium pro defunctis. Inscriptio haec talis est - ***Hac in ceila tt.*** (triginta) ***Gregorii Pont. Max. celebratae Missae, animas a cruciatu Purgatorii solvunt.***

Accedit his auctoritas The dogorum; inter quos Pasqualigus ait : ***Divus Gregorius iniunxit Abbati Pretioso*****.....** ***Ex quo colligitur quod ultra fructum regularem habeant aliquem specialem fructum « Peculiarem vim habent li» berandi animas a Purgatorio.*** » Alii id practice docent innuentes quibus regulis perficiendum sit. **(1)**

Etiam per visiones ratam habuit Deus piam hanc fidem. Sanctus Antoninus enarrat, quamdam animam monuisse piissimum Episcopum, sese in Purgalario morari, adiecitque : ***at liberari possem si triginta Missas, triginta diebus continuis pro me diceres.*** Episcopus ter tricenarium suscepit, terque a daemonio exturbatus fuit; sed tertia vice perficere potuit; et dum ultimum litaret sacrificium, anima coelum petiit.

Saeculo XVIII Lelius Guidiccio, patricius Lucensis et Canonicus s. Mariae Maioris, litans triginta Missas pro anima patrui sui in Ecclesia s. Gregorii sepulti, quando pervenit ad ***memento*** ter vocem audivit defuncti; et post tertiam vocem, oculos levatis, animam coelum ingredientem aspexit. Quae omnia, ait Consultor, demonstrant ritum huiusmodi vim habere peculiarem.

De causa huius specialis fructus loquens consultor, ait : plures adesse sententias. Pasqualigus primus innuit: ***quomodo id contingat, et an semper, est valde difficile explicare;*** et concludit: ***Quid autem dicendum sit, fateor nihil occurrere quod satisfaciat.*** Benedictus XIII vero ait : assignandum est uti causa meritum sancti, tunc monaci, qui

(1) Conditiones quae requiruntur pro rite explendo Tricenario. 1. Ui Missae sint triginta. 2. Ut celebrentur triginta diebus continuis, nisi ritus impediat , ceu in Triduo Passionis. 3. Ut (forsan) hae Missae sint ***de requie*** **quoties ritus sinat. Quoad exceptionem pro Triduo Passionis ait Tamburini : « non est credibile Deum eas non acceptare utcontinuas, dum servatur eius sponsae Ecclesiae tam pia consuetudo. »**

suis precibus efficacissimis impetravit his triginta missis vim satisfactoriam. Alius autem cogitat, causam hanc reperiri in plenaria Indulgentia concessa ab eodem s. Gregorio, aut ab aliis Pontificibus.

Vim tricenarii quod pro anima Iusti fieri iusserat s. Gregorius, istius precibus tribuendam esse eruit Consultor öx verbis Diaconi Ioannis qui saeculo post mortem scripsit vitam s. Gregorii; quique enarrans tricenarii factum enarrationem conclusit: « Res aperte claruit, quia fratri, quem sub animadversionis sententia Gregorius mori permiserai, per salutarem hostiam a suppl icio liberaret. » Quoniam vero Sanctus Missas non litaverat, hinc obtinere debuit a De^ ut illae Missae satisfacerent pro poena quam defunctus pati debuisset. Nec mirum , quia idem Diaconus enarrat quod Sanctus, postquam visitatus fuerat ab Angelo; « tantis mira- > culis, tantis est virtutibus publicatus, ut omnibus secum > viventibus et exemplo fuerit et terrori, quippe qui non » solus, sed socialiter cum beato Andrea Apostolo, suo mo- » nasterio, signis evidentibus , sit praefuisse putatus. » Idem probare censuit consultor per inscriptionem circa altare, Sancto dicatum in Ecclesia s. Gregorii; quae huius est tenoris: ***Missis triginta. Sanctus Gregorius animam sui monachi liberavit.***

Intercessioni vero s. Gregorii tribuit Consultor ^im tricenariorum quae celebrantur ad instar illius, quod sanctus celebrari iussit. Hinc ceu dictum est, pia praxis apud Ecclesiam habetur pro institutione quadam, cuius origo repetenda est a facto s. Gregorii, a quo partum est genus huiusmodi suffragii. Et ideo sancti preces quae primo tribuerunt vim specialem, esse debent saltem partialis causa huius efficaciae pro tricenariis aliis. Resque ita explicari potest: ex quo sanctus aspexerit, Deum excepisse preces pro anima Iusti, eumdem exoravit in terra, et exorat in Coelo ut eadem misericordia uti dignetur pro aliis quorum favore hoc suffragium applicatur. In hypothesi autem quod hoc factum impulerit Sanctum ari concedendam vel uostulandam

indulgentiam plenariam, dici potest eumdem sanctum impetravisse aut impetrare ui Deus excipiat hanc satisfactionem favore illorum, pro quibus oblata est. Verisimilem apparere hanc explicationem ex parte sancti Gregorii, cuius charitas ita sollicita erat, ut ad omnes personas et necessitates sese expenderet ; et ex parte Dei, qui saepe, ut docet mystica Theologia, quibusdam praedilectis animabus specimina exhibet amoris singularis, nedum earumdem favore, sed etiam aliarum. Indulgentia Portiunculae quam s. Franciscus obtentu!, affinis est huic argumento.

Populum fidelem tribuere precibus Sancti Gregorii vim extraordinarii fructus colligi etiam potest ex inscriptione Ecclesia? Sancti eiusdem: « ***Hac in ceila U.*** (triginta), ***Gregorii Pont. Ma. celebratae missae animas a cruciatu Purgatorii solvunt.*** »

Etiam traditio apud fideles aliud exhibet argumentum de efficacia intercessionis s. Gregorii favore defunctorum ; nam iidem fideles omnino et semper curant ut missae celebrentur pro defunctis apud altare s. Gregorii. N< n deest tamen qui tribuit Indulgentiae plenariae vim efficaciae Tricenarii. Sed Pasqualigus et Benedictus XIII haud admittunt hanc theologorum sententiam, eo quod quum Iustus mortuus est, nondum s. Gregorius erat Pontifex; nec eamdem valuit obtinere a R. Pontifice, quia tunc temporis plenaria Indulgentia concedi non solebat: nec ulla a'dest huius concessionis memoria. Consultor vero censuit dici non posse Indulgentiam plenariam esse totalem causam efficaciae Tricenarii; sed nullam fieri posse gravem obiectionem, si dicatur Indulgentiam plenariam esse causam partialem eiusdem efficaciae. Quam Indulgentiam potuit sanctus impetrare a R. Pontifice, etsi concedi non soleret. Sed quaestio est de nomine, cum omnes conveniant per Tricenarium animam a Purgatorio liberari.

Loquens autem Consultor de modo quo liberatur anima a Purgatorii poenis, ait, sese loqui de modo impetratorio, sen de efficacia propria et speciali precum. Certumque ait

esse apua omnes, preces defunctis prodesse ceu medium impetratorium; quinimo Beatorum preces nullam aliam vim habere posse quam vim impetratoriam. Hisce aliisque praemissis, ait : dubium esse non posse quod s. Gregorius obtinuerit, dum in vivis ageret, vel in coelum translatus obtineat a Deo ut fructus Tricenarii applicetur totus pro anima illa pro qua offertur. Quod impetrationis genus admittitur ab omnibus Theologis. Quod si admittatur opinio, s. Gregorium ad Pontificatum elevatum concessisise pro Tricenario Indulgentiam plenariam, efficacia illius precum sic intelligi potest, quod Sanctus impetraverit ut Deus excipiat suffragium hoc pro illis, pro quibus offertur. Et haec impetrata habetur ceu peculiaris gratia, S. Gregorio indulta, magnae venerationis causa, quam fideles habent pro eodem Tricenario.

Alia autem admittitur opinio a magni nominis Theologis; quod nempe Deus per s. Gregorii intercessionem gratis indulgeat animae debitum, quod ultra fructum triginta missarum solvendum superesset. Quae opinio quamvis a Suaresio impugnetur, tamen etiam ab eo dicitur ***pia, probabilis et fortasse vera.***

Quoad efficaciam Tricenarii, ait Consultor, haue sufficere ad liberandam a Purgatorio animam cuius favore fit idem Tricenarium. Quoad effectum in ***actu primo*** vim Tricenarii **non** differre ab efficacia missae celebratae apud Altare privilegiatum; differre vero Tricenarium a triginta missis celebratis, etiam eodem die, in hoc, quod secundae citius suffragium afferant, sed a Purgatorio non liberant animam, quae indigeat suffragiis maioribus efficacia ordinaria triginta Missarum ; dum Tricenarium etsi tardius agat, tamen ad eius exitum animam liberat.

Efficacia insuper propria Tricenarii secumfert maximam probabilitatem quod anima, pro qua perficitur realiter liberetur illico a poenis Purgatorii. Pro certo tamen haberi non potest quod Tricenarium semper obtineat realiter liberationem animae; idque erui ex consuetudine idem etiam pluries

iterandi; ex analogia cum Indulgentia plenaria, quae certum infallibiliter non est, an in sua integra extensione iuvet illis quibus applicatur. Quod autem Tricenarium nedum probabilissime sufficiens sit, sed realiter liberet animam a Purgatorio eruit Consultor ex sententia gravium auctorum, et ex maxima veneratione qua idem Tricenarium prosequitur Ecclesia.

Loquens de altari s. Gregorii, erecti in Ecclesia eiusdem, Sancti, praemonuit Consultor, privilegium altaris s. Gregorii, communicatum fuisse quamplurimis aliis Ecclesiis reperimus<, idemque a s. Sede haberi ceu typum et formam privilegi indulti aliis altaribus. Quoniam vero de istorum authenticitate non controvertitur, sic etiam primum authenticum est. Huic argumento accedit aliud ex maxima fiducia quam fideles habent in Missis ad hoc Altare recitatis. His praemissis, ad naturam huius praxis transiit Consultor et ait : incontro versum esse per hanc praxim liberari animam a poenis Purgatorii ; ast effctus hic tribui ne debet intercessioni s. Gregorii, ceu dictum est de Tricenario, vel Indulgentiae plenariae ab aliquo Pontifice concessae? Id nescire ait Consultor; sed probabiliorem credere sententiam secundam.

Sed gravior adest quaestio; ex declaratione S. C. Indulgentiarum omnium Missarum celebratarum apud Altaria privilegiata effectus est liberatio animae a Purgatorio; hoc posito adest ne differentia inter altare previlegiatum et altare s. Gregorii? et si adest in quo consistit? Theologi aut tacent de hac differentia, aut eam non admittunt: ita ut nulliter differrent altaria gregoriana per communicationem ab altari Ecclesiae in Monte coelio.

Attamen certum est fideles magis estimare Missas celebratas ad altare S. Gregorii, quam alias celebratas ad altaria privilegiata. Et hanc fiduciam bene fundatam esse, ait Consultor; eo quod quibusdam Sanctis datum est in ali quibus specialiter causis praecipue patrocinan, sicut s. Antonio ad ignem infernalem. Deus autem etiam in locis dicatis memoriae Sanctorum, ostendit quantum apud se illo-

rum intercessio possit*, et Divus Thomas accensef rebus quibus sacrificii fructus augetur etiam ***intercessionem sancti, cuius suffragium in Missa imploratur.***

Videtur autem Deus commisisse s. Gregorio specialiter patrocinan causam animarum purgantium: hinc probabilissimum est illum exercere hoc patrocinium in Ecclesia sibi dicata in Montecaelio, et praecipue in suo altari. Hinc basi non destituitur pia fiducia quae magis aestimat altare s. Gregorii, quam altare privilegiatum; in illo enim non est sola Indulgentia plenaria, sed etiam sancti patrocinium. Quid autem hoc patrocinium adiciat Indulgentiae pleminariae erui potest ex declaratione S. Congregationis Indulgentiarum; quae ait, per Indulgentiam plenariam Deo offertur pretium necessarium pro immediata liberatione animae a Purgatorii poenis; sed a beneplacito Dei pendet excipeie illud pretium, saltem in sua tota extensione. Nunc Missae de quibus sermo est interponentes Sancti patrocinium probabiliter efficiunt, ut Deus facilius pretium illud excipiat.

Tandem C< n cultor aiens sibi haud commodum esse examinare Archivium Secretariae Brevium sese exemit a sua proferenda opinione super dubium « utrum expediat revocare » suspensionem novae concessionis praedicti altaris , latam > ex mandato SSmi in Audientia 15 Martii 1852. (1) »

VOTUM ALTERIUS CONSULTORIS. Opus huiusmodi Consultor alter suscepit, sibique proposuit in hunc finem examinare duas formulas, quibus concedi solebant altare privilegiatum et altare gregorianum ; ut investigaret an inter utrumque adesset aliqua differentia, et quaenam e^set; et consequenter an id sufficiat pro tollenda illa suspensione, prudenter ***ad tempus*** decreta a Pio IX.

Etsi, ait Consultor, a tempore remoto repetenda sit origo

(1) Sciendum est annis 1842 et 1852, propositas fuisse quaestiones , an inter altare piiviiegiatum et altare gregorianum aliqua esset differentia, et quaenam revera haec esset. Ast cum Consultores et Emi Iudices in eamdem non irent sententiam, responsum fuit: *Dilato* et ad mentem; donec nimirum opportunior et penitior disceptatio haberetur. Interea vero Pius Papa IX f. r satius esse duxit novas concessiones altaris gregoriani i aspendere.

altaris privilegiati, et complura adsint exempla, tamen Gregorius XIII generalem reddit ac moderatus est eorum usum; et ab istius temporibus, nempe a tribus abhinc saeculis duplex reperitur breve diversum pro concessione Apostolica altaris Gregoriani seu ad instar illius s. Gregorii in Montecoelio.

Ex hoc ergo facto appparet aliquam adesse debere differentiam inter utrumque: sed differentia haec est tantum formalis, seu realis saltem quoad gradum. Ex pia credentium fide in altari gregoriano aliquid magis esse videtur. Ast quodnam est verum criterium pro iudicio hoc? Cum iuxta Theologos Indulgentiae ***tantum valent, quantum sonant,*** patet quod si differentia adest, ex verbis apparere debet ipsius Pontificiae concessionis, nec non ex declarationibus authenticis. Quid autem sit Indulgentia altaris privilegiati declaratur per S. Congregationem Indulgentiarum die 28 Iulii 1840: « Per Indulgentiam altari privilegiato » adnexam, si spectetur mens concedentis et usus clavium » potestatis, intelligendam esse indulgentiam plenariam, » quae animam statim liberet ab omnibus Purgatorii poenis. > Si vero spectetur applicationis effectus, intelligendam esse » indulgentiam, cuius mensura divinae Misericordiae bene- > placito et acceptationi respondet. »

Nunc autem quidnam est Indulgentia altaris gregoriani? Certe nil aliud est quam ipsa Indulgentia plenaria, vel alia Indulgentia maior cum sola differentia in formula concessionis. Idque esse posset duplici ex capite ; nempe vel quia ***si spectetur mens concedentis et usus clavium potestatis*** ampliores concedantur indulgentiae altari gregoriano ; vel quia ***si spectetur applicationis effectus*** adsit pro altari gregoriano aliqua ratio peculiaris intrinseca aut extrinseca favore maioris fiduciae , quod Indulgentia eadem facilius et certius a divina Misericordia excipiatur. Ast haec differentia in formulis concessionis haud reperire valuit Consultor ; et ideo vel argui posset minime differre inter se altare utrumque, vel formulam pro altari gregoriano non reperiri in formulis ordinariis eo quod singularis gratia sit concedenda per Bullam aut Breve pontificium.

Et re quidem vera Apostolica'Sedes a tempore saltem Gregorii XIII duabus utitur formulis diversis pro concessione altaris gregoriani et altaris privilegiati. Ast, ait Consultor, differentia apparet tantum in verbis et formulis, minime vero in substantia; nam Indulgentia ad liberandam animam a Purgatorii poenis eadem est in utraque formula: quamobrem si differentia aliqua adsit, erit tantum quoad gradum.

Et ideo inquirendum est an ex formulis colligi possit differentia quoad gradum : idest utrum in altari gregoriano aliquid magis sit quam in altari privilegiato. Id enim ex dictis verificari posset vel ob concessionem maiorum Indulgentiarum ex parte Ecclesiae, vel ob acceptationem ex parte Dei. Incontroversum videtur, altare s. Giegorii ad Montem Coelium, ceu privilegiatissimum habendum esse utriusque capitis gratia; nempe tum propter acceptation ern ex paite Dei, tum propter pontificias concessiones. Sed hic non agitur de illo altari privilegiatissimo quod a Deo et ab Ecclesia praediligi videtur; sed agitur de altaribus gregorianis per communicationem : et quaeritur an habeant aliquid magis quam altaria privilegiata? vel est ne inter eadem aliqua differentia quoad gradum? Et imprimis dicimus adesse posse ampliorem Indulgentiam ex parte Ecclesiae: nempe praeter Indulgentiam pro animae liberatione, aliam Indulgentiam pro aliis animabus defunctorum aut pro celebrante vel mandante missae celebrationem, et pro oranie apud illud altare. Praeterea altaria gregoriana habere possent alia privilegia indulta Ecclesiae s. Gregorii in monte Coelio; praecipue pro solemni octava mortuorum.

Attamen quidquid sit de altari s. Gregorii in Monte Coelio, communicatio quae fit altaribus gregorianis ***ad instar*** iuxta communem formulam limitatur ad Indulgentiam pro liberatione unius animae; et ideo ex se nequit esse neque maior neque minor Indulgentia plenaria, adnexa cuilibet altari privilegiato. Hinc iuxta formulam abest omnis differentia gradus quoad amplitudinem Indulgentiarum ex parte

Ecclesiae, vel si spectetur mens concedentis et usus clavium potestatis.

Aderit ne tamen differentia gradus, saltem si spectetur applicationis effectus, seu acceptatio divina? Haec, ait Consultor, adesse posset; eo quod haec Indulgentia conceditur tanta auctoritate per modum suffragii : sed omnibus perspectis, ait Consultor, abesse videtur quia in concessione altaris gregoriani verbum non fit de speciali acceptatione divina causa Indulgentiae. Et ideo vis specialis suffragiorum quae fiunt ad altare s. Gregorii, donum Dei gratuitum esse videtur, quod privilegium a Deo datum, extendi formaliter et plene nequit aliis altaribus ab Ecclesia.

Verum, quaesivit Consultor, Ecclesia potuit aut potest facere aliquid ut suffragia apud altare s. Gregorii acceptabiliora fiant? ita ut efficacia haec communicari queat aliis altaribus? Ecclesia prospiciens specialem acceptationem divinam quoad suffragia oblata apud illud altare, ut ostenderet suam praedilectionem erga illa loca Sancta, consecravit atque specialiter deputavit eadem loca ad finem animas liberandi a poenis Purgatorii, ceu ex formulis concessionis coniicitur. Verum haec ***specialis deputatio*** est ne factum auctoritatis Ecclesiae, quod forsan adiiciat suffragiis, actis apud altare illud specialem titulum divinae accejtationis, qui omnibus altaribus gregorianis communicari valeat? Ex solutione huius phrasis medium forsan exhiberi potest ad colligendam ex ipsa formula concessionis, differentiam inter altaria privilegiata communia, altare s. Gregorii ad Montem Coelium, et gregoriana ***ad instar.***

Et re quidem vera quodlibet altare privilegiatum haberi potest ceu destinatum ab Ecclesia pro suffragiis animarum Purgatorii; et destinatio ista potest habere gradus diversos. Sic, ad exemplum, omnis Ecclesia destinatur pro animarum suffragiis, per Missas ad illius altaria celebratas: sed Ecclesiae quae Romae dicuntur ***dei Suffragio*** et ***della Buona morte,*** specialiter ad hoc destinantur , atque per singularem concessionem omnia earumdem altaria sunt privile-

giata. Quoniam vero destinatio haec habet suos graaus, aitare s. Gregorii est in summo gradu, ***ad hoc specialiter deputatum.*** Quod autem ex hac destinatione, ab Ecclesia facta, maior enasci debeat certitudo pro divina acceptatione a rei natura erui posse videtur: etenim quaenam est ratio maioris fiduciae apud fideles, quoad Missas celebratas pro defunctis in duabus dictis Ecclesiis, nisi quod eaedem ad hoo specialiter destinatae sunt ?

Praeterea ipsa specialis destinatio ab Ecclesia facta, est titulus specialis ad divinam acceptationem, ne auctoritas Ecclesiae suae a Iesu Christo frustra concessa dicatur. Quum autem auctoritas Ecclesiae gradus habeat, specialis actus huius auctoritatis titulum specialiorem ad divinam acceptationem secumferet. Nunc autem quoniam titulus specialior ad divinam acceptationem ab Ecclesia manat, sic ab Ecclesia communicari etiam potest omnibus altaribus gregorianis. Siquidem in concessione eorumdem dicitur. Missam aj ud eadem celebratam operari ad animae liberationem, veluti si Sacerdos litaret ad altare s. Gregorii de urbe, ad id deputatum .

Praeterea titulus ad divinam acceptationem deductus ab auctoritate Ecclesiae haud excludit alium titulum, deductum a mediatione s. Gregorii ; quinimo eumdem implicite includit; eoquod Ecclesia specialiter deputavit illud altare ob specialem acceptationem Dei quoad suffragia, apud idem altare oblata, per s. Gregorii intercessionem. Finis autem Ecclesiae est ut roboretur suffragiorum effectus per intercessionem huius Sancti, qui habetur ceu Patronus specialis defunctorum. Titulus vero ad sancti intercessionem ab Ecclesia communinari potest altaribus gregorianis; et ideo Missae celebratae apud a.taria gregoriana habentur ab Ecclesia ceu celebratae apud idem altare s. Gregorii in Monte Coelio.

Ex dictis, ait Consultor, imprimis eruitur aitai e s. Gregorii apprime esse Deo acceptum favore defunctorum, intuitu meriti eiusdem Sancti, etiam indenendenter ab Indui-

gentiis; atque intuitu specialis destinationis ab Ecclesia factae de altari illo, ad exercendam auctoritatem concedendi Indulgentias pro defunctis; et eorum suffragiorum commendando acceptationem, intuitu mediationis eiusdem Sancti Gregorii. Eruitur etiam quod secundus hic titulus ad divinam acceptationem communis sit Indulgentiis adnexis Missis celebratis apud altaria gregoriana, veluti si celebrarentur ad altare eiusdem s. Gregorii. Et consequenter deducitur tertio differentiam gradus inter altaria gregoriana et simpliciter privilegiata poni in maiori certitudine quod Indulgentia proprium sortiatur effectum; quod nempe acceptetur a divina Bonitate facilius, plenius, citius; tum ob specialem destinationem illius altaris ab Ecclesia factam, tum ob specialem intercessionem s. Gregorii.

Differentia huiusmodi haud est substantialis et speciei, quoniam altare privilegiatum et gregorianum idem possident privilegium, id est plenariam Indulgentiam: sed est differentia realis, quoniam altare gregorianum habet plus aliquid realis, quod est novus titulus ad divinam acceptationem; et ideo non est tantum praecedentia gradus, honoris aut nominis.

Quum autem ex dictis appareat quod adsit et qualis sit differentia inter altare gregorianum et simpliciter privilegiatum, dici potest, ait Consultor, cessasse causam qua Pius IX iussit suspendi novas concessiones altaris gregoriani :

Rescriptum quo conceditur Indulgentia tercentum dierum recitantibus sequentes preces pro animam agentibus.

Beatissimo Padre

Il canonico Domenico Salva*tori* **direttore della pia Unione a favore degli Agonizzanti di tutto il mondo, fa umile istanza perchè la Santità Vostra voglia accordare trecento giorni d'In-**

Beatissime Pater

Canonicus Dominicus Salvatori, moderator piae Unionis in favorem animam agentium ex universo Mundo, humiliter exorat Sanctitatem Vestram ut concedere dignetur tercentum

diligenza a chi divotameute reciterà le qui seguenti brevi preghiere.

PREGHIERE

Eterno Padre, per l' amore che portate a s. Giuseppe da voi eletto fra tutti a rappresentarvi in terra, abbiate pietà di noi e dei poveri agonizzanti. *Pater, Ave* e *Gloria.*

Eterno Divin Figlio, per l'amore che portate a s. Giuseppe vostro fedelissimo custode in terra, abbiate pietà di noi e dei poveri agonizzanti. *Pater, Ave* e *Gl ria.*

Eterno Divino Spirito, per T amore che portate a s. Giuseppe, il quale con tanta sollecitudine custodi Maria SSma, Vostra prediletta Sposa, abbiate pietà di noi e dei poveri agonizzanti. *Pater, Ave* e *Gloria.*

dierum Indulgentiam devote recitantibus breves quae sequuntur preces.

PRECES

Aeterne Pater, propter amorem, quo prosequeris s. Iosephum, inter omnes a Te selectum ad Tuas in terris implendas vices, miserere nostri pauperumque animam agentium. Pater, Ave *et* Gloria.

Aeterne divine Fili, propter amorem quo prosequeris s. Iosephum, Tuum in terris fidelissimum custodem, miserere nostri pauper'unique animam agentium. Pater, Ave *et* Gloria.

Aeterne elìcine Spiritus, propter amorem quo prc sequeris s. Iosephum, custodem studtosissimum SSmae Virginis Mariae, tuae dilectae Sponsae, miserere nostri, pauperumque animam agentium. Pater, Ave *et* Gloria.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII in audientia liabita die 17 Maii 1884 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis, Indulgentiis sacrisque reliquiis praepositae omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui supra relatas preces, corde saltem contrito ac devote recitaverint, Indulgentiam tercentum dierum, semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti in *perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Pomae ex Secretaria eiusdem s. Congregationis die 17 M iii Í884.

\L ,A.R.D. OREGLIA A S. STEPHANO *Praef.*

FRANCISCUS Della Volpe *Secretarius.*

EX SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Litterae circulares Emi Praefecti ad Episcopos Cataolici Orbis quoad centenariam commemorationem nativitatis B. M. Virginis.

Iilme et Rfhe Domine

Vir Eminentissimus Metropolitanae Ecclesiae Colocen eis et Bacsiensis in Hungariae Regno Antistes Ludovicus Cardinalis Haynald, humillimis oblatis precibus, Sanctissimum Di um Nostrum LEONEM PAPAM XIII rogavit, ut probata aliquorum Theologorum ecclesiasticae historiae peritorum sententia, quae suadet proximo anno 1885 compiei u a i iri decimum nonum saeculum ab ortu gloriosae Virginis, Dei genitiicis Mariae, de eo laetissimo eventu speciale festum solemni ritu celebrandum decerneret in catholico Orbe universo, die octava Septembris eiusdem anni. Postulationi quamplurimi alii subscripserunt ecclesiarum Praesules, inter quos aliquot Emi Cardinales ; permulti quoque accessere ecclesiastici Viri dignitate dari, et laici religione praestantes: omnes ferventi permoti desiderio novum cultus honorem opponendi probris ac blasphemiis , quibus excelsa Domina a tenebrarum potestate hodie lacessitur , ab eaque , tam pro pitia oblata occasione, enixius implorandi, ut optatae pacis nostrae sequestra fiat apud Deum, et caelestium administra gratiarum.

Sanctissimus Dominus rei perspecta gravitate , eam videndam demandavit peculiari Congregationi Eminentissimorum Cardinalium sacris tuendis ritibus praepositorum. Quae die 31 mox praeteriti mensis Maii ad Vaticanum coadunata, in primis in hoc themate pervidit obicem , hactenus insolubilem, ex defectu notitiae certae, quae prorsus necessaria esset , veri anni Virginei natalitii ; cum eruditi omnes tam veteres quam recentiores, ac ipsi centenarii propugnatores censeant tempus nativitatis Deiparae beatissimae historica certitudine definiri non posse. Quae enim maxime afferuntur documenta, videlicet fragmentum epistolae Evodii \ post Sanctum Petrum primi Antiocheni Episcopi, iuxta quod beata Virgo decimum quintum annum agens peperisset huius mundi luceih; et Chronicon Paschale, unde deducere daretur Mariae ortum undecimo anno, ad summum, ante Christum natum contigisse : haec praeterquamquod secum non cohaerent , ab omnibus melioris notae criticis , validis adductis rationum momentis, facile refelluntur uti apocrypha, aut prorsus dubiae auctoritatis. Hi propterea incunctanter negant fidem esse adiungendam rei, de qua sacrae litterae, veteres Patres ecclesiasticae historiae et sacrae antiquitatis explorata monumenta nihil omnino tradiderint. Ac sapienter, pro suo more, de hoc ipso scribit Summus Pontifex Benedictus XIV : « Fortasse nonnemo mirabitur nos de nativitate beatae Virginis nihil afferre; sed cum de ea sacer lex.tus'-omnino sileat, optimum putavimus et nos de re prorsus in-

certa tacere, de qua, cum plures scribere voluerint ex turbidis fontibus, quae tradiderunt, hausisse videntur, puta ex Proto-Evangelio, quod Sancto Iacopo falso tribuitur, ex libro de Ortu Virginis qui perperam Sancto Iacobo fratri Domini Nostri Iesu Christi, et a quibusdam Cyrillo Alexandrino adscribitur, ... ex commentitia s. Evodii epistola etc. » *(De jestis B. M. V. lib» II cap. IX).*

Consuetudinem autem, quae invaluit, celebrandi sacras centenarias commemorationes , rei praesenti minus congruere deprehensum fuit. Quandoquidem, uti iidem centenarii fautores testantur, expetitum festum prima vice hoc decimonono saeculo foret inducendum, veluti quid novum in Dei Ecclesia, et cunctis retroactis saeculis ne cogitatum quidem ab eximia maiorum erga inclytam Dei Genitricem pietate et devotione, aut certe illis inusitatum. Profecto satis congrua theologica atque liturgica ratione inolevisse censendum est, ut saecularia solemnia , quae aliis sanctis cum Christo regnantibus non denegantur, ea de praecipuis sacratissimis Beatae Virginis vitae actis et mysteriis, scilicet de Nativitate, de Annuntiatione , de Assumptione , ac porro de ceteris , non celebrentur. Nam eminentiori veneratione supra ceteros Sanctos colit Ecclesia Caeli Reginam et Dominam Angelorum, cui, *in quantum ipsa est mater Dei... debetur ... non qualis-uinque dulia, sed k y per dulia (S. Thom. 3 pa/-t. quaest. 25, art, J).* Ideoque plusquam centenaria solemni commemoratione, eadem semper cultus praestantia, eodemque honoris tributo Ecclesia < elebrat recurrentes eius misteriorum solemnitates; cum de caetero cultus Deiparae in Ecclesia sit plane quotidianus, ac prope nulla temporis men*u a limitatus.

Haec pauca , vel leviter tantum adumbrata , satis ostenuunt prudentiam Sacrae Congregationis:, quae proposito dubio: *u.* An recoli expediat anno proximo 1885 in toto Orbe centenaria commemoratio Nativitatis Beatae Mariae Virginis? » mature expensis omnibus, unanimi suffragio respondit: *non expedire* Valde tamen laudavit, ac Sanctissimo Domino deferendum voluit, pium tot praeclarissdmorum Postulantium desiderium exhibendi Genitrici Dei gloriosae novum aliquod obsequii ac filialis amoris publicum argumentum pro novis iniuriis a perditis blasphemisque hominibus ei inlatis ; qui, occasione arrepta , etiam in Almae eius Domus Lauretanum Sanctuarium toto orbe celeberrimum acuerunt linguas suas.

Facta vero de his er me infrascriptum Cardinalem fideli relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis sententiam in omnibus ratam habuit et confirmavit. Mandavitque ad supramemoratum effectum a Emis locorum Ordinariis celebrari in suis Dioecesibus triduana devota solemnia diebus sexta, septima et octava Septempris huius vertentis anni 1884 in honorem Beatissimae Virginis, ad instar eorum quae Romae in templo Sanctae Aiariae supra Minervam iussu eiusdem Sanctissimi Domini , propediem erunt celebranda. Concessitque fidelibus , pro qualibet vice septem annorum **c septem quadragenarum Indulgentiam ; quotidie vero interessentes , et intra triduum confessis ac sacra synaxi refectis , et ad mentem Sanctitatis Suae Deum orantibus, plenariam Indulgentiam

áemel lucrandam, etiam animabus in purgatorio detentis applicabilem. Voluit autem huiusmodi triduana festa in Lauretana Basilica omnino peragi : quocirca magnopere probavit, ut a die prima proxime futuri mensis Septembris ad decimam Decembris inclusive piae peregrinationes in eumdem finem ad praefatum Sanctuarium Lauretanum instituantur; concessa, in omnibus ut supra, de thesauro Ecclesiae plenaria Indulgentia semel lucranda.

Haec dum pro mei muneris ratione Amplitudini Tuae communico, Eidem fausta omnia precor a Domino.

Romae, in Solemnitate Pentecostes die 1 Iunii 1884.

X>. CARD. BARTOLINIITS S. R. C. PRAEFECTUS.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

CONGREGATIONIS

CLERICORUM REGULARIUM INFIRMIS MINISTRANTIUM.

DECRETUM de centenario praxis mensis Mariani.

Instante Rmo Patre Camillo Guardi, Praefecto Generali Congregationis Clericorum Regularium, Infirmis Ministrantium, quum in ordinario speciali Sacrorum Rituum Congregationis Coetu, cum interventu RR. PP. DD. Magistrorum Sacrae Romanae Rotae Auditorum ad Vaticanum, subsignata die coadunato, Emus et Rmus D us Cardinalis Lucidus Maria Parocchi, Causae Ponens, eiusmodi Dubium discutiendam proposuerit, scilicet: *An expediat, ut Mensis Mariani Praxeos Centenar iura, a Clericis Regularibus Infirmis Ministrantibus, atque ab Ordinariis id a Sancta Sede petentibus, in memoriam eiusdem Exercitii anno 1784, in E-desia Visitati nis Beatae Mariae Virginis Civitatis Ferrariensis solemniter peracti, hoc anno 1884 celebretur f* Sacer idem Coetus, omnibus accurato examine perpensis, rescribendum censuit: *Affirmative.* Die 3 Aprilis 1884.

Facta postmodum de iis SSmo Domino Nostro Leoni Papae XIII, per infrascriptum Secretarium fideli relatione , Sanctitas Sua sententiam S. Congregationis in omnibus ratam habuit et confirmavit. Eadem die 3 Aprilis 1884.

Pro Emo et Rmo D. Card. BARTOLINI S.R. C. PRAEFECTO

A. Card. SERAFINI

);OCO f Signi,

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. Secretarius.

EX SACRA CONGREGATIONE INDICIS

DECRETUM

Feria VI die 9 Maii 1884.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio apostolico vaticana die 9 Maii 1884, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Operta :

Der Vernunftstaat nach seinen Rechten und Pflichten, von Fr. (raspar. — *Latine:* **Status rationalis, eiusque iura et obligationes auctore Fr. Graspar. Luxemburgi, 1883.**

Il Vaticano Regio, tarlo superstite della Chiesa Cattolica pet C. M. Curci. Firenze-Roma, 1884. *Decr. S. Off. Feria IV. Die 30 Aprilis 1884.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitor ibus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO D. N. LEONI PAPAE XIII per me infrascriptum S.I. C. a Secretis/relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 29 Maii 1884.

FR. THOMAS M.[a] CARD. MARTINELLI Praefectus.

Fr. 'Hieronymus Pius Saccheri Ord. Praed.

S. Ind. Congreg, a Secretis.

Iioco Sigilli.

Die 30 *Maii 1884 ego infrascriptus Mag, Cursorum -testor supradictum Decretum affixam et publicatum fuisse m Urbe.*

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

EX AEDIBUS VATICANIS

LT ITE1AE S^mi Patris LEONIS XIIT. ad Emum D. Cardinalem Iosephum Hergenroetaer Pontificii Archivii Vaticani Custodem.

Sign >r Cardinale

La singolare importanza degli Studi storico-critici per la difesa della Chiesa e della Sede Apostolica Ci determinò fin dall'esordio del Nostro Pontificato di aprire alle indagini degli studiosi il Pontifìcio Archivio Vaticano. — Disponemmo dapprima che ne assumesse la direzione un Cardinale di Santa Chiesa col compito di dare efficace impulso allo studio dei monumenti storici e alle discipline apologetiche. — Concedemmo al Cardinale Archivista che potesse a comodo degli eruditi temperare con discernimento l'antica disciplina degli Archivii Pontificii , e quindi ordinammo che venisse aperta un' attigua sala di studio per uso di coloro che amano di applicarsi all'esame critico dei vetusti documenti.— Non paghi di ciò, e scorgendo 1' abuso che si fa della storia a danno della verità e della religione, Ci proponemmo di promuoverne lo studio imparziale, e con la Nostra lettera del 18 agosto del passato anno 1883 impegnammo lo zelo

Eme et E.me Domine

Cogitantibus Nobis quanti in tersint critica historiarum Studia Ecclesiae ac Sedis Apostolicae defensioni, visum est, ab ipso nostri Pontificatus initio, studiosorum inquisitionibus Pontificium Vaticani Archivium patefacere. Statuimus primo, ut huius regendi provinciam unus ex S. E. Cardinalibus susciperet, cum officio historicorum monumentorum et disciplinarum Apologeticarum studium serio promovendi. Cardinali Archivii custodi concessimus, ut ipsi fas esset veterem Archivioruin disciplinam, ampliori eruditorum commoditati consulendi gratia, sapienter temperare; ac proinde praecepimus ut eorum studiis, qui in criticum documentorum examen incumbere velint, attiguum conclave pateret. — Nec id nobis satis, animadvertentes plerosque in veritatis e Religionis perniciem historia passim abuti, eius scientiam, omni partium studio expoliatam promovere decrevimus; Literisqae n >stris XV. kal. Septembris elaps > anni datis, trium e s. O lieg io illustrium Virorum zelum do-*

e la dottrina di tre illustri mei?; - bri del sacro Collegio a dar m a - no, col concorso di eletti ingegni, a lavori storico-apologetici, v a - lendosi degli atti' autentici del pontificato e della Chiesa, esplorati nelle loro fonti.

Ma a rendere vieppiù fruttuoso questo studio, Ci siamo risoluti di aprire presso lo stesso Archivio una scuola speciale di *Paleografia e Storia comparata,* mercè cui il giovane Clero possa opportunamente far tesoro di soda eradizióne e addestrarsi in esercizi di sana critica. — Nel tempo stesso, sembrandoci esser questo il momento acconcio di dare al Nostro Archivio un organamento più consentaneo all' uopo con opportune norme d'interna e di esterna disciplina, abbiamo ordinato si compilasse un nuovo Regolamento. Questo, sanzionato con Nostro speciale Motu-proprio del primo maggio corrente, reca le norme che dovranno d'ora in poi dirigere l'Archivi* medesimo, la Sala di studio, e la scuola di Storia e di Paleografia; e lo rimettiamo a Lei , signor Cardinale, affinchè ne curi debitamente l'esecuzione.

Dato dal S. Nostro Palazzo del Vaticano, questo dì 15 maggio 1884.

LEONE PP. XIII.

ct r inamque provocavtmus, ut una cum eruditorum praeclaris- simiSf historica studia, quas maxime ad Apologiam attinent, susciperent; authentica Pontificatus Romani et Ecclesiae documenta sollerter versantes, in ipsis eorum fontibus explorata.

Sed quo utilius id studium cedat, Nobis voluntas est, prup^ Archivium ipsum specialem Palaeographiae atque Historiae, ut aiunt, comparatae scholam instituere, per quam adulescens Clerus et solidiorem eruditionem sibi comparare, et sanioris Criticae exercitiis se excolere possit. Nunc vero autumantes opportunum advenisse tempus, quo Archivio nostro dispositio et constitutio detur, fini, quem Nobis proposuimus, magis accommodata , appositis cum interioris, tum exterioris Disciplinae regulis, ut novum conderetur Statutum mandavimus, quod quidem n jstro Motu-proprio *Kalendis huius mensis Maii edito, c nfirmatum, regulas exhibet, quibus posthac idem Archivium, Conclave studiis destinatum, et Palaeographiae atque Historiae schola moderanda sunt; illudque tibi D u e Cardinalis, committimus, ut ipsum, prout par est, exequehdum cures.*

Datum a nostro S.Palttio Vaticani Idibus Maii ann 1884.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

ORDINIS S. BENEDICTI

FACULTATIS EXERCENDI ARTIS MEDICAE

Die 16 Februarii i884.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Sanctuarium ***di N. Signora di Monsvrrato*** et Monasterium Ordinis s. Benedicti in cacumine montis positum, plurium horarum spatio distant a loco ubi Medicus-Chirurgus inveniri potest, qui praesto sit occurrentibus necessitatibus, sive magnae ibi degentium monachorum familiae, sive peregrinorum qui undique ad Sanctuarium affluant. Itaque Abbas D. Michael Muntadas valde sollicitus de salute et vita infirmorum, quae ob defectum solliciti auxilii in discrimine eidem posita videtur, Sacratissimo Principi per supplicem libellum adivit exponens: adesse in Monasterio monachum, qui cum péne septuagenarii^ promotus fuerit ad sacros ordines, longos per annos artem chirurgiae cum laude inter suos cives exercuit. Attentis ideo loci extraordinariis adiunctis, Sanctitatem Vestram exorat, ut eidem monacho facultas indulgeatur exercendi artes medicinae, et chirurgiae pro casibus occurrentibus favore monachorum et peregrinorum, etiamsi incisione aut adustione uti necesse sit.

Disceptatio Synoptica

FACULTAS DENEGANDA VIDETUR. Precibus annui non posse ex eo eruitur, quia clericis et Religiosis medicae et chirurgi eae artis exercitium generaliter interdictum esse, Doctores omnes tenent, et statutum reperitur ***in can.*** **6** Concilii Remensis, habiti sub Innocentio II ***anno*** **1131,** et ***in can.*** **9** Concilii Lateranensis, eodem sedente Pontifice, celebrati

anno 1139: praesertim vero sì de incisione et adustione agatur, ob periculum irregularitatis. Ita Abbas ***in c. 19 de homicid. n. 5,*** "Wiestner ***num. 14*** aliique.

Verum equidem est quod Summi Pontifices passim nonnulla artis medicae exercendae privilegia concessere; sed id praestitum est cum Regularibus, sacris Missionibus addictis, ***propterea quod,*** ait Bened. XIV ***Synod. Dioec. I. XIII c. 10 n. 71 fuerit experientia satis compertum conferre id plurimum ad ampliorem faustumque Missionum progressum.*** Et huiusmodi facultates exercendas concesserunt omnino ad normam decreti Congregationis de Propaganda Fide, in quo nonnullae providae conditiones recensentur, et praesertim, ut sit peritia in arte, ut gratis exerceatur, absque incisione et adustione, et in locis ubi desunt laici medici. Chirurgiae vero exercitium longe difficilius Ecclesiasticis et Regularibus permittitur, et cum nullus omnino adest in loco laicus chirurgus: ac si quod indultum gravi ex causa hac in re conceditur, ad avertendum irregularitatis periculum apponi solet clausula: ***citra incisionem vel adustionem.*** Quae verba desumpta sunt ex. Cap. ***Sententiam ne Clerici vel Monachi.***

Celebris est Decretalis Innocentii III ***in cap. Tua nos, de homicidio;*** in qua irregularitatem contraxisse declaratur Monachus, qui cum artem optime calleret, eamque non spe lucri, sed christianae charitatis affectu exerceret, tumorem, qui in mulieris gutture excreverat, ferro secuit, simulque eam monuit, ne se aperto aeri exponeret; quod quidem praeceptum quia mulier trangressa est, dum, ut segetes colligeret, ventorum inclementiam perpessa est, ex hac vita migravit. Cum igitur in precibus porrectis, ignis etiam et ferrum adhibenda expostulantur, eae reiiciendae omnino videntur.

FACULTAS INDULGENDA VIDETUR. Attamen perpendendum etiam ex altera parte est, iuxta veterem Ecclesiae disciplinam vetitam haud fuisse artis medicae exercitationem iis, qui in sacris Ordinibus constituti essent. S. Lucam Evangelistae!, etiam postquam ad sacerdotalem dignitatem con-

so3nderat, medicum egisse receptior opinio est. Hanc ipsam artem non pauci sancti viri exercuerunt, uti de s. Iuvenali Episcopo Narniensi et de s. Eusebio Episcopo Vercellensi legitur. Et quamvis progressu temporis Ecclesia id Monachis et Clericis interdicendum censuit, non ita tamen severa super hoc se exhibuit, ut nunquam, in casibus particularibus hanc facultatem concesserit, quinimo saepe saepius eam elargita est, concurrentibus praesertim peculiaribus circumstantiis.

Iam vero ut in hunc finem cum praefatis Regularibus dispensetur, haec subesse potest iusta causa, uti docet Benedictus XIV ***loc. cit.*** quod nimirum in civitate, oppido , vel pago, is laicorum medicorum numerus non habetur, qui ad ferendam aegrotorum indigentiis opem necessarius videatur; et ceteroquin Religiosus adsit in arte peritus. Iam vero hanc causam in themate concurrere cuique legenti patet; et insuper Religiosum esse satis in arte peritum: quia longos per annos exercuit cum laude artes medicinae et chirurgiae dum adhuc laicus esset.

Denique, ut preces oblatae obsignentur, laudatus Pontifex pro Religiosis requirit commendationem Superioris illius, quae quidem in themate minime desideratur. Quapropter nihil obstare videtur quominus preces porrectae benigno favore excipiantur, vel saltem si aliqua limitatio EE. PP. placebit apponere, attenta eius aetate, contenti sint de sueta clausula: ***citra incisionem vel adustionem.***

Quibus in utramque partem animadversis, quaesitum est quodnam responsum esset precibus dandum.

RESOLUTIO. Sacra Congr. Concilii, re perpensa, sub die 16 Februarii 1884 respondit:

Pro gratia ad quinquennium dummodo exerceatur gratis et absque ustione vel incisione, facto verbo cum SSmo.

VIGLEVANEN. ET MEDIOLANEN.

EXCARDINATIONIS

Die 16 Februarii 1884.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Sacerdos Martianus in dioecesi Viglevanensi natus, elementaría, gymnasialia et philosophica studia Augustae Taurinorum complevit. Duos exinde annos, nempe 1875 et 1876, in Viglevanensi seminario transegit, theologicis studiis operam dando, et gratuite, utpote dioecesanus, alitus. Sub finem anni 1876 e seminario egrediens, Episcopi assensu, Mediolanum petiit, aeris natalis loci inclementiam effugiturus , ut ipse ait ; vel potius adsistentis munere perfuncturus in quodam collegio a Parocho s. Mariae instituto, ut Episcopus affirmavit.

Theologica studia illic prosequutus, a suo Episcopo ordinatur; eique titulus fuit Missarum legatum, quod Mediolani in Ecclesia s. Mariae erat institutum, quodque clerico Martiano tributum est, quamvis ad Viglevanensem dioecesim pertineret. Notavit autem Episcopus, sese, excipiendo legatum missarum pro titulo ecclesiastico, conditionem apposuisse: dummodo clericus Martianus non obstringatur residere Mediolani, et permaneat Viglevanensis subditus, per alium onus missarum implendo.

Sacris acceptis ordinibus clericus Mediolanum iterum, Ordinarii assensu venit, atque in eodem munere conversabatur. Sed anno 1879 in dioecesim redire iussus est, ut senescenti infirmoque parocho , adsistentiam praeberet. Heic quidem bene exerciti officii laudes meruit , atque etiam bonum a parocho testimonium consequutus est. Ast mense Iunio 1882, improviso apoplexiae morbo correpto parocho s. Mariae, ipse incunctanter Mediolanum se contulit, quin Episcopum praemoneret, et desertam paroeciam de sacerdote provideret. Nonnisi serius telegrammate Episcopum edocuit, cum et ipse Mediolani infirmatus est: morbus autem ex medici attestatione gravis fuisse videtur.

Inter haec viglevanensis Episcopus paroeciae desertae necessitatibus angebatur. Ibi enim ob gravem aetatem infirmamque valetudinem parochus, aliquando neque missam dominicis diebus celebrare valebat ; alius autem dioecesanus sacerdos, qui illuc mitti posset praesto non erat. Itaque **ex**tradioecesanus primum vocatus est: dein vero, mense Septembri, cum iam ex sua infirmitate Martianus convaluisset, ipse rogatus fuit, ut ad pristinum officium rediret. Ast acriter ac superbe respondit : imo paulo post a Vicario generali mediolanensi compulsus, ut sui Ordinarii votis obsequeretur, vel saltem ut Viglevani suam causam dicturus pergeret, restitit.

Iteratis sed vero Episcopi monitionibus ad hoc, tandem flexus est, ut festis diebus in dictam paroeciam ad missam celebrandam ipse primum veniret, dein alium sacerdotem **sua** vice mitteret. Ast ianuario mense **anni 1883** cum iterum in morbum esset implicitus utrumque praetermisit. Episcopus vero quo melius potuit, tunc primum providit; ast postea cum rescivisset sacerdotem Martianum iam convaluisse, precibus ac minacibus litteris eum ad redeun**dum** compulit: spopondit etiam se eum liberum relicturum mense decembri eiusdem anni, quia tunc alius sacerdos illuc missurus sibi praesto esset. Ast frustra, neque enim Martianus ad haec unquam respondit: **qua** de re Episcopus Martiano significavit, ipsum nullam **s.** functionem in dioecesi Viglevanensi complere exinde posse, **nisi** in eam animo permanendi rediret.

Notus siquidem **in** dioecesi erat, ait Episcopus, Martia**ni** firmus ac pervicax animus; quo factum **est** ut quadragesimae tempore in illa paroecia vix nullus sacerdos spirituales populi necessitates curaret, ipso syndico pie reclamante; **et** Paschatis diebus **illuc mitti** debuerit sacerdos , **qui in** Cathedrali **confessiones audire** tenebatur. Qui quidem **illuc opportune** se contulit **ut duo** cadavera ad sepulturam offerret, **et** sacramenta **ministraret** perculso ab apoplexia.

Interim vero sacerdos Martianus etiam diebus festis Mediolanum haud reliquit.

Inter haec, mense Iunio **1883** S. Mariae parochus moriebatur, sacerdoti **Mai**-tiano partem alicuius domus Mediolani relinquens. Ideo paulo post hic sacerdos S. O. **C.** rogavit, ut sibi Mediolani permanendi facultas fieret, non modo salutis curandae causa, sed ad hoc etiam, ut domo sibi legata frueretur, in eamque senem parentem deducere valeret. Et Episcopus, quin obsisteret, factorum serie enarrata, ut omnia S. C. O. patescerent, fassus est se adamussim et Iubenti animo S. Sedis mandata, quaecumque forent, semper impleturum.

Porro monent DD. in ***tit. de cjeric. peregr.,*** et praecisis verbis S. C. O. in ***Ariminen^ 5 Decembris 1574*** « Cle-
» ricum, qui certo loco non est/ adscriptus ab Episcopo suo
» non posse invitum retineri, ne a sua dioecesi recedat et
» alibi parochiam accipiat. » Quae verba consona sunt responso dato in ***Ferrarien. 12 Iunii 1604*** nempe: « Talem
» clericum teneri, antequam vadat ad residentiam, petere
> ab Episcopo proprio licentiam, quam ille non potest ne-
« gare. > Excipitur tamen casus necessitatis ecclesiae: tunc enim Episcopus potest hosce clericos, quamvis certo loco non adscriptos, seu beneficio non donatos, ad permanendum cogere sicut decretum est in ***Tinen. 15 Martii 1625:*** « Pos-
> se Episcopos ob ecclesiae necessitatem Presbyteris ordina-
» tis ad titulum patrimonii interdicere, ne ipsam ecclesiam
» deserant, atque alterius ecclesiae servitio sè addicant abs-
» que eius licentia. > Et iterum, ceteris omissis, in ***Reatina 26 Ianuarii 1883,*** in qua « S. C. censuit sacerdotem
» B. cogi posse ut in dioecesim Reatinam revertat, dum-
» modo de congrua eidem ab Episcopo provideatur. »

Hisce expositis quaesitum est ab Emis. Patribus quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra **C. C-** re perpensa, sub die **16** Februarii **1884** respondit:

Lectum; et orator absque mora pareat mandatis Episcopi.

ANCONITANA

POSTULATUM CIRCA PATRINOS

V« *16 Februarii 1884.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Anconitanus Praesul in relatione status suae Dioecesis, sequens proposuit postulatum. « Non raro acccidit ut ille idem, qui infantem levavit e sacro fonte, ipsum etiam in Sacramento Confirmationis suscipiat. Parochi asserunt frustra se adlaborasse ad hunc antiquum morem tollendum, ac proinde a praedecessoribus meis tolleratum fuisse. Quaeritur igitur utrum haec agendi ratio tolerari possit. >

Disceptatio Synoptica.

Mos **MANUTENENDUS VIDETUR**. Etenim animadverti potest quod licet cautum in iure reperiatur, ut qui infantem levavit in Baptismo non teneat eumdem in Confirmatione ; id nihilominus putandum non est adeo absolute sancitum ut numquam ab huiusmodi regula deflecti liceat, vel ut contrarius quoque usus tolerari nequeat. Inspiciatur sane ipsum ***cap. 100 dist. 4 de consecr.,*** ex quo praefata regula desumitur: ***In catechismo et in baptismo et in confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo romana; sed per singulos singuli suscipiunt.*** Huiusmodi autem necessitas, qua recedi potest a ***romana consuetudine,*** late accipienda videtur, pro quacumque videlicet rationabili causa, ceu tradit Croix cum Busembaum ***de Sacram. Confirm. num. 398*** - ibi - « Et si » aliqua causa subsit, potest idem esse in Confirmatione > Patrinus, qui fuit in Baptismo. >

Post haec contrarius mos ab antiquo vigens in Dioecesi Anconitana haud immerito fortasse traduci posset uti vera consuetudo, cum nulla appareat peculiaris ratio, qua illa

impediatur vim suam exerere in casu, sicuti contra alias leges. Verum praetermissa etiam hac consuetudinis provincia, notandum insuper est quod ille antiquus mos recensendus saltem videtur inter causas excusantes a praefato iuris statuto observando, quemadmodum in foro conscientiae excusat a peccato illos qui iuxta eumdem morem se gerunt hac in re; Chamerota ***de Sacram. Confirm. cap. 7. dub. 2.*** - ibi - « Debet esse alius (Patrinus Confirmationis) ab eo qui tenuit in catechismo vel baptismo secundum consuetudinem Ecclesiae Romanae, nisi cogat necessitas ***cap. in catechismo de consecr. dist. 4.;*** nunc tamen ***usus contrarius excusat a peccato contra facientes.*** >

Mos REIICIENDUS VIDETUR. Ast contra, si excipias Chamerota et Croix cum Busembaum, quorum textus superius relati fuerunt, ceteri omnes DD., vel absolute tradunt Patrinum in Confirmatione diversum esse debere a Patrino Baptismi, vel ad summum excipiunt casum necessitatis iuxta ***cap. 100 dist. 4 de consecr.*** Ita Salmatic. ***de Sacram. Confirm. cap. 4. n. 4,*** Henriq. ***lib. 3. cap, 3. num. 3.*** Lay m. ***lib. 5. Summ, tract. 3. cap. 7.,*** Bonae. ***disp. 3. de Sacram, q. un. punct. 4.,*** Palaus ***de Sacram. Confirm. punct. 10. num. 2.,*** Barbosa ***de potest. Episc, alleg. 30. num. 51.,*** Ferraris ***V. Confirmatio art. 3. num. 14.,*** Gavantus ***Manuale Episc. V. Confirmatio,*** aliique plures.

Nulla itaque exceptio admittenda videtur in casu praeter illam, quae habetur in ***cap. 100 dist. 4. de consecr.*** Iamvero necessitatis nomine intelligitur quaedam vis cogens ad aliquid faciendum vel etiam quaedam impossibilitas legem implendi iuxta definitionem traditam apud Ferraris ***V. Necessitas num. 1. nov. add.*** - ibi - « Necessitatis nomi- > ne intelligi debet status hominis, in quo parere legi haud > potest absque periculo suo. > Consequenter necessitatis vocabulum in ***cit. cap.*** adhibitum nullatenus trahi posse videtur ad significandam quamcumque rationabilem causam, sed illam tantummodo causam, quae includit quamdam vim

coactivam, secus agendi ac praescriptum est, vel quamdam impossibilitatem observandi ***romanam consuetudinem.*** Eo vel magis, si perpendatur ***cap.*** istud non enunciare necessitatem simpliciter, sed expresse edicere : ***si necessitas cogit.***

Quibus breviter notatis, quaesitum fuit quodnam postulato Episcopi dandum esset responsum.

RESOLUTIO. Sacra **O.** Concilii, re discussa sub die **16** Februarii **1884** respondit:

Posse tolerari; sed Episcopus curet abusum pedetentim evellere.

Ex **QUIBUS COLLIGES**. I. Esse contra romanam consuetudinem morem, ut idem ille qui levavit infantem a sacro fonte, ipsum suscipiat etiam in Sacramento Confirmationis.

II. Singulos patrinos pro singulis infantibus adhibendos esse, pene omnes docent dd. nisi necessitas, seu quaedam observandi romanam consuetudinem impossibilitas urgeat.

NULLIUS S. LUCIAE

INDULTI ARTEM MEDICAM EXERCENDI

Die 8 Martii 1884.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Franciscus Mancuso Parochus loci ***Gualtieri*** Nullius s. Luciae, mercede conductus artem medicam exercebat in eodem pago, aliisque duobus vicinioribus vicis. Monitus ab administratore Abbatiae Archiepiscopo Messanensi, ut animarum potius quam corporum curae incumberet, respondit, medicam artem ab ipso exerceri, sive quia secus illorum pagorum fideles ob graves rei pecuniariae difficultates laicis medicis desti tuerentur, sive quia sine medicinae exercitio ipse ad inopiam redigeretur, cum ex praebenda parochiali vix perciperet libellas, **22** quolibet quadrimestri; quod certe satis iion est ad se honeste sustentan-

dum. Administrator Apostolicus rem detulit S. **O. C.** Hoc unum asserens, parochum Mancuso diligenter iis omnibus obligationibus satisfacere, quae animarum curam sibi commissam respiciunt.

Disceptatio Synoptica.

QUAE PAROCHO ADVERSANTUR. In primis contra parochum notatum fuit quod cum clerici vi suae vocationis Deo et Ecclesiae sint addicti, et hac ratione ecclesiasticae militiae adscripti, unanimi Patrum consensu applicatur illud Apostoli : ***Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit - II ad Thim. v. 5 -*** idest clericus ad instar militis adscriptus Christi militiae, omnia negotia aliena a suo officio procul a se abiicere debet. Ex ipsa itaque clericali professione patet non convenire clericis artem medicam, quae officium prorsus saeculare est. Hinc plures canones in Lateranensi Concilio anni 1139 et in Turonensi anni 1163 lati fuerunt, quibus vetitum Monachis et Canonicis Regularibus fuit ne medicinam addiscerent aut exercerent, ***c. 3 ne clerici vel monachi:*** qui canones ab Alexandro III et ab Honorio III ***c. 10 eod.,*** ad clericos saeculares extensi fuerunt. Horum canonum disciplinam maiorem vim acquirere dicendum est, cum agatur de parochis: isti enim assidue gregi sibi commisso invigilare debent, ipsumque « verbi divini praedicatione, sacramen-
> torum administratione, ac bonorum omnium operum exem-
> pio pascere » ***Conc. Trid. sess. 23 c. I.de reform.*** Quae omnia cum oiBcio medici nulla ratione componi possunt.

His accedit quod .etiamsi professio et exercitium artis medicae per se irregularitatem non secumferat, nihilominus adest periculum irregularitatis si vel mors accidat ex negligentia aut culpa, vel si quandoque necessario ad incisionem vel adustionem recurrendum sit. Ratio est quia culpa titiit levior, ubi non in omittendo sed in committendo consistat a lata culpa minime distinguitur, ***c. 23 de homic.***

iuncto ***I. 6 %. 7 ff,. de officio praeses.*** A quo periculo si longe abesse convenit simplices clericos, multo magis parochos quibus administratio sacramentorum, aliaque munia pastoralia pro salute animarum commissa sunt.

Fatendum quidem est ab Apostolica sede concessum multoties fuisse indultum clericis saecularibus artem medicam exercendi. Verum litterae indulti numquam expediuntur nisi prius Episcopus retulerit de clerici peritia in arte medica, ***Bened. XIV De Synodo dioecesana lib XIII c. X num. 9*** et expeditae antiquitus habebant clausulam, qua vetabatur medico ecclesiastico quidquam vel a sponte offerentibus accipere. Postea vero « quia evidens suberat pericu-
» lum, ne huiusmodi praeceptum infringeret ur, mitior altera
» invecta est, qua ecclesiastico medico prohibetur quidem, ne
» quid exposcat, et integrum ipsi relinquitur sponte oblata
» recipere, praeterquam si a viro egeno offerantur, ***loc. cit.***
***» n.* 8.** » Iamvero haec duo in casu nostro desiderantur. Deficit enim testimonium Episcopi referentis de Mancuso peritia in arte medica; et ars ab ipso Mancuso lucri gratia, non charitatis officio exercetur.

QUAE PAROCHO FAVENT. Verum ex adverso favore parochi , perpendendum est in antiqua Ecclesiae disciplina vetitum non fuisse artis medicae exercitium, prout pluribus exemplis probat Benedictus XIV in ***loc. cit. n.* 5;** quae disciplina perduravit usque ad saeculum XII; scimus enim tunc temporis a nonnullis Antistibus medicam artem profiteri. Quod si qui canones deinde ic prohibuerunt, hoc ex particularibus illorum temporum circumstantiis repetendum est; quia nempe theologicae scientiae studium, et cura sacrorum negligebantur, dum rerum physicarum ac medicinae scientia colebatur. Haec vero nostro casui aptari minime possunt ex aperto Administratoris testimonio.

Praeterea dato etiam quod post praedictos canones necessarium esse dicatur Apostolicum indultum pro exercitio artis medicae, nihil est quod huiusmodi indulti concessionem Parocho Gualtieri prohibeat. Laudatus enim Pontifex

Benedictus XIV ***in L c. n. 6*** enumerans causas legitimas ad dispensationis indultum obtinendum, ait: « Cum res est » de clericis saecularibus, sacris ordinibus insignitis , qui » artis medicae exercendae facultatem implorant, pro obti- » nenda dispensationis causa plerumque affertur civitatem, > oppidum, vel pagum, in quibus clericus artem profiteri » cupit, destitui penitus saeculari medico facultate huiusmo- » di satis instructo... Est et alia legitimae dispensationis » causa desumpta ex clerici, ipsiusque familiae egestate , » quae nonnisi honesto lucro ex arte medica percipiendo le- » vari possit. » Iamvero Parochus Mancuso medicinam profitetur duabus istis de causis, quarum prima potior evadit, si observetur praedictos pagos non solum saeculari medico destitutos esse, verum etiam impossibile ipsis esse saecularem medicum ob rei pecuniariae inopiam vocare.

Nec concessioni indulti adversatur beneficium parochiale quod obtinet Mancuso, vel merces eidem assignata pro suae artis exercitio. Non primum , praeterquamquod enim ipse omnia munia sui officii adimpleat; per exercitium artis medendi parochus fit cuicumque acceptissimus, quod maximum auxilium ei est ad salutem animarum procurandam; qua de causa frequenter huiusmodi indultum sacerdotibus, Parochis, vel Vicariis in loco Missionum conceditur. Non secundum, a veritate enim longe abesset , qui mercedem assignatam Mancuso compararet publico stipendio ac salario, quo ducuntur medici aliorum pagorum aut civitatum. Hinc potiusquam saLarium, aut stipendium merces illa, munus quoddam dicendum est, quo gratitudinis ergo labores parochi donantur.

His aliisque perpensis quaesitum est quid esset respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re ponderata, sub die 8 Martii 1884 censuit respondere:

Pro gratia sanationis quoad praeteritum, quo vero ad futurum arbitrio et consensit Archiepiscopi administratoris ad triennium, facto verbo cum SSmo.

Ex **QUIBUS COLLIGES**. I. indultum Apostolicum pro exer-

citio artis medicae peti posse quando in postulante adsint causae, quibus ab Apostolica Sede concedi solet.

IL Uti legitimam dispensationis causam pro clerico saeculari afferri, civitatem, oppidum, pagum in quibus Clericus ariem profiteri cupit, destitui penitus saeculari medico, facultate huiusmodi satis instructo.

III. Aliam pro dispensatione obtinenda causam desumi ex clerici ipsiusque familiae egestate, quae nonnisi honesto lucro, ex arte medica percipiendo levari possit.

IV. In themate hasce duas concurrere causas videri; dum oppida omnino, ex gravi egestate, destituuntur medico saeculari, et Parochus vivere honeste nequiret, si modico lucro, ex arte medica provenienti, careret.

VALVBN.

Dubia

CIRCA DISPENSATIONES MATRIMONIALES QUOAD ANGUSTIAM LOCI

Die 8 Martii 1884.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. In dioecesi Vaivén, terrula ***Rocca Calasti*** est contermina loco ***Calasi,*** a quo distat passus quadringentos quadraginta duos ***(metri ottocento circa).*** Sed semita adeo est aspera, ut qui a Calasio petit Roccam Calasti, dimidiam horam in itinere absumat necesse est. Parochus quando petit dispensationes matrimoniales pro incolis ***Roccae Calasii*** affert inter causas ***angustiam loci.*** Et revera locus angustus est si ipsum, solum respicias: at non angustus si incolae istius connumerentur cum incolis ***Calasii.*** Ita parochus se agere asserit quia semper ita actum est.

Modo OrdinariusValven. sequens proponit dubium: « ***quan-***
> ***do ambo sponsi incolunt*** Roecam Calasii, ***pro obtinenda***
> ***matrimoniali dispensatione, potestne afferri pro causa*** an-

» gustia loci *quamvis* Rocca Calasii ***non distat a Calasio*** ***» mille passus ì*** >

Antequam vero quaestio examini EE. Patrum subiceretur, percontari placuit s. Poenitentiariam et A. Datariam, circa normam et praxim in dispensationibus matrimonialibus ex causa ***angustiae loci.*** S. Poenitentiaria respondit quod expletis accuratis investigationibus in suo Archivio, nihil inventum fuerit pro constituenda certa ac determinata norma quoad expetitas declarationes.

Apostolica autem Dataria haec habet « ***Angustia loci*** > verificatur cum eius focularia numerum tercentum non » excedant; nec officit quod locus angustus parum ab alio » dissitos existat, dummodo ista duo loca sint inter se di- » stincta ac di\ersa, propriamque denominationem habeant. » Aliqua aulen distantia requiritur in Suburbiis, quae quam- » vis civitatis partem constitu mt; nihilominus ***Angustia*** in > ipsis admittitur cum per milliare aut paulo minus a ci- » vitate distent. Ita sentiunt Pyrrus Corrado in ***Praxi di-*** ***» spens. Apost. lib. 7 cap. 5: De Iustis de dispens, ma-*** ***» trim. lib. 3 cap. 2.*** Huiusmodi autem doctrinae examus- > sim consonat huius Da ta ri.te Apostolicae praxis. »

Disceptatio Synoptica.

Absque dubio ***angustia loci*** veluti alia quaecumque causa allegari nequit in casu quo revera non verificatur. Ut autem verificetur requiritur, praeter alia, ut locus, pro quo affertur, distet a finitimis ultra milliare, et distinctam denominationem habeat. Hoc patet **1.** ex praxi universim inducta; 2. ex auctoritate illorum iuris peritorum, qui contendunt non posse allegari praedictam causam quando feminae non desint viri paris conditionis in locis circum vicinis, quia in loco censetur esse iuxta vulgarem moralemqufi loquendi modum, qui parum distat ab illo. Gonzalez ***ad reg.*** *8* ***Cane. Gloss. 43 num. 10:*** Pellicion. ***22 Illustr. 9,*** 5, ***col. 1;*** et quod parum distat nihil distare videtur, Bonae. ***de matr. 9. 1, punct. 4, prop. 1, num. 3.*** ~ **3.** Denique

patet ex decisione S. C. C. in ***Oveten. Dubia*** etc. ***diei 16 Decembris 1876 per Summ. Precum,*** in qua declaratum est « ***angustiam loci non esse desumendam a numero focorum cuiusque Paroeciae, sed a numero focorum cuiuscumque loci, vel etiam plurium locorum, si non distent ad invicem ultra milliare*** » (1).

Verum hanc distantiam non taxativo, sed demonstrativo modo accipiendam esse, plura suadent. Et revera quod femina non teneatur nubere extra propriam patriam, quamvis in loco vicino invenire possit viros paris conditionis, expresse docent Sánchez ***lib. 8, disp. 19, num. 13,*** Bosco ***de matrim, disp. 12, sect. 13, num. 267,*** et alii plures. Nam durissimum est mulieribus relinquere parentes et consanguineos, ac eorum consortio destitutae manere.

Praeterea advertendum dispensationem huiusmodi libere et sine conditione concedi; et licet sit stricti iuris, tamen late esse interpretandam, quatenus verba sonant. Notat enim Genuen. in sua ***praxi cap. 20 num. 4 et 5,*** si Pontifex non expressit, quod facile poterat, praesumitur noluisse; imo Pontifex acquiescit ut exponatur tantum, Qratricem ***non invenire virum non consanguineum paris conditionis*** in loco unde orta est: non ideo recedendum a vi verborum , Germen, ***loc. cit.*** Iamvero clausulam illam verificari et iustificari per diligentiam praestitam dumtaxat in ipso loco mulieris, et non in locis circumvicinis, declaravit S. C. Archiepiscopo Mediolanensi die 28 Novembris 1570. Hanc autem interpretationem fulciri videtur per praxim Apostolicae Datariae examussim observatam, ceu ex attestatione superius relata. Cui quidem praxi quantum ponderis et auctoritatis insit ad rectam legum interpretationem, nemo est qui ignoret, cum notum sit ***stylum Curiae*** loco legis haberi.

Accedit alia ratio, quae magni momenti videtur, si finis

(1) Quaestio haec relata fuit Vol. IX, 571: ubi ex errore, forsan typographico. nonnulla verba omissa fuere in résolutione ; quae tamen resolutio per monitum pag. 631 eiusdem voluminis integra data fuit et hic supra relatae omnino consona est. Confer etiam Instructionem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide super dispensationibus matrimonialibus, Vol. X, 291.

spectetur ob quem admissa fuit praefata causa. In computanda enim distantia unius loci ab alio attendenda est etiam asperitas viarum, vel utrum in hyeme glacies, aut nives, aut imbres iter impediant. Populi enim magis difficultate viarum, quam maiori passuum numero disiunguntur. Haec autem in themate concurrere testatur Ordinarius Vaivén. <c Semita adeo est aspera, ut qui a Oalasio pergens petit Roc-
> eam Oalasii dimidiam horam in itinere absumat necesse
> est. Hyeme vero difficultas itineris augetur, utraque enim
> terra in montibus est rigidioris Aprutii. . . Unde Rocca
» Oalasii manet locus angustus, etsi non distet mille passus
> a Calasio, quia laboriosius est iter faciendum. » Quapropter conclusit « si materialis distantia deficit, formalis ra-
> tio causae dispensationis adest abunde. »

Quibus animadversis, quaesitum fuit quid esset respondendum dubio Episcopi Valvensis.

RESOLUTIO. Sacra Congr. Concilii, re disceptata sub die **8** Martii **1884,** censuit respondere:

Iuxta exposita affirmative **(1).**

(I) *Angustia loci* legitima et sufficiens causa pro matrimoniali dispensatione in gradibus remotioribus habetur a Romanis Pontificibus, qui gravibus ad id permoventur de causis. Et re quidem vera per talem loci angustiam eveñire saepe posset, ut parvus sit numerus eorum qui pares conditione ad nubendum reperiantur ; aut feminae cognatio adeo sit propagata ut reperire ipsa nequeat virum paris conditionis, non consanguineum aut alio canonico impedimento non detentum. Qua de re nisi dispensaretur cum ea ad matrimonium contrahendum cum persona coniuncta vel aliter impedita, eadem cogeretur nuptias inire vel cum persona sibi inaequali, aut alio se conferre ad aequalem habendum vel innupta permanere, cum periculo incontinentiae.

Norma ad cognoscendum quando angustìa loci talis est ut adduci valeat ceu causa leg-*tima pro dispensatione impetranda traditur á Pio IX per Epistolam circularem Emi Pro-Datarii Capdinalis Spinola ad Archiepiscopos missa die 30 Augusti 1847. In ea siquidem angusta esse declarantur loca illa, in quibus focorum numerus non excedit tercentum, vel inhabitantes non sunt ultra mille et quingentos. Ex qua determinatione sequitur quod causa ex angustia loci desumpta, hisce praedita esse debet requisitis a lege, ut legitima ad opus et sufficiens habeatur : nam intra hos limites mens Pontificis continetur,

Anno 1876 Vicarius generalis Episcopi Ovetensis retulit s. Conc. Congregationi in illa Diocesi consuetudinem invaluisse allegandi in petitione dispensationum matrimonialium causam, ex angustia loci desumptam, solummodo quando oratores ad paroeciam pertinerent, cuius focorum numerus infra tercentum contineretur. Quum Ordinario praxis haec non videretur esse iuxta

EX S. CONGREGATIONE EP. ET REG.

MELITEN.

SEU ORDINIS CARMELITARUM, SUPER DELATIONE CADAVERUM.

Lie 21 Martii 1884.

COMPENDIUM FACTI. Quaestio praesens originem ducit ex responso dato ab hac s. Congregatione in una ***Caven, et Sarnen, funerum et emolumentorum*** diei 17 Septembris 1880 (1). Quatuor tunc enodanda fuere proposita dubia ; sed omissis aliis, utpote ad rem non facientibus, exscribimus quartum cum responso, quae huius sunt tenoris: Dubium IV. « An Regulares incedere possint cum Stola et Cruce con-
» ventuali usque ad sepulchrum, sive autem utrumque si-

legem, quaesivit an angustia loci desuní inda esset a numero focorum cuiuslibet paroeciae, vel a numero focorum loci vel locorum ubi oratores degunt. Sacra Congregatio respondit (ut videre est Vol. IX, 6311 angustiam loci esse desumendam ex numero focorum loci, vel locorum qui reperiuntur intra milliare. Ita ut etiamsi Paroecia habeat ultra tercentos focos, tamen in eo reperiri possunt vici intra se ultra milliare distantes , in quibus vera angustia loci habeatur pro dispensationibus matrimonialibus.

Nunc autem Valvensis Antistes quaerit an angustia loci verificetur quoad dno oppida posita intra milliare ; quorum habitatores coniunctim numerati 1500 excedunt. Sacra C. Congregatio dignata est dubio respondere : ***Iuxta exposita affirmative:*** **seu induisit ut illi habitatores adducere valerent causam ex angustia loci desumptam pro disper Rationibus matrimonialibus.**

{n casu exposito ab Episcopo Valvensi deest quidem materialis distantia, quae constitui a lege videtur: ast distantia haec praestituta est ne taxativa, vel demonstrativa ? Esse potius demon strativam interpretasse videtur Aposto* lica Dataria in praxi, ex quo ait: «nec
» officit quod locus angustus parum ab
» alio dissitus existat ; dummodo ista
» duo loca sint inter se distincta ac di-
» versa propriamque denominationem
» habeant. » Conditio haec in themate haud deest : quia distincta sunt propriamque habent denominationem duo oppida. Praeterea si materialis distantia deest , semita quae duo coniungit oppida ita aspera est, ut pergenti ex uno ad aliud requiratur tempus quod absumi solet pro explendo milliari in semitis ordinariis. Hisce causis inniti posse videtur Emorum Patrum ratio decidendi in themate.

(1) Eecole Vol. XIII, 416 ut habeas facti speciem.

> gnum deponere debeant in transitu per paroecias, resu-
» mendum postea in coemeterio? Responsum. Affirmative ad
» primam partem , negative ad secundam , sine pompa et
» recto tramite. »

Quum dubia et responsa Parochis Melitae innotuerint, dubitarunt an sibi applicari possent hae resolutiones pro aliis editae (1). Cui parochorum dubio, responsum fuit: ***Affirmative.*** Quamobrem Patres Carmelitae suo uti iure censuerunt cadavera a sua Ecclesia ad coemeterium publicum comitantes, paucis aeris campani datis ictibus, et pauca circa funereum currum deportantes lumina.

Simplex tamen haec comitandi cadavera ratio Carmelitarum haud visa est Curiae Episcopali ***sine pompa,*** iuxta s. Congregationis responsum ad quartum dubium. Ed ideo iussit, forsan parochorum suggestu, ne Ecclesiae, paroecia carentes, lumina deferrent aut aes companum pulsarent, dum ad coemeterium publicum cadavera comitarentur.

Hinc Carmelitarum Superior ad Apostolicam Sedem recursum habuit adversus interpretationem Curiae circa clausulam ***sine pompa;*** petiitque manuteneri in iure cadavera comitandi modo simplici, uti tunc fiebat. Id esse adiecit in votis parentum defunctorum ; qui cum catholicam sequantur religionem misceri cum acatholicorum funeribus nolunt, qui sine aeris campani sonitu et absque luminibus efferuntur.

Disceptatio Synoptica.

CARMELITARUM DEFENSIO. Quod resolutio s. Congregationis ***recto tramite et sine pompa*** haud interpretanda sit nimio rigore nos dQcent innumerae s. Concilii Congregationis resolutiones, quarum primum tenet locum data in ***Ariminen. iuris tumulandi*** 14 Maii 1825. In ea siquidem maxima constituta est quod integra, servanda sunt iura priora, si quando, publicae salutis gratia, ad publicum coemeterium ca-

ii) Rucóle Vol. XV, 258 tibi quaestio haec iam relata tuit.

clavera sint deferenda. Ecclesia proinde quae ius habebat tumulandi in propriis supulturis, nunc istud exercet in publico coemeterio; ideoque non sublatum ius sepeliendi fuit, sed variatus locus ; quod profecto non impedit emolumentorum perceptionem, et ius peragendi exequias. Maxima haec confirmata fuit in ***Forolivien. 16 Septemb. 1871*** atque in ***Siracusana 24 Februarii 1872.***

Sed propius quaestionem praesentem inspiciendo, quoad lumina, quibus Carmelitae ad coemeterium cadavera ducunt, animadversum fuit cum ***De Herdt Praxis ritualis par. 6 n. 238 de cereis.*** < **1** Cum antiquissimi ritus, ecclesiastici sint cereos accensos in exequiis et funeribus deferre, caveant parochi, uti Rituale praescribit, ne huiusmodi ritus omittatur, ac ne quid avare aut indigne in eo committatur. Et quoad pauperes sepeliendos specialiter monet, ut debita lumina suis impensis, si opus fuerit, adhibeant Sacerdotes ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia confraternitas, si fuerit iuxta loci consuetudinem. » « ***2.*** Adhibendi sunt circa feretrum dum corpus defertur ad Ecclesiam et ad ***sepulchrum*** et in circuitu Feretri dum deponitur in Ecclesia. » « 3. Adhibendi sunt cerei communes, seu flavi coloris, nisi forte alia sit consuetudo, vel cerei albi ab haeredibus aut aliis, ad quos spectat afferantur indistinctive pro nuptis aut innuptis. » « **4.** Adhibentur in obsequium, quatenus in iisdem reverentiam et honorem exhibemus defunctis, quorum membra fuisse credimus templa Spiritus Sancti ; in suffragium, quia cedunt in eleemosynam Ecclesiae et cleri : in mysterium , quia significant defunctos duci tamquam athletas, devicto saeculo, esse filios lucis, eorum animas vivere, et immortalitatis dono gaudere, corporaque resurrectionem ac fruitionem expectare lucis illius quam iisdem adprecamur per versum ***Lux perpetua luceat eis.*** »

Quum igitur ritus iubeat cadaverum translationem ad sepulchrum peragendam esse cum luminibus, dicendum videtur quod lumina pauca esse debeant ut recte interpretetur clausula ***absque pompa;*** sed prorsus excludi nequibunt. Ad rem

facit resolutio istius s. Congregationis diei 24 Ianuarii 1846 et ab Emo Bizzarri relata in sua ***Collectanea.*** Dubia proposita erant: I. « An expleto officio super regularis cadavere, Parochus Metropolitanae Ecclesiae vocari et interesse debeat cum stola in solemni associatione eiusdem regularis ad publicum coemeterium in casu. »

II. « An ista funeris processio ordinanda sit sub, et praeeunte cruce Metropolitanae seu parochialis Ecclesiae in casu. » Responsum fuit. « Negative in omnibus, dummodo cadaver deferatur absque solemni pompa, recto tramite ad coemeterium a familia regulari proprii conventus tantum. » Ex quibus verbis clare patet , mentem s. Congregationis esse, ut his in casibus solemnis tantum arceatur pompa, minime vero simplices ritus, quibus Ecclesia iubet cadavera defunctorum deferenda esse ad sepulturam.

Quoad campani aeris sonum animadversum fuit, haud praepediri posse in Regularium Ecclesiis, paucis exceptis casibus, qui recensentur a Constitutione s. Pii V ***Etsi mendicantium.*** Cui adiicitur decisio S. C. Concilii in ***Hydrunt.*** *8* ***Februarii 1641.*** « In casu quo defunctus tumuletur in Ecclesia Regularium, non posse Parochum defuncti impediri ab ipsis Regularibus, quin pulset campanas parochiales, nec ipsi Regulares Ecclesiae in qua defunctus sepelitur impediri a parocho quin puisent campanas eorum Ecclesiae. »

Ex his quae adduximus ergo clarum fit per erectionem coemeteriorum nihil, excepto loco materiali, immutatum fuisse quoad sepeliendi iura.

EPISCOPI DEFENSIO. Episcopus vero animadvertit quod si liceat Regularibus cadavera efferre ad coemeterium eodem modo, quem Parochi sequuntur a domo defuncti ad coemeterium eluditur clausula ***sine pompa,*** qua eisdem Regularibus limitata fuit facultas deferendi cadavera. Et ideo ipsa rei natura poscit ut exteriores illae praepediatur solemnitates, quae laedere videantur parochorum iura, ne confusio et simultates enascantur. Indubium est enim ss. Canones omnino protueri parochorum iurisdictionem, nec non iura parochia-

lia super illos qui intra paroeciae fines moriuntur ; ***Decret, cap. Fraternitatem de sepulturis.*** Et quamvis certum sit quod iura parochialia exerceri nequeant in Ecclesiis regularium; verum est etiam primam reviviscere iurisdictionem territorialem parochorum, quando cadavera exeunt ex Ecclesiis exemptis ***ob facilem uniuscuiusque rei ad sua principia regressum,*** et quia iuxta forensem adagium ***locus regit acticm.***

Praeter haec innixus Episcopus Dioecesanae consuetudini, quae magnam solet exerere vim quoad exteriores funerum formalitates, autumavit, nullimode confundi funera a catholicis peracta iuxta modum a Curia praescriptum, cum funeribus protestantium. Cadavera enim catholicorum ad coemeterium deferuntur cum Sacerdote et quatuor luminibus; dum cadavera acatholicorum feruntur in capsa funebri absque ullo signo, et nullo comitante religionis ministro. Hinc videtur dici posse, Episcopi dispositionem adamussim circumscribere s. Congregationis clausulam ***deferendi cadavera recto tramite et sine pompa.***

Quibus aliisque praeiactis, enodandum propositum fuit

Dubium

An substineatur prohibitio facta ab Episcopo quoad modum, quo patres Carmelitae deferunt cadavera ad publicum coemeterium in casu?

RESOLUTIO. Sacra C. Ep. et Reg. re ponderata, die 21 Martii 1884 censuit respondere : ***Negative et amplius.***

Ex **QUIBUS COLLIGES**. I. In exequiis et funeribus lumina deferenda et campanas pulsandas esse ex antiquissimo Ecclesiae ritu descendere.

II. Per lumina enim defunctis obsequium exhibetur: quoniam credimus eorum membra fuisse templa Spiritus Sancti: mysteriumque significamus,quia credimus eorum animas dono immortalitatis gaudere, et corpora expectare resurrectionem ad perpetuam fruendam lucem.

III. Ecclesias, quae iure sepeliendi pollent, ius illud exercere posse in publico coemeterio ; ex quo fit ut ecclesia tu nudans possit officium funebre explere dum ad coemeterium cadavera deferuntur, sequendo ecclesiasticum ritum, quoad fieri possit, dummodo vitetur pompa.

IV. In themate Patres Carmelitas devitare exteriorem pompam videntur: dum cadavera efferunt paucis cum luminibus, paucisque aeris campani comitantibus ictibus.

EX S. CONGREGATIONE DE PROPAGANDA FIDE

LITTERAE CIRCULARES ad Vicarios Apostolicos Imperii Sinensis, et regnorum Sinis adiacentium quoad Synodos habendas.

Illinc et Rme D mine

Quos ex Decreto dato 23 Iulii anno 1879 Sacra haec Congi egatio Christiano nomini propagando fructus perceptura persenserat, eos uberrimos modo collegisse laetatur. Conventus enim Vicariorum Apostolicorum in quinque determinatis Imperii Sinensis regionibus rite habiti sunt; plura quae ad uniformitatem obtinendam, praesertim quoad disciplinam, faciunt, in iis sunt praescripta ; acta ipsa Synodalia Romam missa in Emorum Patrum comitiis rite examinata, rursusque Vicariis Apostolicis cum opportunis emendationibus restituta fuerunt; ac tandem Instructio iisdem Praesulibus data est die 18 Octobris 1883, qua normae generales exhibentur plurimis disciplinae capitibus accommodatae.

Quoad regna Sinensi Imperio adiacentia dolendum est Vicarios Apostolicos regionis Tunquinensis non potuisse ob rumores belli, quod postea exarsit, una simul statuto tempore convenire, ut de rebus suis agerent; quod quidem eos esse, pace composita remotisque periculis, facturos non est dubitandum. Deficientibus autem actis Conventus Tunquinensis, acta quoque Cochinchinensis et Siamensis regionis ad examen non fuerunt vocata. Verum istorum Vicariatuum necessitatibus videtur satis pro tempore fuisse consultum per commemoratam. Instructionem quae potiores comprehendit re-

solvitque quaestiones quas istas Missiones aeque ac Sinenses respicere compertum est.

Ab eadem autem Instructione aliud haud spernendum emolumentum descendere apparet; cum enim ea complectatur gravissima monita de Clero sive europaeo sive indigeno, de Seminariis, de Jacholis et Collegiis, de Cathechismi et Catheehistis aliaque permulta quae ad conversionem gentium et christianorum sanctificationem pertinent, materia suppeditatur amplissima, circa quam pietas et sapientia Praesulum in futuris Conventibus versari poterit pro novis resolutionibus seu decretis condendis.

In decreto anni 1879 Synodis ipsis statuere concessum erat, quo loco et tempore subsequentes Conventus haberi et qui ex Vicariis Apostolicis praesidere eisdem deberent. Ast iactum est ut nonnullae Synodi hoc tempus futuri Conventus determinare prorsus omiserint, aliae quinquennii terminum proposuerint, ea autem quae in regione Hong-Kong locum habuit rem huic Sacrae Congregationi decernendam reliquerit. Profecto si quinquennii terminum assignare placeat, novi Conventus futuro anno convocandi essent, iuxta regulam in eodem Decreto assignatam, nempe vel a Vicario Apostolico in antecedenti Synodo determinato, vel ab eo Praesule, qui inter alios eiusdem regionis Antistes a consecratione Senior esset.

Verum non abs re est animadvertere, quod licet Sacra haec Congregatio istarum Synodorum frequentiam exoptet ideoque singulis quinquenniis eas convocari consuleret; tamen cum nondum omnia civilium perturbationum pericula evanuerint, cauto opus est, ne Synodi tunc celebrentur, cum Episcoporum Conventus suspicionis causam Ethnicis praetendere possint, eos contra auctoritatem civilem aliquid esse morituros, et ideo odium contra religionem christianam excitandi occasio evadant. Quapropter visum est opportunum eorumdem Praesulum prudentiae relinquere, ut collatis per litteras inter se consiliis videant, quo opportuniori tempore convocatio per Praesides fieri debeat ; idque Sacrae Congregationi significent.

Quod autem spectat ad Regionem Cochinchinensem et Siamensem, cuius acta, ut supra dictum est, non fuerunt examinata, Sacrorum Antistites, qui novo conventui intererunt, iam latas resolutiones et decreta expolire et opportunis additamentis augere studebunt; ut cum ad hanc Congregationem eadem delata fuerint, una cum aliarum Regionum actis Sacri Emorum Patrum Consilii iudicio subiiciantur.

Hic vero nova regionum series subiungitur prout ex Vicariatuum Apostolicorum ab anno 1879 facta divisione, vel ex speciali aliquorum Vicariorum petitione eaedem constitutae sunt:

Pro Imperio Sinensi

1. Regio Tchely (Septentrionalis Meridio-Occidentalis, Orientalis) seu Mandchuria, Mongolia (Centralis, Orientalis, Occidentalis).
2. Regio Chan-tong Chansy, Chensy, Kan-Sieu.
3. Regio Hou-pe (Orientalis, Occiduo-Septentrionalis, Occiduo-Meridionalis), Ho-nan (Meridionalis, Septentrionalis) Hou-nan (Meridionalis, Septentrionalis) Tche-Kiang, Kiang-Nan, Kiang-Si (Septentrionalis, Meridionalis).
4. Regio (Sut-chuen) (Septentrio-Occidentalis, Orientalis, Meridionalis) Yunnan, Kuit-chéu, et Thibet.
5. Regio Kuant-toung, Kuang-Si, Hong-Kong, Fokien et Amoy.

Pro Regnis Sinis adiacentibus

T. Regio Cochinchina (Orientalis, Occidentalis, Septentrionalis) et Cambodia.
2. Regio Tunquinus (Meridionalis, Centralis, Orientalis, Occidentalis, Septentrionalis).
3. Regio Península Malacca, Siam Orientalis, Birmania (Orientalis, Septentrionalis, meridionalis).
4. Regio Iaponia (Septentrionalis, Meridionalis), Corea.

Haec erant Amplitudini Tuae significanda: data vero occasione libenter utor ut omnia fausta tibi a Domino adprecer.

Romae. Ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Eide die 16 Aprilis 1884.

IOANNES Card. SIMEONI Praefectus

DOMINICUS Arch. Tyrensium, Secretarius.

EX SACRA CONGREGATI» INDULGENTIARUM

De Indulgentiis acquirendis ab iis Christifidelibus, qui recitant versículos *Angelus Domini* etc. et Antiphonam *Regina Coeli* etc.

DECRETUM

URBIS ET ORBIS

Ad acquirendas Indulgentias, quas Benedictus XIII Diteris in forma Brevis sub die 14 Septembris 1724 concessit omnibus Christifidelibus, qui recitaverint versiculos *Angelus Domini* etc. ternasque Angélicas Salutationes ; et quas Benedictus XIV die 20 Aprilis 1742 confirmavit pro iis etiam qui tempore paschali recitaverint Antiphonam *Regina Coeli* etc. cum versiculo et oratione propria, necesse est illos versiculos, Angélicas Salutationes, Antiphonam et orationem recitari quando aes campanum dat signum. Necesse ulterius est pro huiusmodi recitatione versiculorum *Angelus Domini* etc. et Angelicarum Salutationum genua singulis vicibus flectere, si excipias dies dominicos a sabbati cuiusque vespere et tempus paschale, quibus tum versiculi illi et Angelicae Salutationes, tum Antiphona *Regina Coeli* etc. cum versiculo et oratione propria stando dici debent. Iam vero plerique pii viri Sacram hanc Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositam enixe precati sunt, ut aliquantulum illa duplex conditio adimplenda temperantur. Siquidem non ubique gentium aes campanum ad hoc signum dandum pulsatur, aut pulsatur ter in die, aut iisdem horis. Insuper contingere quandoque potest, quod signum aeris campani, si detur, non audiatur ab omnibus, aut, si audiatur, aliquis Christifidelis , quominus in genua provolvat et stata hora versiculos recitet, legitimo impedimento detineatur. Sunt tandem innumeri ferme Christifideles, qui versiculos *Angelus Domini* etc. et Antiphonam *Regina coeli* etc. nec memoria , nec de scripto recitare sciunt.

Quapropter Sanctissimus Dominus Noster LEO Papa XIII ne tot Christifideles ob non adimpletas conditiones spiritualibus hisce gratiis .priventur et quo efficacius omnes Christifideles ad divinae Incarnationis et Resurrectionis mysteria perpetuo grateque recolenda incitentur, in audientia habita die 15 Martii nuper elapsi ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum benigne indulgere dignatus est, ut omnes Christifideles, qui legitimo impedimento de tenti non flexis genibus, nec ad aeris campani signum versiculos *Angelus Domini* etc. cum tribus Angelicus salutationibus, alio versiculo *Ora pro nobis* etc. et oratione *Gratiam tuam* etc.; tempore vero paschali Antiphonam *Regina coeli* etc. cum versiculo et oratione propria ; aut si nesciant

praedictos versículos, Antiphonam et Preces tum memoriter dicere, tum legere, quinquies Salutationem Angelicam digne, attente ac devote sive mane, sive circiter meridiem, sive sub vespere recitaverint, Indulgentias superius memoratas lucrari valeant.

Quae quidem benigna Sanctissimi Domini Nostri Papae concessio, ut facile innotescat, Sacra eadem Congregatio praesens Decretum typis imprimi ac publicari mandavit absque ulla Brevis expeditione in perpetuum valiturum. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sac. Congregationis die 3 Aprilis 1884.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO, PRAEFKCTU».

FRANCISCUS DELLA VOLPE *Secretarius.*

EX SACHA RITUUM CONGREGATIONE

DECRETUM GENERALE

quo constituitur officium ss. Bosarii B. M. V. non posse amandari ad aliam diem, nisi occurrente officio potioris ritus.

Ne, ob recentem ad ritum duplicis maioris evectionem Officiorum Sanctorum Angelorum Custodum ac Sancti Francisci Assisiensis, Officium, pariter ritus duplicis maioris, Sacratissimi Deiparae Rosarii (quod veluti Festum secundarium putatur) Dominicae primae Octobris affixum, in occurrentia aliquoties illis postponendum , et ad aliam diem transferendum sit , nonnulli sacrorum Antistites Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII supplicibus votis rogarunt, ut praedictum Officium, attenta speciali cultus devotione, qua ubique a Fidelibus ea die celebrari solet, ad ritum duplicis secundae classis elevare dignaretur. Eiusmodi vero preces quum a subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario relatae fuerint eidem Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua constituit, Officium Sacratissimi Rosarii Beatae Mariae Virginis non posse amandari ad aliam diem, nisi occurrente Officio potioris ritus, quemadmodum per Decretum Ur'jts eiusdem Sacrae R tuum Congregationis sub die 6 Augusti 1831 pro Officiis Mysteriorum et Instrumentorum Dominicae Passionis praescriptum inerat. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 19 Iunii 1884.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. PROFECTUS

Loco ✠ Signi.

LAURENTIO» SALVATI S. R C. *Secretarius.*

SUMMA ACTORUM

QUAE IN HOC VOLUMINE XVI CONTINENTUR

-i-8»-

L TTERAR ROMANI PONTIFICIS

EX S. CONG. S. R. U. INQUISITIONE

EX S. CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

EX S. CONGREGATIONE DE PROPAGANDA FIDE

EX S. CONG. INDICIS

INDEX GENERALIS

CONCLUSIONUM QUAE IN PLERISQUE ACTIS IN HOC VOLUMINE CONTENTIS ADNOTATAE SUNT, QUORUM MATERIA IN SINGULIS ACTIS, AMPLE EXPOSITA, VEL DECLARATA REPERITUR.

Ka¿ autem conclusiones sub sequentibus verbis comprehenduntur.

Aperitio oris

Oris aperitio conceditur tantum si evidenter constiterit, Constitutiones Pontificis infici labe et vitio subreptionis ei obreptionis; ita ut in eisdem edendis Pontifex deceptus et circumventus fuerit *pag.* 135.

Arbitri

Praeter iudicium proprie dictum, quod omnino necessarium est, et est proprium eorum, qui publica iudicandi auctoritate praediti sunt, adest et alia quaedam contendendi ratio, quae extra iurisdictionis necessitatem ponitur. *pag.* 109.

Haec secunda contendendi ratio, quae ad sopiendas lites pertinet, ponitur apud eos, ad quos ex consensu et compromisso itur; quique iudices compromissarii, et plerumque arbitri nominantur, *ib.*

Hoc voluntarium iudicium, quod ex re arbitrium, ex facto autem legatorum compromissum, ita dicitur quia litiga tores compromittere, idest simul et invicem poenam promittere solent, quatenus quis eorum arbitri sententiae non steterit, *ibid.*

Quamobrem ne iuridico destituatur valore arbitrorum iudicium, compromissum praecedat oportet inter partes litigantes et arbitros: in quo compromisso, sive scriptis redacto, sive verbis, contineri debent omnes controversiae definiendae cum propriis adiunctis, *ibid.*

Requiritur etiam, ad validitatem compromissi, ut praecise determinetur tempus intra quod arbitri proferant sententiam, et ut constituatur an sententia eadem parere debeat effectus decreti irrevocabilis: quod exprimitur per formulam - *remota quacumque appellatione, mg.* 110.

Canonicus

CANONICI VERI SUNT QUI, PRAETER CANONIAM, SEU IUS SPIRITUALE PROMANANS EX ELECTIONE IN FRATREM, HABENT ETIAM STALLURN IN CHORO ET VOCEM IN CAPITULO, *pag.* 491.

II VERO PRAEBENDATI, QUI HISCE REQUISITIS SUBSTANTIALI BUS CAREANT, NULLO POSSUNT MODO CANONICI DICI, SED RECENSENDOS ESSE INTER MEROS HONORARIOS, TUM IUS, TUM IURISPRUDENTIA INNUUNT, *ibid.*

VEROS CANONICOS EX IURE AD FREQUENTIAM EXCITARI PER DISTRIBUTIONES QUOTIDIANAS ET AD RESIDENTIAM TENERI, AIT TRIDENT. SESS. 24 CAP. 12 DE REF. « *Non liceat vigore cuiuslibet statuti aut consuetudinis, ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis quolibet anno abesse.* » *ibid»*

Canonicus quoad insignia

ROMANI PONTIFICIS AUCTORITATI RESERVATUM EST CANONICIS CONCEDERE HABITUS ET INSIGNIA IN CHORO GESTANDA, ISTORUMQUE COLORES DECERNERE. *pag.* 282.

QUA DE RE EPISCOPI EOQUE MINUS LAICI, ETIAM REGIA AUCTORITATE FUI GENTES, NIHIL HISCE IN REBUS CONSTITUERE VALENT, *ibid.*

CAPITULUM CATHEDRALIS PROHIBERE POTEST QUOMINUS CAPITULUM COLLEGIATAE EADEM GESTET INSIGNIA, *ibid.*

Canonicus quoad reditus

DUAE SUNT REDITUUM SPECIES QUAE CANONICIS OBVENIUNT: ALTERA NEMPE EX PRAEBENDA, ALTERA EX QUOTIDIANI* DISTRIBUTIONIBUS: REDDITUS PRIMAE SPECIEI DIVIDUNTUR RATIONE BENEFICII, NULLO HABITO RESPECTU AD SERVITIUM; SECUNDAE SPECIEI REDDITUS SOLENT QUOTIDIE DISTRIBUI CLERICIS, QUI STA TIS HORIS INTERSUNT DIVINIS OFFICIIS. *pag.* 8.

Canonicus quoad residentiam

ECCLESIAE UNIVERSALIS, AUT PROPRIAE UTILITAS VEL GRAVIS INFIRMITAS EXCUSANT PRAEBENDALUM A RESIDENTIA ET CHORI SERVITIO, *p.* 103.

AIT ENIM TRID. *Sess. 21 cap. 12 de ref.* QUOD OBTINENTES DIGNITATES, CANONICATUS, PRAEBENDAS, AUT PORTIONES NEQUEANT ABESSE A CHORO, ULTRA TRES MENSES, VIGORE CUIUSLIBET *statuti aut consuetudinis, pag.* 37'5.

IUS QUOD IN CAPITULIS PRIMAE DIGNITATI INEST CELEBRANDI MISSAS PONTIFICALES ALIASQUE FUNCTIONES SOLEMNES PERAGENDI, ABSENTE VEL IMPEDITO PRAELATO, CENSETUR POTIUS ONUS VEL OBLIGATIONEM TALI DIGNITATI INHAERENTEM, PRAETER MUNUS ALTERNANDI PER HEBDOMADAS CUM CETERIS CANONICIS.

Capitulum quoad statuta

CUM EX *cap. 1 de reg. iuris* OMNIS RES PER QUASCUMQUE NASCITUR CAUSAS PER EASDEM ET DISSOLVATUR, AMBIGI NEQUIT QUOD CANONICI POSSINT IMMUTARE, DECLARARE, REVOCARE STATUTA A SE CONDITA, DUMMODO EADEM SOLEMNITAS IN HIS INTERCEDAT, QUAE ANTEACTIS DECRETIS INTERCESSIT. *pag.* 375.

CAPITULUM, EX S. ROTA, ACCEDENTE ORDINARII CONSENSU, NEDUM FA-

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANAM

CANONICI A CHORO ABSENTES NULLIMODE FACERE SUAS POSSUNT DISTRIBUTIONES QUOTIDIANAS, QUAE DEBENTUR TANTUM INTERESSENTES CHORO STATIS HORIS. *pag.* 204.

NAM QUOTIDIANAE DISTRIBUTIONES A IURE INDUCTAE SUNT RATIONE LABORIS ET CHORALIS SERVITII: NEMPE UT SPE PANIS QUOTIDIANI, ETIAM TARDI ET NEGLIGENTES FIERENT IN CHORO ASSIDUI. *ibid.*

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANAE, QUAE SUNT PORTIONES ECCLESIASTICORUM REDITUUM, OBVENIUNT TANTUM CLERICIS, QUI STATUTIS HORIS INTERSUNT DIVINIS OFFICIIS, *pag.* 501.

HARUM ENIM EST NATURA UT EAEDEM NON DEBEANTUR HIS QUI FIDE ET PER IURIS INTERPRETATIONEM, SED HIS TANTUM QUI VERE STATIS HORIS INTERFUERINT, *ibid.*

ATTAMEN EX IURE EXCIPIUNTUR AB HAC REGULA PRAEBENDATI ILLI QUIBUS CURA ANIMARUM IMMINEAT; NAM PRO TEMPORE QUO IN CURATA ECCLESIA RESIDENT ET MINISTRANT TAMQUAM PRAESENTES ET DIVINIS INTERESSENTES HABENTUR, *ibid.*

HUIUSMODI VERO IURIS FICTIO PRODEST EX DD. SENTENTIA TANTUM CANONICIS QUI CANONICATUM POSSIDENT, CUI ADNEXA SIT CURA ANIMARUM; NON ILLIS, QUIBUS PER ACCIDENS HOC ONUS SUPERADDITUM FUERIT, *ibid.*

ETIAM EX PRAXI S. C. CONCILI IDEM ERUI POISE VIDETUR; QUIA SEMPER DICITUR LUCRARI DISTRIBUTIONES VALERE QUI ANIMARUM INCUMBUNT CURAE; QUAE TAMEN IMMINEAT VEL ADNEXA SIT EORUMDEM DIGNITATIBUS VEL PRAEBENDIS; QUIA HOC IN CASU DISTRIBUTIONES CEDUNT LOCO CONGRUAE, *ib.*

IUGIS S. C. CONCILII EST PRAXIS DENEGANDI QUOTIDIANAS DISTRIBUTIONES IIS QUI A CHORO ABSUNT OB MUNUS, EX QUO LUCRUM PERCIPIUNT; NE EADEM PERSONA DUPLEX EMOLUMENTUM PROPTER UNICUM OFFICIUM LUCRETUR, *ibid.*

Ecclesia collegiata

STALLURN, SIGILLUM, ET APPELLATIO COLLEGIATAE HAUD SUNT CERTA SIGNA, QUIBUS SECURE DIGNOSCI POSSIT AN ALIQUA ECCLESIA SIT REAPSE COLLEGIATA ; PRAESERTIM SI DESINT BENEFICIA COLLATI VA, ERECTA IN TITULUM, *p.* 195.

Episcopus quoad ss. Ordines

NULLUS EPISCOPUS ALIENUM SUBDITUM AD SS. ORDINES PROMOVERE POTEST, NISI POST LITTERAS DIMISSORIALES, AUT TESTIMONIALES A PROPRIO EPISCOPO OBTENTAS, *pag* 261.

ID INNUITUR A VETERI ECCLESIAE DISCIPLINA, ET A RECENTIORI, ET PRAECIPUE AB INNOCENTIO XII, QUI IN BULLA *Speculatores*, AD HOC DATA, COLLEGIT, CONFIRMAVIT ET AMPLIAVIT QUIDQUID HAC SUPER RE A IURE CONSTITUTUM FUERAT ET A S. C. C. DECLARATUM PRODIIT, *ibid.*

HUIC DISCIPLINAE RIGORI, CAUSAM DEDERUNT SCANDALA, ABUSUS, FRAUDES, ET SACRILEGA ILLORUM IMPUDENTIA, QUI AB ALIENIS EPISCOPIS SUSCIPERENT SACROS ORDINES, A PROPRIIS DENEGALOS, ALIQUIBUS OBSTANTIBUS IMPEDIMENTIS. *ibid.*

UTI ESSENTIALE HABETUR AD CONTRAHENDUM DOMICILIUM, QUOAD ORDINES RECIPIENDOS, MODUS A *Constit. Spetulatores* PRAESCRIPTUS: QUOD NEMPE QUIS PER DECENNIUM, AUT PER CONSIDERABILE HABITATIONIS TEMPUS, IN ALIQUO LOCO COMMORANDO, ANIMUM OSTENDERIT IBI PERPETUO MANENDI; ET IN UTROQUE CASU IUREIURANDO AFFIRMET SESE REALITER HUIUSMODI ANIMUM HABERE, *ibid.*

PROPRII DICUNTUR SUBDITI QUOAD ORDINES .RECIPIENDOS, VEL PER BENEFICIUM ASSECULUM, VEL PER ORIGINEM, VEL PER DOMICILIUM, VEL PER FAMILIARITATEM CUM EPISCOPIS; ITA UT EPISCOPUS QUI ORDINARET NON SUOS, ABSQUE LITTERIS DIMISSORIALIBUS, AUT SUOS RATIONE DOMICILII, BENEFICII ET FAMILIARITATIS ABSQUE LITTERIS TESTIMONIALIBUS, ORDINANS ET ORDINATUS POENAS INCURRERENT A IURE CONSTITUTAS. *pag.* 262.

Episcopus quoad testamentum

EX *cap. 1 de testamentis* CONCESSUM EST CLERICIS FACERE TESTAMENTUM DE OMNIBUS QUAE ECCLESIASTICI PROVENTUS NALUR.im NON HABENT: CEU SUNT QUAE EISDEM CLERICIS OBVENERUNT EX PATERNA SUCCESSIONE, AUT COGNATIONIS INTUITU, AUT QUAE DONO ACCEPERUNT, *pag.* 460.

QUAMPLURIMI CANONISTAE CENSUERUNT S. PIUM V NON ALITER CONSTITUISSE DE SACRIS SUPELLECTILIBUS; NEMPE DISPOSUISSE PER CONSTITUTIONEM *Romani Pontificis* DE ILLA SACRA SUPELLECTILI, EX FRUCTIBUS BENEFICIORUM ACQUISITA, NON VERO DE ACQUISITA E* PRIVATO PATRIMONIO, AUT ALIO PRIVATO LUCRO. *ibid.*

HUIUSMODI SENTENTIA CONFIRMATIONEM RECIPIT PER CONSTITUTIONEM *Cum illud* PII IX; QUAE LATA FUIT AD PRAECIDENDAS OMNES DUBITATIONES HAC SUPER RE, OMNESQUE CONTROVERSIARUM CAUSAS; NAM DECERNITUR NON DEBERI CATHEDRALIBUS ECCLESIIS EA OMNIA UTENSILIA QUAE COMPARATA FUERE BONIS NON PERIINENLIBUS AD ECCLESIAM, QUAEQUE NON CONSTET DONATA FUISSE ECCLESIAE, *ibid.*

Exequiae quoad lumina

IN EXEQUIIS ET FUNERIBUS LUMINA DEFERENDA ET CAMPANAS PULSANDAS ESSE EX ANTIQUISSIMO ECCLESIAE RITU DESCENDIT, *pag.* 551.

PER LUMINA ENIM DEFUNCTIS OBSEQUIUM EXHIBETUR : QUONIAM CREDIMUS EORUM MEMBRA FUISSE TEMPLA SPIRITUS SANCII : MYSTERIUMQUE SIGNI FU AMUS QUIA CREDIMUS EORUM ANIMAS DONO IMMORTALITATIS GAUDERE, ET CORPORA EXPECTARE RESURRECTIONEM AD PERPETUAM FRUENDAM LUCEM. *ibid.*

ECCLESIA, QUAE IURE SEPELIENDI POLLENT, IUS ILLUD EXERCERE POSSUNT IN PUBLICO COEMETERIO ; EX QUO FIT UT ECCLESIA TUMULANS POSSIT OFFICIUM FUNEBRE EXPLERE DUM AD COEMETERIUM CADAVERA DEFERUNTUR, SEQUENDO ECCLESIASTICUM RITUM, QUOAD FIERI POSSIT, DUMMODO VITETUR POMPA *pag.* 552.

Iudex

IUDICIS RECUSATIO RES EST MAGNI MOMENTI , QUAE NONNISI GRAVISSI-

Iura canonicalia

Iura parochialia

Legatum pium

Matrimonium

Matrimonium quoad procuratorem

nuptiarum: NAM CONSENSUM CONTRAHENTIUM ETIAM LITTERAE MANIFESTARE VALENT; DUMMODO SIVE TACITE SIVE EXPRESSE CONSENSUS REVOCATUS NON FUERIT ANTEQUAM PERVENIAT EPISTOLA AD ALIUM CONTRAHENTEM. *ibid.*

INDEPENDENTER A QUACUMQUE RENOVATIONE CONSENSUS, MATRIMONIA CELEBRATA INTER ABSENTES, SIVE PER PROCURATOREM, SIVE PER LITTERAS, SIVE PER NUNTIOS, VALIDA SUNT NON SOLUM RATIONE CONTRACTUS, SED ETIAM RATIONE SACRAMENTI; *Bened. XIV de Synod, dioec. leg. 13 c. 32 n. 9. ibid.*

QUA DE RE CUM INVESTIGANDUM SIT DE VALIDITATE MATRIMONII, PER PROCURATOREM CELEBRATI, ERUITUR EX DD. NON ESSE INQUIRENDUM DE FORMA ACTUS PROCURATIONIS, NEQUE DE MODO, QUO SCRIPTAE FUERUNT EPISTOLAE, SED DE CONSENSU MANDANTIS IN MATRIMONIUM, TALI MODO CELEBRANDUM, *ibid.*

Missa

TEMPORE QUO CANTANTUR HORAE CANONICAE IN CHORO MISSAE PRIVATAE AD ALTARE MAIUS CELEBRARI NON POSSUNT, NE CONFUSIO ET IMPEDIMENTUM INGERATUR PSALLENTIBUS. *pag.* 214.

Parochus quoad famulas

NEDUM VERAS CONCUBINAS, SED ETIAM ALIAS FEMINAS, DE QUIBUS TANTUM SUSPICIO HABERI POSSIT, ARCENDAS ESSE A DOMIBUS PRESBYTERORUM IUS ET DOCTORES CLAMANT, *pag.* 34(5.

AIT ENIM TRID. SESS. 25 CAP. 14 DE REF. « *Prohibet s. Synodus quibuscumque clericis ne concubinas aut alias mulieres, de quibus potest haberi suspicio in domo vel extra retinere aut cum iis ullam conversationem habere.* » *pag.* 347.

Parochus quoad remotionem

EX TRIDENTINO *Sess. 21 Cap. 6 de ref.* CONSULENDUM EST REGIMINI ANIMARUM PER REMOTIONEM AUT SU SPENS ONEM PAROCHORUM, QUI GRAVI DE CAUSA BONUM ANIMARUM AMPLIUS OPERARI NON VALENT, *pag.* 479.

OB INIMICITIAS ET ODIUM PAROCHIANORUM PAROCHUM OFFICIO SUO PRIVARI IURE POSSE, DOCETUR A S. G.CONGREGATIONE PER QUAMPLURIMAS RESOLUTIONES, *ibid.*

Paroec a quoad concursum

QUAMVIS S. C. CONGREGATIO, INNOCENTIUS XI ET BENEDICTUS XIV REGULAS OPPORTUNAS CONSTITUERUNT, QUIBUS TRIDENTINA FORMA CONCURSUS EXECUTIONI UNIFORMITER MANDARETUR, UT QUAMPLURIMA VITARENTUR INCOMMODA; TAMEN NON OMNES HAE REGULAE FORMAM INDUUNT SUBSTANTIALEM, EX QUORUM NEGLECTU NULLUM HABERI DEBEAT EXAMEN SEU CONCURSUS. *pag.* 85.

EX DECRETO IPSO TRIDENTINI *Sess. 24 cap. 18 de ref.* EDICTUM CONCURSUS PENDERE A PRUDENTI IUDICIO EPISCOPORUM COLLIGITUR, NAM IBI DICTUM EST: « *Et si Episcopo aut Synodo provinciali, pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur qui volent examinari.* » *ibid.*

ADVERSUS REGULAS PRO UNIFORMI-

Quoad paroeciales Ecclesias Tridentinum *Sess. 24 cap. 13 de ref.* sanxit, nullam imponi posse pensionem illis paroeciis, quae summam ducatorum centum, secundum verum annuum valorem non excedunt, *ibid.*

Haec sanctio confirmata fuit per Constitutionem *Quanta* diei 15 Septembris 1724: quae expresse iubet, ne locorum Ordinarii, aut alii quicumque collatores ecclesiarum parochialium ullo modo dictas ecclesias pensionibus gravent. *pag.* 35.

Iustissima ratione id vetitum fuisse patet: quum nulla videatur esse pro parochis congrua portio satis ampla: qui sui populi necessitatibus providere tenentur, eique in multis casibus auxiliari, *ibid.*

Ex principiis iuris disertissimis certum est beneficia ecclesiastica conferenda esse absque ulla diminutione, et iam collatis nullimode imponi posse, neque census neque pensiones , praecipue perpetuas. *pag.* 90.

Attamen si id expostulare videatur tum causae piae utilitas, tum rei necessitas, suprema auctoritate Summi Pontificis fieri potest, eliam in beneficiis iurispatronatus tum activi, tum passivi, el absque patroni consensu, *ibid.*

Pontifex quoad, confirmationem

Duplex est, ex dd. confirmatio quae Constitutionibus Regularium accedere potest ex.benignitale Apostolicae S^dis, nempe *in forma communi* et *in forma specifica, pag.* 293.

in forma communi confirmantur statuta quae non singulatim examinantur, neque a Pontifice probantur *motu proprio et certa scientia* et solum conditionate ; nempe si iuste, canonice ac provvide facta sint, ac non adversentur sacris canonibus, Tridentino, et Constitutionibus Apostolicis, *ibid.*

In forma specifica confirmantur, cum praemittitur causae cognitio, singula statuta diligenter expenduntur, nulla adiicitur conditio, sed accedit Apostolica auctoritas cum clausula *motu proprio* atque *ex certa scientia, ibid.*

Constitutiones approbatae in forma specifica induunt naturam legis pontificiae; constitutiones confirmatae in forma communi, hanc naturam non induunt ei deleri possunt a statuentibus. *ibid.*

Religiosos Ordinis regularis teneri ad observantiam clausurae, et ad recitationem horarum canonicarum in communi, dubitari a nemine potest, post Tridentina* sanctiones et Apostolicas constitutiones, ad id editis, *ibid.*

Rescripta 'R. Pontificis

Rescripta R. Pontificis, ex motu proprio exarata, infici nequeunt vitio subreptionis; quae omnino excluditur per virtutem motus proprii ipsius Principis : nescitur enim

AN PRINCEPS PROCESSERIT EX CAUSIS IN PETITIONE ALLEGATIS SEU EX ALIIS ETIAM, QUAS NON REVELAVIT, *pag.* 135.

NEQUE DICI POTEST GRATIAM FACTAM FUISSE AD ALTERIUS INSTANTIAM, QUANDO ADEST CLAUSULA MOTUS PROPRII; NE PAPA DE MENDACIO REDARGUI VIDEATUR: ETENIM STARE INSIMUL POSSUNT QUOD PRINCEPS FUERIT REQUISITUS, ET TAMEN POTIUS DICATUR MOTUS A SEIPSO, *pag.* 136.

QUUM ENIM PONTIFEX OMNIMODA ET ABSOLUTA GAUDEAT POTESTATE IRI BENEFICIIS ET IPSORUM BONIS, POTEST UNIRE ECCLESIAS, SI BONUM ANIMARUM ID EXPETAT, SUPPRIMERE, ALTERAM ALTERI SUBIICERE, ET IURA UNIUS ALTERI DARE EX DELIBERATA VOLUNTATE; NEQUE PRAESUMITUR VEL ALICUI NOCERE; CUM SIT IPSE IUSTITIAE ET AEQUITATIS CULTOR ET VINDEX, *ibid.*

Vicarii Parochiales

DUPLICIS SUNT GENERIS VICARII PAROCHIALES ; PERPETUI, NEMPE ET TEMPORALES: PERPETUI AB EPISCOPO CONSTITUUNTUR LOCO PRINCIPALIS RECTORIS, CUM ASSIGNATIONE CONGRUAE PORTIONIS FRUCTUUM CUIPIAM ECCLESIAE; TEMPORALES VERO SUBICIUNTUR pro PERAGENDO ECCLESIASTICO SERVITIO IU LOCUM ALTERIUS, AD TEMPUS, SEU AD VOLUNTATEM CONSTITUENTIS SUPERIORIS. *pag.* 144.

INNUMERA AUTEM SUNT ARGUMENTA QUAE SUADENT, VICARIOS PERPETUOS PRAEFERENDUS ESSE VICARIIS TEMPORALIBUS, QUI NON SUNT INSTITUTI IN ECCLESIIS: DECET ENIM UT QUAELIBET ECCLESIA PROPRIUM HABEAT SACERDOTEM, CEU SPONSA VIRUM, QUI EAM CASTE ET SINCERE REGAT. *ibid.*

NATURALE VITIUM EST NEGLIGETE QUOD A PLURIBUS COMMUNITER PO-; SIDETUR, NEQUE SE NIHIL HABERE, Q U NON TOTUM HABEAT, ARBITRETUR, *ibid*

VICARII TEMPORALES, AD NUTUM AMOVIBILES ECCLESIAM MINUS DILIGUNT, NEC OVIUM SOLLICITAM CURAM GERUNT; QUUM SAEPE REMOVEANTUR, ETIAM SINE CAUSA, QUI VERUM TITULUM NON HABENT, ET NOMINE ALIENO AGUNT. *ibid.*

VICARII PERPETUI IN QUOS TOTA CURA ANIMARUM TRANSFERTUR, QUIQUE HABENT VERUM TITULUM ECCLESIAE PAROECIALIS, CONSTITUI NON POSSUNT, NISI PRIUS ERIGATUR VICARIA PERPETUA, *ibid.*

• neque ex natura actus, neque ex » antecedente aut subsequente te- » nore verborum, neque ex con- » suetudine loci, nec ex aliis cir- » eumstantiis vera legislatoris, vel » aliter disponentts voluntas ac in- » tentio, saltem verisimiliter satis » appareat, id, quod minimum-, » hoc est , quod minus oblige » vel gravat, sentire debemus. Ra- » tio est, tum quia iura proniora » sunt ad liberandum quam obligant » dum. magisque inclinant ad mi- » nuendam quam augendam obli- » gationem; tum quia sequendo mi- » nimum minus errandi periculum » est. » At in Clementina et Piana lege sensum esse obscurum, ita ut nullo modo deprehendi possit, ex hoc uno patet quod secus antiqui et novi iuris interpretes in oppositas sententias non abiissent.

5° Rationes a Rosignoliadductas peccare contra notissimum effatum; *legem* scilicet *odiosam non esse extendendam de casu in casu neque ob rationis paritatem,* ut allatum testimonium consideranti patebit.

6° Hinc corruere quae postremo loco adducunt clarissimi Scriptores *de la Nouvelle Revue Théologique,* scilicet ad absurda praedictam sententiam adducere ; quandoquidem in lege odiosa, nullam absurditatem inducit exclusio gravioris peccati ab latis poenis, si sub lege comprehensum ab legislatore non constet : nonne ex. gr. gravius peccat qui bestialitatem, quam qui adulterium committit? At si Pontife* excommunicatione feriissel Clericos in sacris constitutos, vel religiosos solemniter professos, qui adulterium committerent, num ne sub eadem poena comprehendi possent bestialitatem committentes? nequaquam.

7° Neque valde certum est, coniunctiones eiusmodi habere matri* monii figuram, aut ex hac necessario excommunicationem inferri. Primo enim eiusmodi argumentum in quaestionem recidit, cum quaestio sit: an omnis coniunctio quae habeat matrimonii figuram excommunicationi Pianae subiiciatur: secundo, quia incertum est: an coniunctiones maritales cum aliquo impedimento dirimente ab eo diverso quod legislator lege proclamat, habeant matrimonii figuram: usu autem communi eiusmodi coniunctiones matrimonia nulla vocantur; demum , nonne matrimonium illud, quod coram Parocho e< íestibus initur, at sine consensu alterutrius contrahentis, habet matrimonii figuram ? Attamen scriptores citatae Ephemeridis illud contrahi sine excommunicatione fatentur. Neque subsumant, matrimonium illud nullum esse ob defectum consensus-, iura vero in re aperta esse; nam etiam iura docent, impedimento dirimenti contractum matrimonium utilium esse ; atque deinceps nos loquimur de matrimonii figura, quae in allegato exemplo integra habetur, non de matrimonii valore.

8° Si septem Commentatores Constitutionis *Apostolicae Sedis* con-

trariam sententiam tuentur, plusquam septem iique validiores fortasse, Reatini sententiam propia gnant. Hi autem supponendi non snut falsa prorsus voluisse defendere et sine ratione locuti.

9° Antiquiores autem sive C i o - mentinae legis expositores, sive alii auctores qui in rescripserunt, non omnes certe adstipulanlur scriptoribus de *la Nouvelle Revue.* Id potuissent primo loco intelliget e ex allegato Rosignoli testimonio, qui dicit: *Si ratio adversantium ob quam asserunt contrahentem matrimonium ex alio capite invalidum etc.;* ex quibus patet adfuisse scriptores contrarios; secundo intelligere potuissent ex Ronacina loco ab ipsis citato, in quo contrarium defendit. Quaerit enim prorsus n. 20. « Utrum contrahens cum aliquo im» pedimento dirimente, ultra quin» que casus in hac Clementina ex» pressos incurrat istam excommu» nicationem, ut si contrahat cum » infideli consanguinea, cum co» gnata cognatione legali aut spiri» tuali vel cum impedimento pu» blicae honestatis, vel simili?

» Respondeo non incurrere. Ra» ti o est quia dispositio poenalis ex» tendenda non est ultra casus in » ea expressos. Ita Caietanus *verba>* *» excommunicatio cap. 47:* Glossa » hic *verbo eos.* Navarr. et Sylvest. » *loc. cit.* Tabiena, et alii apud » Sánchez *loc. cit. num. 12.* Exi» stimo tamen, contrahentem cum *> infideli consanguinea intra quar» tum gradum incidere in hanc censuram, non quatenus contrahit •» cum infideli, sed quatenus cele» brat matrimonium in casibus in » hac Clementina prohibitis. »

Non pauci igitur Scriptores antiqui affirmarunt, Clementinae excommunicationi eos non subiici qui matrimonium in re contraxissent cum alio aliquo dirimente impedimento; plures autem Commentatores idipsum de Piana Constitutione sentire. Sententia igitur a clarissimis scriptoribus *de la Nouvelle Revue* certa non est neque ob clarum iuris textum, neque ob expositorum, interpretum, et doctorum unanimem consensum, neque oblationis praesidium.

Dicere tamen non audemus sententiam a Reatino propugnatam adeo certam esse, ut dubium quod libet excludat; eam tamen prae alia solidiorem esse, fortasse non insipienter putamus. Hinc quaestio principio reflexo non semel in nostris Commentariis allegato dirimendam esse; legem scilicet in re dubiam esse; atque Reatini commentatoris sententiam intrinsece et extrinsece probabilem esse; hinc cum in praxi certum principium sit, neminem uti excommunicatum esse habendum, si ratio vere probabilis eum excommunicatione exemptum pronuntiet, Clerici in Sacris constituti et Religiosi post votum solemne castitatis non sunt de excommunicatione damnandi si matrimonium contrahere praesumant, in quo di-

RIMENS IMPEDIMENTUM EXISTAT AL IMPEDIMENTO ORDINIS VEL PROFESSAE CASTITATIS DIVERSUM; IDQUE TENENDUM USQUE DUM SUPREMI ECCLESIAE PRINCIPES CONTRARIUM EXPRESSE NON DECERNANT.

QUAEREBANT INSUPER COMMENTATORES, AN EXCOMMUNICATIONEM HANC MCURRERENL CLERICI IN SACRIS CONSTITUTI, VEL RELIGIOSI SOLEMNITER PROFESSI, SI MATRIMONIUM CLANDESTINUM, QUOD VULGO *civile* DICITUR CONTRAHERE PRAESUMERET; ATQUE DUM CONCORDES ERANT IN ILLA ADMITTNNDA, UBI TRIDENTINUM CAPUT *Tametsi* (1) RECEPTUM NON FUERAT; IN CONTRARIAS

**(1) Porro ita Tridentinum decretam legitur Sess. XXIV Cap. 1 de Reformât. Matrimonii: « Tamatsi dubitandum non est, clandestina matrimonia, libero con« trahentium consensu facta, rata et vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea » irrita non fecit, et proinde iure damnandi sunt illi, ut eos sancta Synodus » anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant, quique falso affirmant, «matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse, et » parentes ea rata vel irrita facere posse, nihilominus sancta Dei Ecclesia ex » iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Verum cum sancta. » Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam » non prodesse, et gravia peccata perpendat, quae ex eisdem clandestinis coniugiis » ortum habent, praesertim vero eorum, qui in statu damnationis permanent, dum « priori uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, » et cum ea in perpetuo adulterio, vivunt. Cui malo cum ab Ecclesia quae de oc » cultis non iudicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhi. » beatur, idcirco S. Lateranensis Concilii sub Innocentio III celebrati vestigiis » inhaerendo, praecipit, ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter » a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia » inter Missarum solemnia publice denuncietur, inter quos matrimonium sit con » trahendum: quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur im« podimentam, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae procedatur, ubi » Parochus, viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto, vel » dicat: Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus » Sancti; vel aliis utatur verbis iuxta receptum uniuscuiusque provinciae ritum. » Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri » posse, si tot praecesserint denunciationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat, » vel saltem parocho et duobus vel tribus testibus praesentibus matrimonium ce» lebretur. Deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, » ut si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipse ex» pediré iudicaverit, ut praedictae denunciationes remittantur, quod illius pruden» tiae et iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter, quam praesente Parocho, » vel alio Sacerdote de ipsius Parochi ses Ordinarii licentia, et duobus vel tribus » testibus matrimonium contrahere attentarunt, eos Sancta Synodus ad sic con» trahendum omnino inhabiles reddit, rit huiusmodi contractus irritos et nullos » esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et annullai. Insuper Pa

TAMEN SENTENTIAS ABIBANT RELATE AD LOCA. IN QUIBUS TRIDENTINA lex IN USU ERAT.

PORRO AVANZINIUS, QUI PRIMUS DE RE DISSERUIT, AD EXCOMMUNICATIONEM INDUCENDAM IN EJUSMODI MATRIMONIO CIVILI, AFFIRMABAT ET ILLUD ESSE CONTRACTUM, QUI IUXTA NATURAE LEGES, ESSET VERUM MATRIMONIUM, ET CONSEQUENTER HABERE MATRIMONII FIGURAM (1). PRO AVANZINIO SUFFRAGIUM PORRO FERUNT CL. SCRIPTORES EPHEMERIDIS *Nouvelle Revue* LOC. CIT. PAG. 62. AL REATINUS, PATAVINUS, ALIIQUE NON ITA. ATQUE PRIMUS INTER ALIOS ITA RATIOCINIA DUCEBAT. « DICES: » HOC ETSI MATRIMONIUM NON SIT, » NIHILOMINUS MATRIMONII HABET FI» GURAM, EST ENIM CONTRACTUS, QUI » IUXTA NATURAE LEGES ESSET VERUM » MATRIMONIUM. ITA PORRO; SED » NONNE TALE QUOQUE EST QUOD CON» TRAHITUR SINE PAROCHO ET TESTIBUS? » CUM SOCIO CRIMINIS, CUM INFIDELI » CORAM TESTIBUS ET PAROCHO ? MI» HIQUE CONSENTIUNT, EXCEPTO AVAN» ZINIO, COMMENTATORES CONSTITU» TIONIS NOSTRAE OMNES QUOS VIDE» RIM; ET AMPLIUS DUBITANDUM NON » EST POST DECLARATIONEM S. C. CONCILII 13 MARTII 1979, PROBANTE » SS. D. N. LEONE PAPA XIII, QUAE » CENSUIT, EX HUIUSMODI IURIS CI» VILIS COMMENTO, NE PUBLICAE QUI» DEM HONESTATIS IMPEDIMENTUM » ORIRI ». (2)

« (1) Incurrerent. Eatio est, quia omnes enunciatae personae in ham. censu» ram incurrunt, *quae praesumunt matrimonium contrahere,* id est praesumunt » contractum illum inire, qui matrimonii habeat figuram; numquam enim possunt » verum matrimonium contrahere. Quamvis autem matrimonium civile non sit ma» trimonium validum ob impedimendum dirimens, quod clandestinitatis appella» mus, ex defectu formae ab Ecclesia sub poena nullitatis praescriptae, est tamen « contractus, qui iuxta naturae leges esset verum matrimonium: ideoque, licet pei » accidens, ob carentiam praescriptae formae, sit nullum, in se tamen fignram •n matrimonii habet, nullamque aliam habet figuram; ita ut matrimonium civile n neque vim habeat sponsalium, quia sponsalia aliam habent indolem et naturam: ideoque personae illae quae ad verum contrahendum matrimonium iam sunt in» habiles, matrimonium civile contrahere praesumentes, contractum illum inirent, » qui habet matrimonii figuram, quod esset nullum ex duplici saltem capite. »

(2) En porro Decretum : « Postquam laici legumlatores praeter civiles ac po» liticos matrimonii effectus, impio ausu ipsum pervadere ac moderari praesum» psere matrimoniale foedus quod a Deo auctore naturae, ante omnem civilis so» cietatis existentiam, primitus institutum^ ac ad ineffabiiem Sacramenti dignita» tem deinde a Christo Redemptore evectum, qnamlibet politicam et civilem iuris» dictionem penitus excedit, pluries Episcopi aliique animarum pastores ab Aposto li lica Sede anxii postularunt, an ex actu civili, qui honorandum usurpât matrimonii » nomen, impedimentum iustitiae publicae honestatis oriatur. Quae postulationes » cum iteratae postremis hisce temporibus fuissent, summus Pontifex mandavit, » ut huiusmodi negotium a S. Congregatione Emorum ac Rmorum S. R. E. Car ir dinalinm Concilii Tridentini interpretum ritu (fortasse rite) ác sedulo expende » retur. Sacra autem Congregatio, exquisitis: morum in theologicis ac canonicis

Verum haec quaestio dirempta fuit per decretum, seu declarationem latam a Suprema Congregatione S. Officii, quam hic refcri mus.

« Episcopus N. ad pedes San-
» ditatis Vestrae humillime provo-
» lutus exponit, quod super inter-
» pretationec/araeillius Constitutio-
» nis, quae incipit *Apostolicae Sedis*
» *moderationi* die 14 Octobris 1869
» emanalae, in hac Dioecesi aliqua
» dubia oborta sint, quae apostolica
» solutione digna esse videntur. Pri-
» mo. Ac primum quidem per prae-
» dictam Constitutionem excommu-
» nicalioni latae sententiae Episco-
» pis sive Ordinariis reservatae sub-
» iacere declarantur *Clerici in sa-*
» *eris constituti, vel Regulares aut*
» *Moniales post votum solemne ca-*
» *stitatis matrimonium contrahere*
» *praesumentes.* Quam censuram
» aliqui extendi etiam ad eos cle-
» ricos defendunt, qui civile, quod
» vocant, matrimonium contrahere
» attentant in locis, ubi Decretum
» *Tametsi* Concilii Tridentini Ses-
» sio XXIV Cap. 1. De reformât.
» matr. promulgatum et in usu est.
» Haec vero sententia ab aliis reu-
» citur. »

Quaeritur ergo utri sententiae sit adhaerendum ?

Feria IV, Di e 22 Decembris 1880.

Eiiii ac Rmi Patres quoad primam partem instantiae responderunt.

Ad dubium 1.

Clericos in sacris constitutos, vel Regulares aut Moniales post emissum solemne castitatis votum, praesumentes contrahere matrimonium, sic dictum civile, in locis

» discipuli^ poritoLum consultationibus, ac re mature discussa in generali comitio
» diei 13 Martii 1879 propositae dubii formulae - *An actus, qui vulgo audit*
•*n matrimonium civile pariat impedimentum iustitiae publicae honestatis* —
y> rescripsit - *Ne/alive; et consulendum SSmo , ut id declarare ac statuere*
n dignetur. - Quapropter SSmus D. N. Leo Papa XIII audita universa rei rela-
» tione in audientia diei 17 eiusdem mensis in voto S. C. concedens, per praesens
» decretum declarat, ac statuit, praememoratum actum, qui vulgo dicitur matri-
» moni u m civile, in locis ubi promulgatum est Decretum Concilii Tridentini
» *Sess. XXIV cap. 31 de Beform, matrim,* sive fideles actum ipsum explentes,
» intendant, uti par est, (matrimonio ecclesiastico iam rite celebrato, vel cum
» animo illud quantocius celebrandi) meram caeremoniam civilem peragere, sive
» intendant sponsalia de futuro inire; sive tandem ex ignorantia, aut in spre-
» tum ecclesiasticarum legum intendant matrimonium de praesenti contrahere, im-
» pedimentum iustitiae publicae honestatis non producere. Atque ita etc. » *Acta S, Sedis Vol. XIII, pag. 126.* Qui universam li-pceptationem cupiat legere, adeat eorumdem Actorum *Vol. XII, pag. lèi*

At ex eiusmodi decreto apparet, matrimonium civile nedum non producere impedimentum publicae honestatis, sed a S. Congregatione Concilii nec matrimonii titulo cohonestan, vocari autem *actum civilem, meram caeremoniam civilem, actu» qui vulgo audit matrimonium civile;* ita tit coram Ecclesia neque matrimonii figuram habeat.

übt lex Tridentina de clandestinitate viget, incurrere excommunicationem latae sententiae Episcopis seu Ordinariis reservatam.

OB SECRETUM, QUO INQUISITIONI» NEGOTIA TEGUNTUR NOS QUIDEM NESCIMUS, QUIBUS FRETA CRITERIIS ET ARGUMENTIS IN ILLAM ABIERIT SENTENTIAM PRAESERTIM POST ALLEGATUM S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETUM; ATTAMEN AB IIS QUI REM NOSSE POTUERUNT DIDICIMUS, ILLAM FUISSE ABSOLUTAM PONTIFICIS VOLUNTATEM, IDEOQUE ESSE LEGIS EXTENSIONEM A PRINCIPE PROFECTAM, QUI HABITA FORTASSE RATIONE TUM IMPOSSIBILITATIS MATRIMONIALIS RITUS CORAM PAROCHO ET TESTIBUS HABENDI, TUM CONSIDERATA LEGE CIVILI, QUA MATRIMONIA EIUSMODI CIVILIA INDISSOLUBILIA DECERNUNTUR, OB EFFECTUS INDE EXURGENTES PUTAVIT ETIAM AD EJUSMODI PURAM CIVILEM CAEREMONIAM LEGEM PIANAM EXTENDERE, NE QUIS CIVILIS GUBERNII LICENTIA ET TURPITUDINE HAC IN RE ABULERETUR. HINC DECRETO SUPREMAE ROMANAE INQUISITIONIS OBEDIENDUM EST, QUIN TAMEN ILLUD ULTRA MATRIMONIUM CIVILE EXTENDERE PRAESUMAMUS. (1)

TERTIA DEMUM CONDITIO AD INCURRENDAM EIUSMODI EXCOMMUNICATIONEM NECESSARIA EST PRAESUMPTIO VETITA MATRIMONIA CONTRABENDI, *matrimonium contrahere praesumentes.* PRAESUMPTIO AUTEM IMPORTAL PLENAM LIBERTATEM CT PERFECTAM SCIENTIAM ACTUS PONENDI, LUM LEGIS QUAE ACTUM DIRIGIT, ATQUE POENARUM LEGI ADNEXARUM; CURA ENIM PRAESUMPTIO SPI E-TUM LEGIS ET LEGISLATORIS IMLÚDAT, SI VEL CARENTIA LIBERTATIS, VEL IGNORANTIA ALIQUA IN ACTU PROHIBITA LOCUM HABENT, NEC SPRETUS, NEC PRAESUMPTIO SUPPONITUR, -DEOQUE NEC EXCOMMUNICATIO.

SI IGITUR, VEL UTERQUE, VEL ALTERUTER EX METU GRAVI MATRIMONIUM CONTRAHERENT, BANC EXCOMMUNICATIONEM EFFUGERENT, CUM IN METU GRAVI DESIT PLENUM VOLUNTARIUM, QUOD IN PRAESUMPTIONE REQUIRITUR. HMC BONACINA DE EXCOMMUN, IN PARTICULARI PUNCT. VII. NN. 11 ET 12 SCRIBIT: « IDEM DIC DE CONTRAHENTE » CUM EO, QUI PER METUM COGITUR » MATRIMONIUM CELEBRARE; CONSEN» SUS ENIM ISTIUS NON EST SUFFICIENS » AD CONTRAHENDUM. 12. LIMITANTUR » TERTIO, MODO MATRIMONIUM NON » SIT CELEBRATUM PER VIM AUT ME» TUM GRAVEM CADENTEM IN CON> STANTEM VIRUM. RATIO EST, TUM > QUIA ECCLESIA NON PRAESUMITUR » OBLIGARE CUM GRAVI PERICULO, TUM » QUIA CONSENSUS PEI- METUM EX» TORTUS NON EST SUFFICIENS AD CON-

fi) Quaerent fortasse lectores. Quait">*m **auctoritatem Decreta supremae Inquisitionis habent?**

Resp. In se illam habent quam ceterarum Romanarum Congregationum decreta. Attamen relate ad promulgationem, sciendum est Congregationem S. Officii solitam non esse decreta a se lata promulgare, saltem ut plurimum, sed tantummodo iis qui quaesita proposuere resolutiones et-responsa dirigeie: Hinc cum lex dat cum promulgatur, decreta Inquisitionis pro illis tantum valent, ad quos diriguntur; pro aliis minime, vel postquam eis constat de legitima promulgatione,

» trahendum matrimonium... Idem » valet si unus libere, et alter per » metum matrimonii contractum » ineat... altero vero consentiente »

Nullo tamen pacto metus levis excusaret, cum hic neque minuat, neque tollat voluntarium, ideoque multo minus praesumptionem, quae cum arrogantia proterviaque animi semper coniungitur: *vani autem timoris,* inquiunt iura, reg 184 ff. de reg iuris, *iusta excusatio non est.*

Quod de metu gravi dictum est de ignorantia dicite, etiam affectata, quae relationem habeat sive ad existentiam legis, et poenae adnexae, sive ad impedimentum ordinis, aut voti castitatis. Cum ea enim non supponitur praesumptio. Hinc Bonacina*loc. cit. n. 17.* «Addo probabiliter sustineri posse contra Sánchez... et alios, ignorantiam affectatam in praefatis casibus excusare, quia habens ignorantiam affectatam non dicitur reipsa scienter contrahere, modo tamen non adsit ingens temeritas, quae contingit, dum quis vehementem habet suspicionem delicti prohibiti, tunc enim reputatur sciens. » etc.

Quamvis autem alii contrariam sententiam defendant, negari non potest, nostram et in se, et ob doctorum suffragium probabilem esse, ne dicam probabiliorem; hinc eiusmodi matrimonia cum ignorantia affectata contrahentes, ab excommunicatione semper essent excusando

Cum autem cornigere possit ut ignorantia haec in alterutro tantum contrahente reperiatur; unus tantum hoc in casu, scilicet qui scientiam habet, excommunicationem incurret. Etenim in hoc tantum reperitur jpraesumpiio et legis irangressio a legislatore ad incurrendam excommunicationem requisita. Verba autem legis disiunctive non copulative sunt accipienda, ut patet tum per se, tum per Doctorum interpretationem.

III.

Verum etiam relate ad eiusmodi conditionem plures quaestiones exurgunt. Nonnulli enim Expositores quaerunt:

1. An necessarium sit, ad incurrendam excommunicationem ut contrahentes noverint matrimonium esse nullum, ita ut si eiusmodi nullitatem ignorent, et putent e contra matrimonium validum esse, excommunicationem effugiant?

2. Quid si bona fide matrimonium iniverint, ignorantia scilicet iuris vel facti delent! ; postea autem iura noverint, spreverintque, atque in inito matrimonio perseveraverint?

3. Quid insuper si contrahentes matrimonium ineant, putantes illud omnimodis validum esse, neque illud irritandi inesse Ecclesiae potestatem!

4. An excommunicationem incurreret Parochus qui sciens voten-

QUE MATRIMONIIS HUIUSMODI 9de-STEREI 1

RELATE AD PRIMAM QUAESTIONEM, CLARISSIMUS PETRUS AVANZINI *Coiamentarii pag. 61. num. 39.* AFFIRMAT, NECESSARIAM ESSE SCIENTIAM DE NULLITATE MATRIMONII AD EXCOMMUNICATIONEM HANC INCURRENDAM: « AD » INCURRENDAM HANC CENSURAM RE- » QUIRITUR ET MATRIMONII CELEBRATIO » ET SCIENTIA DE EIUS NULLITATE, OB » LEGEM VEL VOTUM SOLEMNE CASTI- » TALIS, QUAE SCIENTIA CUM CELEBRA- » TIONE CONIUNCTA EXPRIMITUR PER » VERBA PRAESUMENTES CONTRAHERE ».

HUIC AUTEM ASSENTITUR GIOLLI (1).

CONTRADICIT, AUTEM ALIOS INTER, DE VARCENO *Theol. Moral. Tom.* 2. *pag. 492.* SCRIBENS: « NECESSE AUTEM NON EST, UT SCIANT ID PROHIBITUM ESSE SUB POENA NULLITATIS ». QUAMVIS INGENUE FATEAMUR, EIUSMODI CASUM VIX CONTINGERE POSSE; SUNT ENIM IN SACRIS ORDINIBUS CONSTITUTI, ET RELIGIOSI VOTUM SOLEMNE CASTITATIS PROFESSI QUI HAEC MATRIMONIA CONTRAHUNT, IN QUIBUS CONSEQUENTER IGNORANTIA NULLITATIS VIX AUT NE VIX QUIDEM CONCIPI POTEST; CASUS TAMEN ADMISSA VERITATE, SENTENTIAM AVANZINI TENENDAM POTIUS ESSE DICIMUS QUAM CONTRARIAM; AGITURENIM DE PRAESUMPTIONE, QUAE NEDUM SUPPONIT SCIENTIAM PERFECTAM LEGIS, SED INSUPER LEGIS ET LEGISLATORIS SPRETUM; AT CUM IGNORANTIA NULLITATIS ACTUS INEUNDI RON COMPONITUR SCIENTIA PERFECTA LEGIS, CUM EX PARTE SALTEM IGNORETUR EINS SANCTIO. HINC QUOAD EIUSMODI NULLITATEM NON POTEST DARI PRAESUMPTIO; SED NEQUE SPRETUS, QUANDOQUIDEM NEMO SPERNERE POTEST, DIRECTE SALTEM ET SIMPLICITER, QUOD IGNORAT; VERSAMUR AUTEM IN LEGE ODIOSA IN QUA OMNES CONDITIONES VERITATEM SORTIRI DEBENT.

NEQUE QUIS CUM CLARISSIMIS SCRIPTORIBUS EPHEMERIDUM *de la Nouvelle Revue Theologique loc. cit. pag. 66. n. 30.* QUI AB AVANZINIO RECEDUNT, DICAT, LEGISLATORIS FINEM NON ILLUM FUISSE UT VALIDALI MATRIMONII PROSPICERET, CUM HOC SIT ESSENTIALITER NULLUM , CONSEQUENTER NULLO PACTO SCIENTIAM NULLITATIS REQUIRI. ETENIM ALLATA RATIO NULLO MODO REM PROBARE VIDETUR, CUM QUAESTIO NON CIRCA MATRIMONII VALOREM, SED CIRCA PRAESUMPTIONEM VERSETUR, QUAE SCIENTIAM INTEGRAE LEGIS IMPORTAT; SANCTIO AUTEM VARIA LEGIS, ID EST POENAE ADNEXAE, CONSTITUUNT LEGIS PARTEM; ERGO COGNOSCANTUR OPORTET, UT TRANGRESSORESVELUTI PRAESUMENTES IN OMNIBUS TRADUCI POSSINT. NONNE ENIM POSSET CONTINGERE UT NULLO MODO SESE INDUCERENT AD MATRIMONIUM INEUNDUM QUI SCIANT ILLUD UNDEQUAQUE NULLUM ESSE, NULLAMQUE SPEM RE CAUDATI MIS ADESSE ? SED QUI IN EIUS-

(1) Commentario prattico pag. 106, Nè l'incorre chi di cutali persone, o con cotali persone, contraesse senza sapere o la qualità della persona incapace a contrarre, o l'impedimento dirimente, o la censura annessa: poiché in questi casi non si verifica *praesumentes,*

MODI STATU M »RALI VERSARI SUPPONERETUR, POSSET NE DICI QUOMODOLIBET PRAESUMENS? QUANDOQUIDEM SI SCIRET, LEGEM FORTASSE NON TRANSGREDERETUR.

RECEDENDUM HINC AB CLARIS. AVANZIMI SENTENTIA NON ESSE VIDETUR.

RELATE AD SECUNDAM QUAESTIONEM, SIMPLICITER MANIFESTUM EST, CONTRAHENTES OB IGNORANTIAM SEU FACTI SEU IURIS NULLAM INCURRERE EXCOMMUNICATIONEM; HINC SI POSTQUAM NOVERINT LEGEM, IN CONCUBINATU VIVERE PEI GANT, NULLAM PARITER EXCOMMUNICATIONEM EOS INCURRERE, CUM LEX NON PECCATUM, SED MATRIMONII ATTENTATUM PUNIAT. OPTIME HINC SCHMALZGUEBER IUS CANONIE. PART. III. TIT. XIV, N. 119. « DENI» QUE UT SCIENTIA IMPEDIMENTI PRAECESSERIT CONTRACTUM ; NAM SI QUIS » IGNORANS ET BONA FIDE CONTRAXIT » MATRIMONIUM CUM CONSANGUINEA » VEL ALÏINE, ETSI POSTEA CONSCIUS » IMPEDIMENTI IPSI COHABITET ET » UTATUR CONIUGIO, HANC EXCOMMU» NICAIIONEM NON INCURREL; QUIA IN » CLEMENTINA CITATA NON PUNITUR » OMNIS INCESTUS, VEL INCESTUOSA » COHABITATIO, SED SOLUS CONTRACTUS » MATRIMONII, HIC AUTEM NON FIT » NOVUS CONTRACTUS, ET PER PRIOREM » NON FUIT INCURSA EXCOMMUNICATIO, » EXCUSATIONEM PRAEBENTE I$RNO» RANFIA. »

ERGO ETC.

ATTAMEN ALII HUIUSCEMODI DISTIN* GUUNT: SI FORNICARII POST ACCEPTAM COGNITIONEM NULLITATIS MATRIMONII FORNICANE vivere PERGANT, NULLAM INCURRUNT EXCOMMUNICATIONEM, QUIA LEX NON PUNIT CONCUBINATUM. SI AUTEM se COGNOSCANT *affectu maritali* SUBDISTINGUUNT; VEL EORUM CONIUNCTIO LOCUM HABUIT CORAM PAROCHO ET TESTIBUS, VEL NON: SI HOC; IN LOCIS UBI TRIDENTINUM RECEPTUM FUIT, LOCUM NON HABET EXCOMMUNICATIO, QUIA NULLUM ERIT SEMPER MATRIMONIUM SINE PAROCHO ET TESTIBUS I NILUM; IN LOCIS VERO UBI TRIDENTINA DE MATRIMONIO LEX RECEPTA NON FUIT, EXCOMMUNICATIO LOCUM HABET; QUIA COPULA AFFECTU MARITALI HABITA CONVALIDAI MATRIMONIUM, CUM HABEATUR VELUTI NOVI CONSENSUS APPOSITIO. ET QUAMVIS ELIAM IN LOCIS UBI TRIDENTINUM RECEPTUM NON FUIT, EIUSMODI CLERICORUM VEL RELIGIOSORUM MATRIMONIA SEMPER SINT NULLA, TAMEN QUIA IBI PER SIMPLICEM CONSENSUM CONTRAHENTIUM MATRIMONIA PERFICIUNTUR, ET COPULA *affectu maritali* HABITA CONSENSUI AEQUIPOLLET, PER EAM ATTENTATUS MATRIMONII HABETUR, ET CONSEQUENTER PIANI CAPITIS EXCOMMUNICATIO.

AD 3. PATENS RESPONSIO EST. ETENIM HI ESSENT HAERETICI: « SI QUIS » DIXERIT, INQUIUNT TRIDENTINI PATRES » *Sess. XXIV. cap. 9.* CLERICOS IN » SACRIS ORDINIBUS CONSTITUTOS, VEL » REGULARES CASTITATEM SOLEMNITER » PROFESSOS, POSSE MATRIMONIUM » CONTRAHERE, CONTRACTUMQUE VALI» DUM ESSE, NON OBSTANTE LEGE EC» CLESIASTICA VEL VOTO; ET OPPOSITUM » NIHIL ALIUD ESSE QUAM DAMNARE » MATRIMONIUM , POSSEQUE OMNES

» CONTRAHERE MATRIMONIUM, QUI
» NON SENTIUNT SE CASTITATIS, ETIAMSI
» EAM VOVERINT, HABERE DONUM:
» ANATHEMA SIT, CUM DEUS ID RECTE
» PETENTIBUS NON DENEGET, NEC PA-
» TIATUR NOS SUPRA ID, QUOD POSSU-
nt MUS, TENTARI. *(1. Cor. X. 13. »*

CUM VERO CLERICI ET RELIGIOSI DE QUIBUS AGIMUS AD CATHOLICAM ECCLESIAM PERTINEANT, BONA FIDES IN EIS SUPPONI NON POTEST, SED ARROGANTIA ET INCREDIBILIS INOBEDIENTIA, EX QUIBUS SEMPER HAERESIS PROCESSIT. HINC EXISTIMATIO QUAM HABENT DE VALORE MATRIMONII NIHILI FACIENDA EST, NULLOQUE MODO ILLOS EXCUSAT, NON ENIM CONFUNDI CUM BONA FIDE POTEST.

AD 4. CUM NEQUE COMPLICES, NEQUE FAUTORES IN PIANO CAPITE EXCOMMUNICENLUR, MANIFESTUM FIT, PAROCHUM HUIUSMODI MATRIMONIIS ADSISTENTEM NULLAM EXCOMMMUNI CALIONEM INCURRERE, QUAMVIS GRAVISSIME PECCET. PROCURATOR INQUIT SCHMALZGRUEBER *loc. cit. num. 118.*, € PER QUEM CONTRAHITUR TALE MATRI-
V MONIUM, NON INCURRIT EXCOMMU-
* NICATIONEM ISTAM; UTI NEC PAREN-
» TES QUI NOMINE FILIORUM CONSEN-
» SUM IN MATRIMENIUM EXPRIMUNT;
» IMO NEC PAROCHUS MATRIMONIO
» TALI ASSISTENS, ET CONIUGIUM ILLUD
» INEUNTES, QUIA IN DICTA CLEMEN-
» TINA SOLI MATRIMONIUM TALE INEUN-
» TES EXCOMMUNICANTUR; ISTI AUTEM
» NON INEUNT VERE MATRIMONIUM,
» SED SOLUM SUNT INSTRUMENTUM
» EORUM, QUI VERE INEUNT. MULTO
» MINUS CENSURAM ISTAM CONTRA-
» HUNT MANDANTES, CONSULENTES VEL
» ADIUVANTES AD HUIUSMODI MATRI-
» MONIUM TNEUWDUWK OB RATIONEM
» ALLATAM. »

NEQUE EXCOMMUNICATUS HABERI POSSET PAROCHUS VELUTI QUI PARTICIPET *in crimine criminoso f* ETENIM CONTRAHENTES, CETERIS PRAETERMISSIS, ANTEA NON FUERANT A ROMANO PONTIFICE NOMINATIM EXCOMMUNICATIONE PERCULSI, QUOD NECESSARIUM EST AD INCURRENDAM EXCOMNIÌLNICA-TIONEM CAUSA PARTICIPATIONIS IN CRIMINE CRIMINOSO.

APPENDIX XXXII.

De excommunicatione illata in procurantes abortum effectu sequuto.

ANTIQUAM CRIMEN BREVI ORATIONE PIUS IX COERCERE CONATUS EST, DUM SANCIVIT EXCOMMUNICATIONE EPISCOSCOPIS RESERVATA MULCTANDOS ESSE ***Procurantes abortum effectu sequuto.***

DETESTABILE CRIMEN GRAVISSIMIS VERBIS POENISQUE COERCERE CONATUS INERAT XISTUS PAPA V IN CONSTITUTIONE *Ejfraenatam* LATAM DIE 29 OCTOBRIS 1588, IN QUA HOMICIDII REOS QUI IMMATUROS FOETUS INTRA MATERNA VISCERA ADHUC LATENTES IMMANITER NECANT PROCLAMAVIT. PULCHERRIMA EST EIUSMODI CONSTITUTIO, ET DIGNA QUAE REFERATUR, UT ETIAM DIFFERENTIAM INTER VETUS ET NOVUM IUS LECTORES AGNOSCANT, DEPREHENDANTQUE QUANTA DILIGENTIA ET RIGORE NEFARIUM CRIMEN ROMANI PONTIFICES COHIBUERINT.

« EFFRENATAM, INQUIT XISTUS, PER-
» DITISSIMORUM HOMINUM CONTRA
» DIVINAE LEGIS PRAECEPTUM DE NON
» OCCIDENDO PECCANDI AUDACIAM AT-
» QUE LICENTIAM, SANCTISSIMIS LEGI-
» BUS VARIISQUE CONSTITUTIONIBUS SAE-
» PIUS REPRESSAM ANIMADVERTENTES;
» COGIMUR NOS QUOQUE , IN SUPRE-
» MAE IUSTITIAE THRONO A DOMINO
» CONSTITUTI, iUSTISSIMA RATIONE SUA-
» DENTE VETERA IURA PARTIM INNO-
» VANDO, PAR*NA AMPLIANDO, EO-
» RUM ETIAM imu-STATEM, PARI
» POENA PROPOSITA, COERCERE, QUI
» IMMATUROS FOETUS INTRA MATERNA
» VISCERA ADHUC LATENTES CRUDELIS-
» SIME NECARE NON VERENTUR. QUIS
» ENIM NON DETESTETUR TAM EXE-
» CRANDUM FACINUS, PER QUOD NE-
» DUM CORPORUM, SED QUOD GRAVIUS
» EST, ETIAM ANIMARUM CERTA IACTURA
» SEQUITUR ? Q IIS NON GRAVISSIMIS
» SUPPLICIIS DAMNET ILLIUS IMPIETA-
» TEM QUI ANIMAM DEI IMAGINE
» INSIGNITAM PRO QUA REDIMENDA
» CHRISTUS DOMINUS NOSTER PRECIO-
» SUM SANGUINEM FUDIT, AETERNAE
» CAPACEM BEATITUDINIS, ET AD CON-
» SORTIUM ANGELORUM DESTINATAM ,
» A BEATA DEI VISIONE EXCLUSIT, RE-
» PARATIONEM COELESTIUM SEDIUM ,
» QUANTUM IN IPSO FUIT, IMPEDI-
» VIT, DEO SERVITIUM SUAE CREATU-
» RAE ADEMIT ? QUI LIBEROS PRIUS
» VITA PRIVAVIT, QUAM ILLI A NATURA
» PROPRIAM LUCEM ACCIPERE, AUT SE
» MATERNI CUSTODIA CORPORIS AB EFFE
» RATA SAEVITIA TEGERE POTUERINT F
» QUIS NON ABHORREAT LIBIDINOSAM
» IMPIORUM HOMINUM CRUDELITATEM
» VEL CRUDELEM LIBIDINEM, QUAE
» EO USQUE PROCESSIT UT ETIAM VE-
» NENA PROCURET AD CONCEPTOS
» FOETUS INTRA VISCERA EXTINGUENDOS
» ET FUNDENDOS, ETIAM SUAM PRO*
» LEM PRIUS INTERIRE QUAM VIVERE,
» AUT SI IAM VIVEBAT, OCCIDI ANTE-

» quam nasci nefario scelere mo-
» liendo? Qais denique non damnet
» gravissimis suppliciis illorum sce-
» lera, qui venenis, potionibus, ac
» maleficiis mulieribus sterilitatem
» inducunt,autne concipiant necpa-
» riant maleficis medicamentis impe-
» diunt? *Maleficos,* inquit Dominus
» ad *Moy sen,non patieris viver e.Ki-*
» mis enim impudenter contra Dei
» voluntatem se opponunt, qui, ut
» s. Hieronymus ait,dum natura re-
» cipit semen, receptum confovet,
» confotum corporatum in membra
» distinguit, dum inter ventris an-
» gusti as Dei manus semper ope-
» ratur, idemque corporis creator
» et animae est, impie despicit bo-
» nitatem figuli, id est, Dei , qui
» hominem plasmavit, fecit ut
» voluit; siquidem ut sanctus te-
» statur Ambrosius, non mediocre
» munus est Dei dare liberos pro-
» paga tores generis. Divinum do-
» num est foecunditas parientis, eo-
» denique tempore diro hoc flagi-
» tio privantur liberis parentes qui
» generaverant, vita filii qui ge-
» nerati sunt, matres coniugii prae-
lo mus, terra quae ab his cole-
» retur, mundus qui ab eisdem
» cognoscentur, Ecclesia quae de-
» votae numero plebis aucta gañ-
ís* deret. Unde non immerito sexta
» Synodo Constantinopolitana (an-
» no 580-681) sancitum est, ut
» personae quae dant abortionem
» cientia medicamenta, et quae
» foetus necantia venena accipiunt,
» homicidae poenis subiiciantur
» sed et veteri Concilio Ilerdensi
> (anno 5*24) cautum est, ut qui
» conceptos ex adulterio foetus ne-
» care studuerint, vel in ventribus
» matrum potionibusahquibuscolli-
» serint, si postea poenitentes ad
» Ecclesiae mansuetudinem recur-
» rant, omni tempore vitae suae
» fletibus et humilitati insistant; si
» vero clerici fuerint, officium mi-
» nistrandi eis recuperare non li-
» ceat, (1) omnesque tam ecclesia-
» sticae quam profanae leges gra-
» vibus poenis afficiunt eos qui in
« utero matris puerperium interi-
» mi, aut ne mulieres concipiant,
» sive ut conceptos foetus eiic'ant,
» nefarie machinantur.

« §. Nos igitur, post repressami
» eorum temeritatem , qui matri-
» monii iura violare, et quantum
o in ipsis est vinculum indissolu-
» bile dissolvere praesumunt, quive
» turpioribus quibusdam incestisse
» inquinare non erubescunt, hoc
» quoque malum, quantum viribus
» nobis a Domino traditis conten-
» dere possumus, nostris potissi-
» mum temporibus exterminare vo-
» lentes : omnes et quoscumque,
» tam viros quam mulieres, cuius-
» cumque status, gradus, ordinis
» ac conditionis, etiam clericos sae-
» culares, vel cuiusvis Ordinis re-
» guiares, quavis dignitate et prae-
» eminentia ecclesiastica vel munda-

(1) Sunt verba ipsius Canonis quamvis integre non relati.

» na fulgentes,qui decelero perse, » aut iniei positas personas abortus » seu foetus immaturi, tam ani- » mati, quam etiam inanimati, foi - » mati vel informis electionem pra » curaverint percussionibus, vene- » nis , medicamentis, potionibus, » oneribus, laboribusque mulieri » praegnanti impositis, ac aliis etiam » incognilis vel maxime exquisitis » rationibus, ita ut reipsa abortus » inde secutus fuerit, ac etiam prae- » gnantes ipsas mulieres, quae scien- » ter praemissa fecerint, poenas, » tam divino, quam humano iure, » tum per canonicas sanctiones et » apostolicas constitutiones quam » civilia iura adversus veros ho- » micidas, jqui homicidium volun- » tarium actu et reipsa patraverint, » propositas et inflictas (quorum » omnium tenores his nostris Ii t— » teris pro expressis et ad verbum » insertis habemus) eo ipso incur- » rere, hac nostra perpetuo valitura » constitutione statuimus et ordi- » namus, ipsasque poenas, leges » et constitutiones ad casus prae- » latos extendimus. (1).

» § 2. Eos vero qui clerici » fuerint, omni privilegio clericali, » officiis, dignitatibus et beneficiis » ecclesiasticis , quae sic vacatura » nostrae et Sedis Apostolicae dis- » positioni perpetuo reservamus, » ipso facto privamus, et in futu- » rum inhabiles ad ea suscipienda » decernimus, adeo ut illi qui hoc » delictum commiserint, non secus » atque ii qui sua voluntate homici- » dium perpetraverint, iuxta Gon- » cilii Tridentini decreta (2) etiamsi » crimen id nec ordine iudicia- » rio probatum, nec alia ratione » publicum, sed occultum, fuerit, » ad sacros ordines promoveri, aut » in susceptis ordinibus ministrare » nullo modo possint, nec illis ali- » qua ecclesiastica beneficia.'etiamsi » curam non habeant animarum , » conferri liceat, sed omni ordine » ac beneficio et officio perpetuo » careant.

» § 3. Nec non et illos qui cle- » rici non fuerint et talia perpe- » traverint, non solum poenas in- » currere supra nárralas, sed etiam » inhabiles ad ordines et alia prae- » dicta decernimus et declaramus.

» § 4. Volentes quod hi qui foro » ecclesiastico subiecti, ut praefer- » tur, deliquisse comperti fuerint, » per iudicem ecclesiasticum de- » positi et degradati, curiae et po-

(1) la eiusmodi lege ferenda primus non fuit Xistus V. Etenim in Concilio Wormatiensi sub Hadriano II, an. 868, cap. 35 sancitum fuit: Mulieres quae ante temporis plenitudinem conceptos utero ufantes voluntate excutiunt, ut homicidae procul dubio iudicandae sunt.

(2) Sess. XIV de Reform, cap. 7. « Qui sua voluntate homicidium perpetra- *1* verit, etiamsi crimen occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri » possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant ani- » marum, conferre liceat, sed omni ordine ac beneficio et officio ecclesiastico per- » petuo careat. »

» testali saeculari tradantur , quae
» de eis illud capiat supplicium ,
» quod contra laicos vere homici-
» das per divinas leges ac civilia
» iura est dispositum.

» §.5. Praeterea eisdem poen.«
» teneri omnino statuimus eos qui
» sterilitatis potiones ac venena
» mulieribus propinaverint, et quo-
» minus foetum concipiant irape-
» dimenlum praestiterint, ac ea
» facienda ei exequenda curave-
» rint, sive quocumque modo in
» his consuluerunt, ac mulieres
» ipsas quae eadem pocula sponte
» ac scientes sumpserint.

» § 6. Quocirca mandantur* uni-
» versis et singulis iudicibus ordi-
» nariis et delegatis tam ecclesia-
» sticis quam saecularibus, quibus
» contra criminumreos,etiam quoad
» causas huiusmodi, de iure vel
» ratione delicti aut personarum ,
» legitime competet iurisdictio,
» ita tamen ut praeventioni locus
» est, ut in his delictis, quae ut
» plurimum in occulto perpetran-
» tur, contra quoscumque, non so-
» lum per accusationem et decla-
» rationem , verum etiam per in-
» quisitionem ac simplicem dentis
» ciationem procedant, ac ad illa pro-
» banda testes aliasdeiure inhabiles
» eorumdem tamen iudicum arbi.
» trio, habita ratione personarum,
» causarum et qualitatum illarum
» ac circumstantiarum quarumcum-
» que, admittant, ac in eos qui cui-
» pabiles fuerint, prout per nos san
» citum est, demum animadvertant

» § 7. Insuper, ut immanissimi
» huius delicti gravitati, non solum
» temporalibus, verum etiam spi-
» ritualibus poenis prospiciamns
» ac provideamus, omnes et singu-
» los cuiuscumque status, gradus,
» Ordinis vel conditionis existentes,
» tam laicos quam clericos, saecu-
» lares, et cuiuscumque Ordinis
» Regulares, nec non mulieres sae-
» culares vel quemcumque Ordi-
» nem professos, qui vel quae, vel
» uti principales vel ut sociae con-
» sciaeve ad tale facinus commit-
» tend um opem, consilium , favo-
» rem, potionem , vel alia cuius-
» cumque generis medicamenta
» scienter dederint, ac etiam scri-
» bendo literas privatas vel apo-
» chas, vel alias verbis aut signis
» iuverint aut consuluerit, ultra
» supradictas poenas, ipso facto ex
» nunc prout ex tunc excommuni-
» ea tos declaramus.

» § 3. Decernentes «o decla-
» rantes quod per quaecumque iu-
» bilaea et indulgentias per nos et
» successores nostros , etiam anno
» iubilaei aut alio quovis tempore,
» etiam cruciatae sanctae, iubilaei
» vel quovis alio titulo concessas
» et concedendas, nec non per
» quascumque literas apostolicas
» quibusvis principibus, seu ad eo-
» rum instantiam per nos et suc-
» cessores nostros pariter concessas
» et concedendas, ac etiam vigore
» privilegiorum, Mare magnum, vel
» alias quomodolibet nuncupatorum
» quibusvis Congregationibus regu-

» LARINM AUT EPISCOPIS VIGORE GON-
» CIBI TRIDENTINI, VEL ALIAS PERNOS
» ET PRAEDECESSORES NOSTROS QUO-
» MODOCUMQUE CONCESSORUM VEL IN
» IN FUTURUM CONCEDENDORUM, OEC
> PERSONAE SIC , UT PRAEFERTUR ,
» DELINQUENTES EXCOMMUNICATAE ,
» PRAETERQUAM IN MORTIS ARTICULO
» ABSOLVI VALEANT; NEC CUM IIS CLE-
» RICIS, QUI HUIUSMODI DELICTA PER-
» PETRAVERINT.ETIAMSI EORUM CRIMEN
» OCCULTUM FUERIT, SUPER IRREGULA-
» RITATE PRAEMISSORUM OCCASIONE
» CONTRACTA, NEC PER LOCORUM OR-
» DINARIOS NEC PER ALIOS QUAVIS
» AUCTORITATE FUNGENTES, QUAM PER
» NOS ET ROMANOS PONTIFICES NOS-
» TROS SUCCESSORES, ET TUNC NONNISI
» URGENTISSIMIS DE CAUSIS DISPENSARI
» POSSIT. AC TAM ABSOLVENDI QUAM
» DISPENSANDI FACULTATEM HUIUSMODI
» ETIAM QUOAD FORUM CONSCIENTIAE
» IN CASIBUS SUPERIUS EXPRESSIS, NO-
» BIS ET SUCCESSORIBUS NOSTRIS DUM-
» TAXÂT RESERVAMUS, ETC. »

DATUM DIE 29 OCTOBRIS 1588.

RELATAM CONSTITUTIONEM QUAE XISTI V INDOLEM INGENI UNIQUE DEMONSTRAT BREVI ORATIONE CONTRAHENTES, REPERIEMUS.

1. XISTUM PAPAM ABORTI REOS UTI VEROS HOMICIDAS JUDICASSE, EISQUE APPLICASSE POENAS CONTRA HOMICIDAS VOLUNTARIOS STATUTAS.

2. INTER FOETUM ANIMATUM VEL INANIMATUM RELATE AD POENAS INCURRENDAS NIHIL DISTINXISSE.

3. LAICOS SPE PRIVASSE AD CLERICALES ORDINES ASCENSUS.

4. CLERICUS VERO TUM QUIBUSLIBET BENEFICIIS, OFFICIIS ATQUE PRIVILEGIIS PRIVASSE; TUM ILLOS INHABILES AD ILLA OBTINENDA DECREVISSE, DEMUM BRACHIO SAECULARI TRADIDISSE UT POENAS CONTRA HOMICIDAS VOLUNTARIOS LATAS SUBIRENT.

5. IISDEM POENIS TENERI UTRIUSQUE SEXUS COMPLICES QUOSLIBET,ETIAI*. ILLOS QUI AD STERILITATEM INDUCENDAM POTIONES ET MEDICAMENTA MULIERIBUS PRAEBUERINT, AC IPSAS MULIERES ILLA *sponte ac scienter* SUMENTES.

6. OMNES SIVE PRINCIPALES SIVE COMPLICES CUIUSVIS ORDINIS AUT DIGNITATIS EXCOMMUNICATIONE MULCTARI ROMANO PONTIFICI SPECIALITER RESERVATA, A QUA NEMO ABSOLVERE PROINDE POSSET NISI IN MORTIS ARTICULO, NON AUTEM OCCASIONE SIVE IUBILAEI, SIVE INDULGENTIARUM QUAMRUMLIBET CONCESSIONE.

7. ECCLESIASTICOS AUTEM PRAETER EXCOMMUNICATIONEM ETIAM IRREGULARITATEM INCURRERE, A QUA UNUS ROMANUS PONTIFEX DISPENSARE POSSET.

EIUSMODI CANONUM RIGORE PUTAVIT XISTUS V SE REFRAENARE POSSE IMMATURORUM FOETUUM ABIECTIONES» QUAE QUO FREQUENTIOR IMPUDICITIA EST, EO FREQUENTIUS CONTINGUNT. VERUM EUM FEFELLIT OPINIO. CUM ENIM SAECULO XVI LUXURIA QUODAMMODO GRASSARETUR, ATQUE ADMODUM CORRUPTI HOMINUM MORES ESSENT, FURTIVAE CONCEPTIONES MULTIPLICABANTUR, ET CUM DEDECORE MULIERES AFFICI NOLLENT, QUOD SEMPER ABORTIS CAUSAM DEDIT, FIEBAT UT CONCEPTOS FOETUS DEIICERENT, POENAS LATAS SECRETO ADHIBITO SE EVADERE POSSE SPE-

RANLES, ATQUE DE CETERO IN PECCATIS SORDESCEBANT, CUM ET ABSOLUTIO CRIMINIS DIFFICILIOR ESSET, ATQUE TIMORE NE DETEGERENTUR ABSOLUTIONEM NEQUE FORTASSE PETERENT; ECCLESIASTICI VERO QUI TANTO CRIMINE SESE FOEDAVERANT, NE OFFICIA ET BENEFICIA DESERERE COGERENTUR, UT ALIOS TIMORES PRAETERMITTAMUS, SACRILEGIA MNLTIPLICARENT. ID CUM AD AURES GREGORII XIV PERLATUM FUISSET , CONSTITUTIONEM XISTI X TERAPERANDAM ESSE STATUIT, LATA LEGE, QUAE INCIPIT *Sedes Apostolica^* SUB DIE 31 MAII 1591. IN EA PORRO MANIFESTE AFFIRMAT, EX RIGIDO REMEDIO PRAEDECESSORIS SUI EAM ANIMABUS UTILITATEM NON DERIVASSE, QUAE SPERABATUR, AUCTA IMMO CRIMINA ET PERDITIONEM « §. 2. CUM » IGITUR POSTMODUM EXPERIENTIA DO- » CUERIT, EX REMEDIO HUIUSMODI, » NON EAM QUAE SPERABATUR UTILI- » TALEM ET FRUCTUM PROVENISSE, VE- » RUM POTIUS MULTIS SATANAE MALI- » TIA AD PECCANDUM INDUCTIS, DIFFI- » CILIORI, OB SOLI SEDI APOSTOLICAE » RESERVATAM ABSOLVENDI FACULTATEM, » REDDITO AD POENITENTIAM ADITU, » EOS A NEFARIIS HUIUSMODI FLAGITIIS » PERPETRANDO NON SOLUM NON RE- » TRAXISSE, SED ETIAM PLURIMORUM, » SACRILEGORUM GRAVISSIMORUMQUE » PECCATORUM OCCASIONEM DEDISSE; » NOS PROPTEREA ANIMADVERTENTES, » GLADIUM ECCLESIASTICAE DISCIPLINAE, » PRAESERTIM QUOAD CENSURAS EI » POENAS SPIRITUALES, ITA EXERCEN- » DUM ESSE UT AD MEDICINAM TEN- » DAT, NON AD PERNICIEM ANIMA- » RUM » HINC STATUIT, UT PECCATUM ET EXCOMMUNICATIO DE CETERO NON ESSET ROMANO PONTIFICI RESERVATA, SED A QUOLIBET SACERDOTE SECULARI VEL REGULARI AD CHRISTIFIDELIUM CONFESSIONES AUDIENDAS ADPROBATO, ET AD CASUS HOS SPECIALITER ABSOLVENDOS AB EPISCOPIS DEPUTATO POSSET ABSOLVI. « CONSTITUTIONEM PRAEDI- » ETAM SIC DUXIMUS MODERANDAM, » UT A PECCATO ET EXCOMMUNICATIONE » CONIRA PERSONAS IBI EXPRESSAS LATA, » TAM QUOAD EOS QUI HACTENUS DE- » LIQUERUNT, QUAM QUOAD ILLOS QUI » POST NOSTRAM CONSTITUTIONEM IN » EISDEM CASIBUS DELIQUERINT, QUI- » LIBET PRESBYTER TAM SAECULARIS, » QUAM CUIUSVIS ORDINIS REGULARIS, » AD CHRISTIFIDELIUM CONFESSIONES » AUDIENDAS, ET AD HOS CASUS SPE- » CIALITER PER LOCI ORDINARIUM DE- » PUTATUS, PLENAM ET LIBERAM IN » FORO CONSCIENTIAE TANTUM ABSOL- » VENDI HABEAT FACULTATEM, EAM- » DEM PRORSUS QUAM IDEM XISTUS » PRAEDECESSOR SIBI AC SUIS SUCCES- » SORIBUS RESERVAVIT. »

POENAS VERO INDICTAS A XISTO IN PROCURANTES ABORTUM FOETUS INANIMATI, AUT IN EXHIBENTES MULIERIBUS^ AUT SUMENTES VENENA STERILITATIS, REDUXIT GREGORIUS XIV AD TRAMITES IURIS COMMUNIS, ET TRIDENTINI CONCILII DISPOSITIONEM, QUIN DE CETERO HABERENTUR AUT EXCOMMUNICATI, AUT VEN NOMINIS HOMICIDAE. « QUO VERO » AD POENAS PROCURANTI UM ABORTUM » FOETUS INANIMIS (1), AUT EXHIBEN- » TIUM MULIERIBUS, VEL SÜMENTIUM

ri) Haec insta sententiam scholasticoi m prolata sunt; nunc non sunt attendenda

» venena sterilitatis, aut quocüm-
» que modo auxilium vel consilium
» eis dantium, in praedicta con4i-
» tutione contentas, constitutionem
» praefatam, in ea parte ubi de bis
» agit, ad terminos iuris continu-
it nis ac sacrorum Canonum et Con-
» cibi Tridentini dispositionem ,
» auctoritate apostolica, tenore prae-
» sentium, tam quoad praeterita
» quam quoad futura, perpetua re-
» ducimus, perinde ac si eadem
» constitutio in huiusmodi parte
» numquam emanasset »

Ne vero lata a Xisto V Constitutio dubium aliquod inferret, pronunciat, eam quidem in suo robore permanere quoad reliqua omnia, non autem quoad ea quibus per Constitutionem a se latam ipse derogaverat. « Non obstantibus eadem
» praedecessoris nostri constitutio-
» ne, quam quoad reliqua omnia,
» praeter contenta in hac nostra
» Constitutione, in suo robore om-
» nino permanere volumus, cete-
» risque contrariis quibuscumque. »

Ex iis apparet, Gregorium XIV in plurimis Xisti sanctionem temperasse, atque praesertim in eo quod statuerit excommunicationem reservatam esse episcopis debere, cum ab iis tantummodo Confessariis absolvi posset qui *ad hos casus specialiter ab Episcopis essent deputati;* tum in eo quod excommunicationem, irregularitatem aliasque plenas a Xisto indictas in procurantes abortum foetus sive animati sive inanimis, ad foetus tantum animatos limitarit; (1) poenas demurr. speciales indictas a Xisto in procurantes abortum foetus inani mis ad ius commune reduxerit.

Pianum Caput cum Xisti V et Gregorii XIV Constitutionibus conferenti illico apparebit, irt nonnullis cum utrisque convenire, in aliis vero discrepare.

Et *i.* cum Pius Papa IX simpliciter edixerit *procurantes abortum* distinctionem eliminavit foetum animatum inter et inanime, ita ut nunc statuta poena pro abortu quolibet incurralur. Qua in re quamvis Pius IX ad Constitutionem Sixtinam accedat, non tamen ea ratione quod distinctionem inter foetum animatum et inanime admittat, sed eo quod crimen utcumque punire intendat.

2. Piana Constitutio cum Cregoriana Constitutione in eo concordat q%uod excommunicationem unis Episcopis reservat ; in hoc autem recedit a Xi ti V decreto.

3. Tum Xistus V, tum Gregorius XIV nedum procurantes abortum censura percusserant, sed complices omnes atque cooperatores. At Pius IX unos procurantes excommunicati in quo mitiorem prae. antecessoribus sese exhibuit.

4. An vero minorem sive seien-

(1) Utilius censentes, ubi nec de lioi-.i*«<(io, nec de animato foetu agitur poenas non imponere duriores iis , quae per sacros canones et leges profanas sunt inflictae. § 2.

tiara, sive contumaciam requirat, ut putant e commentatoribus nonnulli, suo loco videbimus.

Post haec Pianum Caput expendamus. Ut autem ordine procedamus, inquiremus.

1. Quid veniat nomine abortus?

2. Quinam excommunicatione percellantur?

3. Quaenam ad excommunicationem hanc incurrendam requirantur conditiones ?

4. An et quando licitum sit abortum procurare?

5. Quid tandem de difficillima illa quaestione, quae craniotomia vulgo dicitur?

Et quoad primum. Communis abortus definitio ab Theologis acceptata his verbis concludebatur: *Eiectio ex utero foetus immaturi;* vel (quod de cetero in idem recidit): *Praematura eiectio foetus ex utero matris.*

At aliis eiusmodi definitio nimis generalis visa est, quaeque-complectatur etiam casus, qui inter abortus recenseri non debeant, casus scilicet, in quibus ad salvandam matris et foetus vitam necessarium sit hunc ex maternis visceribus ante tempus extrahere, in quo nullum certe deprehenditur malum, imo bonum, *(i)* Peccare hinc eiusmodi definitionem contra regulas ad rite definiendum aliquid constitutas, scilicet *ne definitio sit latior definito,* et ut definitio ita uni conveniat definito, ut converti possit.

Hinc aliquibus magis arridet definitio abortus, quam, alios inter, tradit Ameno *De delictis et poenis, tit. VII,* §. *9, n. 1* scilicet *Dolosa operatio, per quam foetus vel mortuus, vel non vitalis ex utero obiicitur.*

Quid autem si abiiceretur foetus vivus, aut vitalis? Quid si foetus deprehendatur mortuus in utero matris? num ne eiusmodi abiectio dolosa esset ?

Abortus enim non tam respicit conditiones foetus eiecti , quam modum quo eiicitur, vel saltem utrumque complectitur.

Ni fallimur, eiusmodi ab Ameno tradita definitio non uni convenit definito; ideoque ad constitutas definitionum rite agendarum regulas neque ipsa exacta videtur.

Ad conciliandas hinc discrepantias quaslibet, abortum rite definiri posse censemus. *Dolosa eiectio foetus ex utero matris.* Illud enim *dolosa* excludit quaslibet alias innocentes electiones, et definitionem ad unum abortum proprie dictum coarctat.

II. Excommunicantur autem *procurantes abortum.* Procurare autem est studiose et ex industria aliquid quaerere. Ad agnoscendum agitur quinam lata excommunicatione percellantur, rite determi-

(1) Eiusmodi operatio proprie *eiectio* diei non posset, sed potius *extractio ;* atque cum nulla in ea colpa deprehendatur, non videtur sub relata abortus definitione comprehendi.

FLANDUM EST QUI *pi< onuantiwm* NOMINE IN PIANO CAPILE VENIANT. PORRO COMMENTATORUM OMNIUM CONCORS SENTENTIA EST, PIUM PAPIM IX DE IIS PROCURANTI BUS SERMONEM HABUISSE, QUOS S XL IS V §. 1 RELATAE CONSTITUTIONIS VELUTI HOMICIDAS DAMNAT. « OMNES ET QUOSCUMQUE *am* » VIROS QUAM MULIERES . . . QUI DE » CETERO PER SE , AUT INTERPOSITAS » PERSONAS ABORTUS, SEU FETUS IM» MATURI, TAM ANIMATI QUAM INA» NIMALI, FORMATI VEL INFORMIS EIE» CTIONEM PROCURAVERINT PERCUSSO» RIBUS, VENENIS, MEDICAMENTIS, » POTIONIBUS,ONERIBUS, LABORIBUSQUE » MULIERI PRAEGNANTI IMPOSITIS , AC » ALIIS ETIAM INCOGNITA, VEL MAXI» ME EXQUISITIS RATIONIBUS, IIA UT » REIPSA ABORTUS INDE SECUTUS FUERIT.

NEMO AUTEM DUBITARE POTEST QUIN SUB PRAESCRIPTO TENORE VERBORUM COMPREHENDANTUR TANTUMMODO *mandantes,* IIQUE OMNES *qui physice,* IMMEDIATE, PER SE, SUOQUE NOMINE, QUOCUMQUE DEMUM MODO, PROCURANT ABORTUM. HINC CONSULENTES ET FAVENTES EXCLUDENDI SUNT OMNINO, CUM II NON POSSINT REFERRI INTER ILLOS QUI *per se, vel interpositus personas* FETUS ELECTIONEM PROCURENT; TUM QUI IRA ET ODIO MULIEREM PRAEGNANTEM IIA PERCUSSERAT UT HAEC FOETUM ABIECERIT, TUM PHARMACOPOLAE QUI PHARMACUM SIMPLICITER PARENT; NON ENIM HI IMMEDIATAM PONUNT ACTIONEM AD ABORTUM PROCURANDUM , SED TALEM EX QUA ALII ILLUM PROCURANT. CERTUM EST AUTEM QUOD CUM CENSURA ALIQUA FERTUR IN ALIQUOS HOC VEL ILLUD FACIENTES, SI AD CONSULENTES , ADIUVANTES DISERTIS VERBIS NON EXTENDATUR , HI SUB LEGE COMPREHENDI NON intelliGUNTUR, TUM OB NATURAM LEGIS ODIOSAE, TUM QUIA REAPSE HI NON POSSUNT DICI ID FACIENTES QUOD LATA LEX SUB CENSURA PROHIBET. NON NOS EQUIDEM LATET, A PLERISQUE ETIAM MANDANTEM POST PIANAM CONSTITUTIONEM, AB EXCOMMUNICATIONE EXCLUDI; AT PROFECTO SINE ULLA , UT NOBIS VIDETUR, VERITATIS SPECIE. PRIMO ENIM PIUS PAPA IX ADHIBET IDEM VERBUM *procurantes* QUOD XISTUS V IN RELATO SUPERIUS TESTIMONIO ADHIBUIT ; AT INTER PROCURANTES IN HUIUS CONSTITUTIONE ABSOLUTE RECENSENDOS ESSE MANDANTES , OMNINO PATET TUM EX VI VERBORUM *per se, aut interpositas personas ;* T II IN QUIA XISTUS ALIOS COOPERATORES CONSTITUTIONIS DECURSU DISERTE EXPRESSIT; QUOD POSTREMUM PIUS PAPA IX PRAETERMISIT; HIC ERGO DICENDUS EST INSTAURASSE XISTI LEGEM QUOAD CITALAM PARAGRAPHUM ATQUE VERBUM *procurantes* ADHIBUISSE EO SENSU ET EXTENSIONE QUA ADHIBUERAT XISTUS. IGITUR ETIAM SUB PIANA CONSTITUTIONE MANDANTES EXCOMMUNICATIONE PERCELLUNTUR , CUM HAEC CUM VETERIBUS CANONIBUS PLENE CONCORDARE REPERIATUR, ET VITANDA SIT IURIUM PUGNA ; INSUPER NEGARI NON POSSIT MANDANTES INTER PROCURANTES ABORTUM VERE ET PROPRIE RECENSERI POSSE ET DEBERE, CUM IPSI SINT CAUSA PRINCIPALIS MORALIS ABORTUS IPSIUS, SINE QUIBUS ABORTUS SECUTUS NON FUISSET; NEMO DEMUM

UMQUAM AFFIRMAVERIT, VERBUM *procurare* INNUERE ACTIONEM PHYSICAM TANTUM; ETENIM QUI PER ALIUM FACIT PER SEIPSUM FACERE VIDETUR, UT ALIA IN RE PRAETERMITTAMUS.

DE CETERO QUAMVIS ALIQUIS E COMMENTATORIBUS(L)MANDANTEM EXCOMMUNICATIONE E-CIMAT, CETERI AUTEM ET PRAESTANTISSIMI ILLUM SUBMITTUNT (2). CONSENSUS AUTEM DOCTORUM, CUM PRAESERTIM RATIONIBUS ETIAM INTRINSECIS FULCITUR, CERTITUDINEM MORALEM INDUCIT.

SI AUTEM MANDANTES EXCOMMUNICATIONI SUBDUNTUR, NUM NE EA EXIMI POTERUNT MANDATI EXECUTORES?

CLARISSIMUS COMMENTATUR REATINUS HOS EXIMERE VIDETUR, DUM SCRIBIT NUM. 153. « NON ITEM QUI » 'LLUM (ABORTUM) CONSULIT, VEL PRO» CURANTI OPEM PRAESTAT, UT ECCE QUI » PHARMACUM PARAT ; IMO NEC QUI » IUSSU AUT MANDATO ALTERIUS FACIT, » UT MULIER ABIGAT: NAM PROCURAN» TES ACCIPERE HOC LOCO DEBEMUS, » UT IN VETERI IURE , NON EOS QUI » PRO ALIO , SED EOS QUI PER SE , » SIVE PER ALIUM CURANT, FACIUNT, » UT MULIER ABIGAT. »

HUIC VERO SENTENTIAE OBSTANT CUM COMMENTATOR PATAVINUS, TUM CLARISSIMI SCRIPTORES DE LA NOUVELLE REVUE; ILLE QUIDEM SCRIBENS N. 350. « REATINUS UNUS ARBITRATUR SUBIA» CERE CENSURAE NON EOS QUI *pro » alio* , SEU ALIENO NOMINE AGUNT, » SED SOLUM EOS QUI NOMINE PRO» PRIO ABORTUM PROCURANT HAEC » MIHI OPINIO NON PLACET. MANDA» TARIUS SIQUIDEM DUM IUSSA ALIENA » EXEQUI AC COMPLERE PARAT, NONNE » DIRECTE ET DE INDUSTRIA QUAERIT, » UT FOETUS EXTINGUATUR, ATQUE EII» CIALUR? NONNE IN TALEM FINEM » APTA ADHIBET MEDIA ? ERGO VERE » ET PROPRIE IPSE PROCURAT ABOR» TUM. ILLUD UNICUM DISCRIMEN INTEREST, QUOD IUBENS ABORTUM PRO» CURAT PER ALIUM, ET MANDATARIUS » PROCURAT PER SE, QUAMVIS NON

(1) Ex. gr. Daria *Tractus de Censuris n. 241.* quaeiit: Quid autem de eis dicendum qui mandaverunt ,. . . . abortum, sed nullam actionem adhibuerunt, nullum medium subministraverunt ? Et respondet: Non videntur numerari inter procurantes abortum, quamvis isti graviter peccent.

(2) Praecipuos nominabimus. Avanzini qui verbo *procurantes* eam concedit extensionem quam habet in Constitutione Xisti V. dicens « Quinam autem sub » nomine *procurantes* abortum veniant, colligi potest ex Constitutione Xisti V. » D'Annibali « Excommunicationem incurrunt, ut antea, et qui iubet et qui mandat abortum fieri « Scriptores Ephemeridis *La nouvelle Revue Théologique* Tom. XL pag. 324, § 22. « Ce point nous parait ttors de contestation » Commentator Patavinus in hunc locum : « Veri nominis procurator est tum qui agit per se , tum » qui aliorum ministerio utitur ; quamobrem qui iubet vel imperat abortum, » nullo titulo excusandus est e censura contrahenda. » De Varceno Theolog. moral. Tom. 2. pag. 494. « Coercetur sub hac excommunicatione. . . . . sive *n* operetur per se sive per alium, v. gr. iubendo vel mandando abortum fieri; quia » cum verbum procurantes a Constitutione nostra sit relatum ut est in Constit, » Xisti V debet hic intelligi sicut in illa. »

> pro se. Hoc tamen minime im-
» pedit, quominus qui in nomine
» alieno agit , inter procurantes
» vere ac proprie sit recense»-
» dus. »

Alii vero *Tom. Xl. pag.* 325 *n. XXV.* ita contra Reatini Commentatoris sententiam ratiocinatur: «Hi, mandatam , realiter procu-
» rant abortum; ponunt enim actum
» abortum producentem. Verba Con-
» solutionis Xisti V simpliciter exi-
» guni ut causetur abortus: *foetus*
» *electionem procuravei int.* At hi
» qui matri polionem porrigunt
» quae íoetuiii interficit, medici
» qui eum in utero matris conci-
» dunt, at extraham, nonne sunt
» abortus auctores, nonne illum
» procurant stricto sensu, quamvis
» de alterius agant mandato? Nulla
» igitur adest ratio eos ab excom-
» rami catione eximendi. »

Rationes igitur, quibus Reatini sententia excluditur ad has reducuntur. 1. quia in veteri iure excommunicatione percellebantur omnes qui essent abortus causa, seu abortum inducerent ; 2. quia mandaiarii ponunt actionem directam abortus, suntque eius causa.

Expendamus eiusmodi rationes. Et *i.* negandum non est, Xistum V eos primum excommunicasse, *qui de cetero pei se* aut *interpositus personas abortus , seu foetus immaturi . . . electionem procuraverint.* Haec autem verba referenda omnino esse ad immediate agentes, et mandantes negari non potest. Cum autem lex poenalis extendi non possit ad alios casus et personas non expressas, non lice' ad mandatarios Xisti verba applicare. 2. Tum Commentatur Patavinus num. 338, tum scriptores de la Nouvelle Revue-Tom. *Xi. pag. 315. n. IO.* affirmant, in Piana Constitutione verba *procurantes abortum* eam extensionem habere, quam habent in *i.* Xistinae Constitutionis , cuius verba recitant; at eo in loco per *abortum* procurantes indignari *-mmediate agentes nomine proprio, Dei mandantes* , sensus grammaticalis *evidentissime suadet ;* nescimus enim an alias personas possint demonstrare verba *qui per se aut per interpositus personas . . , abortus electionem procuraverint.* Hinc sequitur quod cum personae interpositae in §. cit. poenis subactae non fuerint, neque per Pianam constitutionem poenis subigendae erunt. Dicturi ne fortasse erunt, Pianam legem generice loqui , et neminem excipere, consequenter *veiba procurantes abortum* ad quaslibet personas extendi debeie, quae procurent abortum ? At si hoc dicant, falsum erit, citata verba tantos in Piana Constitutione complecti quantos in Xistina , atque in Piana latiorem significationem habere; quod tamen citati scriptores negant. Certum est autem ex grammaticali sensu verba citata ideo generalia esse, ei complecti personas quaslibet quia neminem ex iis excipiunt *qui per se*

vel per interpositus personas foetus electionem procuraverint.

3. Xisti V verba *foetus eiectio nem procuraverint,* non sunt absolute consideranda, sed relative ad antecedentia , scilicet ad eos, ad quos illa Xistus V applicat: at manifestum est illa applicare , et di cere de illis *qui per se aut per interpositus personas . . . abortus eiectionem procuraverint: Ri* autem non sunt mandatarii.

4. Textu allegato Xistas V praeter eos qui per se aut per interposi tas personas abortum procurant, homicidii veri damnat mulieres piaegnantes, *ac etiam praegnantes ipsas mulieres quae scienter praemissa fuerint,* aliosque omnes praetermittit: cum igitur legislator personarum classem poenis subiiciendam recensuerit, non licet eius verba ad alios extendere, quae sub recensitis classibus non comprehenduntur.

5. Neque quis dicat, postea Xistum V omnes recensere qui quomodocumque ad abortum procurandum concurrerint. Id enim verum esse dicimus, at nullimode Reatini sententiam inde impugnari posse. Etenim §. 5. Xistus veris homicidis accenset etiam eos *qui sterilitatis potiones ac venena mulieribus propinaverint, et quominus, foetum concipiant , impedimentum praestiterint.* At hi neque numerari possunt inter procurantes abortum, cum e contra sterilitatem procurent, neque illos inter qui §, *i.* recensentur. Qua de causa Pius Papa IX de his loqui non potuit. At §. 7 Xistus excommunicatione *fer it omnes ei singulos cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existentes . . . qui vel quae,* vel uti *principales, vel uti sociae consciaeve ad tale facinus committendum, opem, consilium, favorem, potionem, vel alia cuiuscumque generis medicamenta scienter di devint, ac eliam* etc. Quo loco nedum principales agentes, sed eliam complices et fautores quoslibet Xistus V excommunicationi subdit.

Quid ergo dicemus? Hos ne quoque Pius Papa IX comprehendit verbis *procurantes abortum f* Ergo falsum est quod affirmant contrariae sententiae patroni, fautores scilicet, consulentes etc. excludi ab Piani excommunicatione; sub ea enim nedum complices sed etiam criminis conscii comprehenderentur. Si autem Pius Papa IX hos omnes quos recenset in cit. loc. Xistus, inter procurantes non comprehendit, edicant adversarii Reatiriae sententiae quosnam comprehenderit, quosnam exciderit. At ipsi affirmant, Pium IX comprehendisse eos tantum quos Xistus recenset §. i; illi autem sunt qui per se , sive per interposi tas personas abortum procurant, *AU¡* le ipsae mulieres praegnantes; quo igitur ratiocinio Realini sententiam evertere possunt? quo iure falsam proclamant? Solius enim illam confirmant.

6. Manifestum est autem ex Con-

itilutione Gregorii XIV nihil contra Reatini sententiam exlundi posse, cum poenas tantummodo limitet, nihil autem novi de personis poenis subigendis decernat.

At secundo loco, affirmant adversarii , mandatarios esse procu*rantibus abortum* accensendus, ideoque excommunicatos et in Pii IX constitutione habendos, quia ponunt actionem directam abortus, suntque eius causa. Optime. Sed eiusmodi difficultas extra quaestionem vagatur, neque ab adversariis afferri potest aut debet Quaestio enim in eo versatur; quinam scilicet sint, quos inter procurantes abortum Pius Papa IX concludit. Cum autem ip-;i affirment illos esse quos Xistus recenset §. 1 suae constitutionis, ii autem evidentissime sint principales agentes et mandantes, hoc ipso affirment necesse est, vel ad illos tantum Piana verba esse applicanda, consequenter mandatarios excludendos; aut si negaverint, retractent alia oportet quae scripserunt ut complices quosdam abortus ab excommunicatione excludant, extendant scilicet etiam ad hos Pianae Constitutionis verba. Paucis : vel *Procurantes abortum,* de quibus Pius IX, sunt ii tantum, quos Xistus V recenset §. *i.* suae Constitutionis, quod de cetero Reatinae sententiae adversarii concedunt; et ad alios Piana verba extendenda non sunt: vel sunt etiam alii ; et hoc in casu *i.* Pianum Caput relationem non habet ad §. i Constitutionis Xistinae tantum. 2. Adversarii retractare ea debent quae de eiusmodi relatione concesserunt. 3. Edicere et evidenti argumento probare quaenam personae sub nomine *procurantes abortum* in Piano Capite comprehendentur. Nisi haec antea perficiant, stabit Reatini Commentatoris sententia.

7. Tandem ex iis quae exposuimus negari non posse arbitramur, Reatini sententiam gravibus niti argumentis, quae veram et proprie dictam probabilitatem constituant, eiusmodi insuper esse naturae ut dubium de legis existentia in re inducant, non esse hinc de excommunicatione damnandos mandatarios saltem usque dum per authenticam declarationem contrarium non constet.

Non minoribus autem difficultatibus implicata illa quaestio reperitur , qua doctores quaerunt : utrum inter procurantes abortum mulier praegnans sit recensenda, ideoque excommunicationi Pianae subicienda. Atque tum in veteri tum in novo iure Doctores discordias agunt.

In veteri quidem iure Bonacina *De excomm. in part. Quaest, il. Punct. IX n. 13.*, cui et alii subscripserant,affirmabat mulieres praegnantes quae abortum procurassent excommunicationi subiectas fuisse, quia textus loquitur non solum de cooperantibus , verum etiam , de iis quae vel ut principales, vel ut sociae, consciaeve ad tale cri-

men committendum opem, consilium , favorem etc. contulerint: legem autem manifestam esse: *JC etiam praegnantes ipsas muliere*, quae scienter praemissa, fecerint* Non esse autem excipiendum quod in hac §. 1 Xistus abo» t um procuranüb'is poenas tantum homicidii imponat, non autem excommunicationem; banc enim imponit 7 qua omnes complectitur *qui vel quae, vel uti principales, vel uti sociae,* abortum procurent.

Addendum, mulieres praegnantes plerumque abortus caus nn principalem esse, cum si ipsae nollent, ille procuran nullo modo posset, nisi ignorantia supposita. Quo ergo iure ab Xisti excommunicatione eximentur, cum ipse 'ensura principales plectat ?

At alii, quos inter Cardinalis de Lugo et S. Alphonsus de Ligorio, allatas rationes posthabenies, praegnantes mulieres ab excommunicatione eximebant; primo quidem quia Xistus V dum S. 1, et 5 de muliere praegnante loquitur, non excommunicationi, sed poenis tantummodo temporalibus eam submittit; dum vero §. 7 procurantes abortum excommunicationi subdit, ita loquitur ut praegnantes mulieres comprehendi non videantur; excommunicat enim omnes, *qui vel quae uti principales vel ut sociat consciaevae ad tale facinus commit tendum opem, consilium, favorem, potionem, vel alia cuiuscumque generis medicamento scienter dederint.*

Excommunicantur igitur qui abortui committendo vel ut principales , vel ut cooperatores *dant opem;* atqui hos inter mulier praegnans reponi non potest, cum non sit ipsa (jiiae dat sibi opem , consilium, medicamenta etc. Sed neque inter illas, cum ut ex textu patet. Xistus de tertiis personis loquatur qui in abortus crimine committendo principalem dent operam. §. igilur 7 Xistinae Constitutionis mulieres praegnantes comprehendi sub excommunicatione non yidenlur. Qua insuper de causa dum §. 1 et 5 Xistus mulieres praegnantes recenset, §. 7, qua eas omnino recensere debuisset, ut certe excommunicatae haberi possent, praetermittit, dum complices c'^os diserte exprimit ?

Utique dicturi erunt , Xislum ea in paragrapho ve! omnes comprehendisse, quos superius recensuerai, vel matrem inter principales annumerare voluisse: verum praeterquam quod in lege odiosa versemur, in qua solemne est effatum dum de poenis imponendis agitur: *Legislator quod voluit expressit, quod non expiessit noluisse censendus ast;* quod primo loco affirmant adversarii probatione indiget; nos e contra non intelligimus qua de causa Xistus superioribus paragraphis mulieres praegnantes expresserit, paragrapho autem 7, nedum eas non expresserit, sed talibus sit usus verbis, quibus illae excludantur; etenim inter cooperantes num-

quam numerari poterunt, cum de his prorsus dicat Legislator *qui vel quae opem, consilium, favorem* ac. scienter dederint; at mulieres praegnantes in casu *opem acciperent, non darent,* medicamenta *sumerent,* non *porrigerent.* Sed neque inter principales, cum hi sint personae a praegnantibus mulieribus diversae ut ex textu patere paulo superius animadvertimus. Caeteris demum praetermissis, non negabunt adversarii dubiam admodum rem esse, an Xistus inter principales mulieres praegnantes recensere voluerit, atque recensuerit; at ex lege dubia neque obligationem oriri neque poenam incurri ipsi optime noverunt.

Exinde vero ruit *U* alterum argumentum, quo statuebatur mulieres praegnantes uti causas principales abortus esse habendas, ideoque et in veteri iure excommunicationi subigendas; primum enim lex poenalis non potest extendi de casu in casum neque ob identitatem rationis; deinde, non principales quilibet, sed illi prorsus qui uti principales in lege recensentur sunt poenis obnoxii ; at potest ne dici Xistus inter principales abortus auctores mulieres praegnantes annumerasse? nisi grammaticalem verborum sensum pervertere velimus, id affirmari non potest. Ergo quamvis mater, seu mulier praegnans, sit causa principalis abortus, cum inter principales, de quibus Xistus loquitur, comprehendi non possit, numquam excommunicationi erit Mbiicienda.

Dubium est iuridice an comprehendatur? *Lex dubia non obligat:* dubium est de facto ? *In dubio favendum est reo.* In antiquo igitur iure mulier praegnans abortum utcumque procurans non poterat excommunicationi subiici, eoquod , ut parum dicamus, opinio graviter probabilis ab excommunicaiione eam eximebat.

Quid autem in novo iure? quid post Pianam Constitutionem? Commentatores non pauci , quos inter noster Avanzini, excommunicationi mulierem praegnantem submittunt, si abortum procuret. Hisce .*M vero nituntur argumentis:

1. Quia lex generalis est, et cum non distinguat, nec nos distinguere debemus.

2. Quia aperta legislatoris voluntas est, abortum impedire; quo igitur pacto supponi potest voluissse matres ab excommunicatione eximere , quae plerumque aut sunt, aut certe esse possunt abortus causae principales ?

3. Quia cum in Piano capite non comprehendantur faventes, consulentes, si ipsae mulieres praegnantes excludantur, lex impune violari poterit. Possent enim principales suadere mulieri ut specialibus mediis abortum procuret, atque ita omnes excommunicationem effugerent, et legem inutilem redderent,

4. Praetermittimus argumentum

QUOD DESUMIMI EX VETERI IURE, IN QUO CERTUM ESSE PROPUGNANT MULIERES PRAEGNANTES FUISSE EXCOMMUNICATIONI OBNOXIAS. EX IIS ENIM QUAE SUPERIUS DISSERUIMUS COGNOSCITUR QUANTI VALEAT.

VERUM EIUSMODI ARGUMENTA ALIOS COMMENTATORES NON COMMOVERE, ET CONTRARIAM SENTENTIAM, QUA STATUITUR, MULIEIEM PRAEGNANTEM SUB PIANA EXCOMMUNICATIONE NON COMPREHENDI PROPUGNARUNT : HI VERO SUNT CRETONI ADNOTAT, AD *Gury Tom. II. pag. 618,* BALLERINI AD GURY *Tom. II.pag, 1004,* VECCHIOTTI *Institutiones Canonicae Tom. II, pag. 303,* DEL VECCHIO *in Theol. Mor., Scavini Tom. 1. pag. 719,* SERI PLORES EPHEMERIDUM VULGO *Nouvelle Revue Theologique Tom. XI, pag. 320,* NMZATII *Theologia moralis Tom. I. n. 401,* ALIIQUE. HORUM AUTEM SENTENTIAM VERIOREM ESSE CENSEMUS, ET IN PRAXI OMNINO TENENDAM, SALTEM IISQUE DUM ALIQUA AUTHENTICA DECLARATIO NON PRODIERIT. ET PRIMO; ADVERSAE SENTENTIAE PATRONI PROPUGNANT, VERBA *procurantes abortum,* QUAE HABENTUR IN PIANO CAPITE, EAMDEM SIGNIFICATIONEM HABERE AC VERBA *qui foetus electionem . . procuraverint Xistinae* CONSTITUTIONIS §. 1. ATQUI CERTUM EST IN VERBIS XISTINAE CONSTITUTIONIS NON COMPREHENDI MULIERES PRAEGNANTES, TUM OB SENSUM GRAMMATICALEM, TUM QUIA HAS INFERIUS DISERTE XISTUS RECENSET VERBIS « *ac etiam praegnantes ipsas mulieres, quae scienter praemissa fecerint.* » ERGO ADVERSARII VEL NEGENT OPORTET QUOD CONCEDUNT, VEL SIN MINUS EVIDENS EST, MULIERES PRAEGNANTES INER PROCURANTES ABORTUM NON COMPREHENDI, CONSEQUENTER NEQUE POST PLANAM CONSLITUTIONEM CENSURA FERIRI.

2. EX IIS QUAE SUPERIUS DISPUTAVIMUS , DUBIUM ERAT, UT MODESTIORES SIMUS, TUM OB RATIONES INTRÍNSECAS* LUM OB DOCTORUM AUCTORITATEM, AN IN VETERI IURE MULIERES PRAEGNANTES EXCPMMUNICATIONE PLECTERENTUR. AT CERTUM UNDEQUAQUE EST, PIUM PAPAM IX CONSTITUTIONE SUA CENSURAS LIMITASSE; NON POSSUMUS HINC, PRAEVIO ET EXPRESSO EIUSMODI PONTIFICIS FINE, MULIERES PRAEGNANTES EXCOMMUNICATAS HABERE.

3. EO VEL MAGIS QUOD OB NATURAM LEGIS POENALIS ODIA SINT RESTRINGENDA.

4. QUAMVIS AUTEM NONNULLI COMMENTATORES MATRES EXCOMMUNICATIONI SUBMILLANT, ALII AUTEM NEQUE PAUCI, NEQUE INFERIORIS AUCTORI LATIS EAS SUBDUCUNI. HABEMUS HINC PROOABILITATEM EXTRINSECAM OB DOCTORUM PLURALITATEM, HABEMUS ILLINC PROBABILITATEM INTRINSECAM OB ALLATAS RATIONES, HABEMUS DEMUM CERTITUDINEM OB EA QUAE ADVERSARII CONCEDUNT; ERGO NON VIDEMUS QUANAM DE CAUSA MULIERES PRAEGNANTES PIANI CAPITIS DEBEANT EXCOMMUNICATIONI SUBMITTI (1).

(i) Clarissimus atque doctissimum Ci oirnentator Reatinus in edit. anni 1873, n. 19 scripserat: Procurantem accipimui , excepta matre (quam adhuc excusari

NEQUE ADVERSARIORUM ARGUMENTA TANII VALENT QUANTI PRIMO INTUITU VIDENTUR. PRIMUM ENIM, QUOD LEX GENERALIS SIT ET NIHIL DISTINGUAT, NON DEBENT ADVERSARII PROFERRE, QUI VERBUM *procurantes* PIANI CA-PITIS COARCTANT AD SENSUM VERBI *procuraverint* XISTINAE CONSTITUTIO-NIS; CUM AUTEM IN HOC MULIERES PRAE-GNANTES NON COMPREHENDANTUR; ERGO NEQUE IN ILLO: DISTIN*TIONEM IGITUR IPSI ADVERSARII ADMITTUNT ET PRO-PUGNANT. DE CETERO UTIQUE CUM LEX NON DISTINGUIT, DISTINGUENDUM NO*N EST; AT DISTINGUI DEBET SI LEX IPSA DISTINCTIONEM INNUAT, SUADEATQUE.

> SOLIDA HINC NULLO MODO VIDETUR RATIOCINATIO COMMENTATORIS PATAVINI QUI AD INDUCENDAM IN PRAEGNANTEM MULIEREM EXCOMMUNICATIONEM ANA-LYSIM INSTITUIT IN VERBUM *piocurare,* ATQUE SCRIBIT: « POTEST ALIQUIS ABOR-ri TUM PROCURARE *in se et in alio;* » NEMPE MATER IPSA FOETUM EX SESE » ANTE TEMPUS ABIGERE POTEST; ALII » VERO EFFICERE POSSUNT, UT MATER » CONCEPTUM FOETUM EIICIAT. UTRAQUE RATIO CRIMINIS PERPETRANDI VERE » AC PROPRIE PROCURATIONEM ABOR- » TUS IMPORTAT; UTRAQUE PROINDE STA- >> TULA EXCOMMUNICATIONE PLECTENDA ;> EST; NEMINI ENIM FAS EST DISLIN- » GUÈRE, UBI LEX NON DISTINGUIT - » NEQUE DISTINCTIONI ULLUM LOCUM » RELINQUIT. » SOLIDA, INQUAM EIUS-MODI RATIOCINATIO NON VIDETUR, ET INSUPER DIFFORMIS A PRINCIPIIS AB CL. AUCTORE POSITIS REPERITUR. ETENIM CUM IPSE STATUERIT PROCURANTES IN PIANO CAPITE EOSDEM ESSE AC ILLOS, DE QUIBUS XISTUS V LOQUITUR §. 1. SUAE CONSTITUTIONIS, AD EUNDEM SEN-SUM DEBUERAT COARCTARE PIANUM VER-BUM; PORRO, UT DIXIMUS, IN VERBO *procuraverint* XISTINAE CONSTITUTIO-NIS, NON INCLUDUNTUR MULIERES PRAE-GNANTES ; NON POLERAT IGITUR PATA-VINUS COMMENTATUR VERBUM *pro-curantes* PIANI CAPITIS DISTINGUERE ET APPLICARE ETIAM AD ILLAS. EIUS-MODI INSUPER DISTINCTIO INDOLI LEGIS ODIOSAE .ADVERSATUR ÇNAE STRICTO SENSU EST INTERPRETANDA; EO VEL MA-GIS ET QUOD IN ANTIQUO IURE DISCE-PTARETUR, AN MULIERES PRAEGNANTES INTER PROCURANTES ABORTUM ESSENT ANNUMERANDAE, ET NEGANDUM OPINIO ESSET PROBABILIOR, ET PIUS PAPA IX CUM QUAESTIONEM NOSSET, NE VER-BUM QUIDEM ADDIDIT, UT ETIAM PRAE-GNANTES MULIERES SUB LATA A SE LEGE COMPREHENDI INTELLIGERENTUR.

SECUNDUM ARGUMENTUM PETITUM AB MANIFESTA LEGISLATORIS VOLUNTATE IMPEDIENDI ABORTUM ADVERSARII PRAE-TERMITTERE PARITER DEBERENT. SI ENIM

puto ob metum infamiae, vel alterius g)avis mali). At in *edit. an. 1880. u* Qnae-" stio elegans est, scribit, at mater huic excommunicationi eximatur ut antea, •i Multi affirmant; alii negant, quia lex non distinguit, et recte: nempe excepta » gravioris timoris causa. » Cum tantus vir n. 153 scripserit *procurantes vero heic accipere convenit prout illic, id ast* §. *1 Xistinae institutionis,* non in-telligimus qua ratione ductus a prima sententia recesserit ; praesertim quod affirmet in veteri iure matrem huic excommunicationi exemptam fuisse.

haec Legislatoris voluntas fuit, 1. quomodo affirmare possunt verbum procurantes in Piano Capite eumdem sensum habere at: in §. i Xistinae Constitutionis? quandoquidem in hac innuit tantum principales agentes et mandantes ; *qui per ¿e aut interpositus personas . . . . foetus eiectionem procuraverint.* At hoc supposito, voluntas absoluta Legislatoris impediendi abortum, ad hos tantum restringi debet. 2. Et quidem iure meritoque; cum enim de voluntate Legislatoris complectendi etiam mulieres praegnantes sub relatis verbis aperte non constet, si etiam ad has illa extendamos, peccamus in iuridica effata: *odia sunt restringenda: in poenalibus quod minimum sequendum: inpoenalibus benignior fit interpretatio.* 3. Si eiusmodi voluntatem Legislatoris absolute, et sine ulla limitatione admittamus, nonne nimis probaret? comprehendisse scilicet sub lege quoslibet, qui quomodolibet, favorem, consilium , opem praestando , ad abortum conferrent. Aliquando enim plus mali infert pessimus consiliarius , quam alius quilibet. Unde vero , supposita eiusmodi absoluta et illimitata legislatoris voluntate abortus impediendi, dignoscant adversarii hos sub Piano Capite non comprehendi?Quandoquidem eliam ipsi consilio, favore, ei certe ope abortum procurant. Utique dicturi erunt, a legislatore intellectus inter *procul antes* illos tantummodo fuisse qui curam et operam dant sive ner se, sive per alium ut abortus fiat"; Ergo non ex voluntate legislatoris, sed ex sensu verborum, quibus concepta lex est, quaestio est dirimenda; ergo cum sub verbo *Procurantes* Piani Capitis mulieres praegnantes comprehendi non possint, eo quod eamdem extensionem habeat ac *verbum procuraverint* Xistinae Constitutionis, ut adversarii ultro concedunt, in quo mulieres praegnantes nullo modo comprehenduntur ; ex ipsa adversariorum concessione inferimus, mulieres praegnantes non esse sub Piano Capite comprehendendas, quamvis legislatoris voluntas fuerit abortus impedire.

Neque rationes desunt, quare legislator potuerit et fortasse debuerit eas excommunicatione eximere. Mulieres enim numquam abortum procurant nisi timoris alicuius gravis causa; at timor gravis ab excommunicatione excusai: quoad has igitur Legislator inutilem excommunicationem tulisset. Legislatores autem non supponuntur inutilia decreta sancire et promulgare.

Tertia ratio solidior non apparet, cum innitatur maiori latae legis extensioni, seu comprehensioni illorum qui poenis affici deberent. In primis debent in poenalibus illi tantummodo comprehendi qui sub verbis latae legis comprehendi intelliguntur ; neque ex quo minor sit legis in dato casu extensio, potest quis illam ad alios extendere. Etenim legi-; poenalis finis non

ABSOLUTO spei TANRLUS EST, SED RELATIVE AD VERBA QUIBUS LEX EXPRIMITUR; SIN MINUS LEGES POENALES ESSENT, CONTRA NOTISSIMA IURIS EFFATA, EXTENDENDAE DE CASU IN CASUM OB RATIONIS SIMILITUDINEM, VEL PARITATEM. DEINDE, QUAMVIS LATIS POENIS IT: CASU EXCLUDANTUR TUM MATRES, TUM MANDATARII, TUM COMPLICES SECUNDARII, NON SEQUITUR LEGEM INUTILEM EVAUERE: ETENIM MANDANTES ET PRINCIPALES AGENTES SEMPER COMPREHEMDERENTUR. UTIQUE HI POSSENT SUADERE MULIERI UT PHARMACA SUMAT, VEL UT ALIA MEDIA OPPORTUNA ADHIBEAT AD FOETUM ABIGENDUM: VERUM QUID INDE? ET PRUDENS ILLE EST QUI MODUM NOVIT TRANSGREDIENDAE LEGIS, QUIN EIUS POENAS INCURRAT ; ET LEX SEMPER ALIQUO PACTO SERVATUR, CUM TRANSGRESSORES ILLAM APERTE TRANSGREDI TIMEANT; IN CASU EX. GR. NEQUE MANDENT ABORTUM, NEQUE ILLUM DIRECTE PROCURENT; QUOD FACTURI FUISSENT, SI LATA LEGE DETERRITI NON FUISSENT. HINC ETIAM MELIUS ABORLIVORUM SALUTI CONSULTUM REPERIMUS, ETENIM CUM. MATRES ITA OBLIVISCI NON POSSINT INFANTEM SUUM, UT NON MISEREANTUR FILIO UTERI SUI, EORUM SALUTEM VEL TEMPORALEM, SI POSSIBILE EST, SINE PROPRIO DEDECORE VEL SALTEM SPIRITUALEM CURABUNT. HOMINE? E CONTRA TANTA MISERICORDIA NON DUCUNTUR. INUTILIS ULTERIUS LEX NON REDDERETUR RELATE AD OMNES ALIOS QUOS CERTE AFFICERET. NOSTRIS ENIM TEMPORIBUS, MEDICORUM ET OBSLETRICUM PRAESERTIM OPERA ABORTUS PROCURANTUR; QUI CUM DIRECTE AGANT ET LIBERRIME , LATA EXCOMMUNICATIONE CERTE AFFICIUNTUR, SICUT ET OMNES ALII QUI EADEM IN IISDEM CONDITIONIBUS PERFICERENT. LEX HINC INUTILIS NON REDDITUR, QUAMVH MATRES EXCOMMUNICATIONE EXCLUDANTUR. DEMUM, QUOD IAM ADNOTAVIMUS, NON LICET POENALEM LEGEM EXTENDERE, QUOD HIC CASUS VEL ILLE SUB EA NON COMPREHENDATUR.

EXINDE IURE INFERRE CENSEMUS, NON POSSE MULIEREM PRAEGNANIEM EXCOMMUNICATIONI SUBIICI, NISI SALTEM DECLARATIO ALIQUA LEGISLATORIS ACCEDAT. RATIONES ENIM QUAE EAM EXCOMMUNICATIONE EXIMUNT VALIDISSIMAE SUNT, QUAEQUE CONTRARIORUM ARGUMENTA, SALTEM UT NOBIS VIDETUR, ELIDUNT.

III. EXPENDAMUS POST HAE. CONDITIONES NECESSARIAS AD EIUSMODI EXCOMMUNICATIONEM INCURRENDAM.

ATQUE UNICA QUIDEM EST, SCILICET UT ABORTUS REAPSE SECUTUS FUERIT: *effectu sequuto.* QUA DE CAUSA EXCOMMUNICATIONE DAMNANDUS NON EST QUI QUAMVIS MEDICAMENTA, POTIONES, ALIAQUE AFFICACISSIMA REMEDIA AD ABORTUM INDUCENDUM ADHIBUERIT, TAMEN ABORTUS SECUTUS NON EST; DEEST ENIM CONDITIO A LEGISLATORE POSITA AD INCURRENDAM EXCOMMUNICATIONEM.

QUONIAM AUTEM ABORTUS PROSCLERE DEBET EX CAUSIS, QUAE POSITAE SUNT AD ILLUM INDUCENDUM; PROCURARE ENIM , UT DIXIMUS, EST ALIQUID EX INDUSTRIA QUAERERE AUT VELLE; SEQUITUR HINC, QUOD SI ABORTUS EX ALIIS CAUSIS SEQUATUR, EXCOMMU-

NICATIO NON MCURRATUR, CUM NON SII SECUTUS EX PROCURATIONE ADHIBITA AD ILLUM INDUCENDUM ; EX. GR. SI MULIER POST ACCEPTA ET ADHIBITA REMEDIA, QUAE ABORTUM CERTE PRODUCTUM FUISSENT, PROMAT, VEL MORBO ALIQUO AFFICIATUR ETC., EX QUO ABORTUS SEQUATUR.

ID AUTEM TENENDUM EST ETIAM IN DUBIO AN ABORTUS EX ADHIBITI?, REMEDIIS SEQUUTUS FUERIT, LUM QUIA ECCLESIA NON INTENDIT INFLIGERE EXCOMMUNICATIONEM PRO CASIBUS DUBIIS; TUM QUIA IN DUBIO FAVENDUM EST REO, TUM QUIA IN DUBIO GRAVIS RATIO ADEST AD EXIMENDUM REUM AB EXCOMMUNICATIONE. HAEC EST DE CETERO COMMENTATORUM OMNIUM SENTENTIA. HINC SI QUI ABORTUM SIVE PER SE, SIVE PER INTERPOSITIS PERSONAS PROCURAVERIT, EI CERTUS MORALI CERTITUDINE NON EST, ILLUM EX PRAESTITIS REMEDIIS VEL CAUSIS DERIVASSE , NON EST DE EXCOMMUNICATIONE DAMNANDUS.

SEQUIMUR PARITER EX QUO PRO CURARE SIT ALIQUID EX INDUSTRIA QUAERERE ET VELLE, ABORTUM DEBERE ESSE DIRECTE VOLUNTARIUM , ET IMMEDIATUM VOLUNTATIS OBIECTUM, QUEM SCILICET QUIS INTENDAT IN SE, QUAMVIS EX CAUSIS POSITIS NON ILLICO ET IMMEDIATE SEQUI PRAEVIDEATUR, SED POST ALIQUEM TEMPORIS TRACTUM. SI QUIS, EX. GR. MULIERI PRAEGNANTI QUOTIDIE NON ITA GRAVIA ONERA IM« PONAT, UT ABORTUM ILLICO PRODUCANT, ATTAMEN CERTO PRODUCTURA SINT POST MENSEM. HIC ENIM VERE, PROPRIE, ET DIRECTE ALIQUID EX INDUSTRIA VULT ET QUAERIT. NON INCURRITUR CONSEQUENTER EXCOMMUNICATIO SI ABORTUS SIT TANTUM VOLUNTARIUS IN CAUSA, QUIA VOLUTARIUM IN CAUSA IN SE non INTENDITUR, SED ID IN SE INTENDITUR EX QUO EFFECTUS SEQUITUR; EX. GR. QUI VINUM BIBIT, EX QUO EBRIETATEM SEQUUTURAM PRAEVIDET, PRIMO ET DIRECTE non EBRIETATEM , SED VINUM VULT: QUA DE CAUSA QUI VELLET ABORTUM IN CAUSA , IPSUM ABORTUM EX INDUSTRIA NEQUE QUAERERET, NEQUE VELLET; EXCOMMUNICATIONI HINC non ESSET SUBIICIENDUS ILLE QUI EX IRA ET ODIO MULIEREM PRAEGNANTEM GRAVITER PERCULIT, EX QUA PERCUSSIONE ABORTUS SEQUATUR.

ETIAM HOC IN CAPITE COMMENTATORES CONCORDES REPERIUNTUR.

NEMO VERO ALIQUID EX INDUSTRIA QUAERERE ANT VELLE POTEST SINE cognitione, NEMO EXCOMMUNICATIONEM INCURRERE CUM IGNORANTIA LEGIS QUAE ABORTUM SUB EXCOMMUNICATIONIS POENA PROHIBET. CENSURA ENIM QUAELIBET SINE CONTUMACIA non INCURRITUR, SED CONTUMACIA SINE EXCOMMUNICATIONIS COGNITIONE NEQUE CONCIPITUR, *non enim contemnit qui ignorat.* Hinc PROCURANTES ABORTUM AD INCURRENDAM EIUSMODI EXCOMMUNICATIONEM DEBENT NECESSARIO SCIRE , ABORTUS PROCURATIONEM PROHIBITAM ESSE SUB EXCOMMUNICATIONIS POENA. SI IGITUR NESCIANT, EXCOMMUNICATIONEM non INCURRUNT.

DE VARCENO ATQUE COMMENTATUR PATAVINUS AFFIRMARE VIDENTUR , IN ANTIQUO IURE MULCTALOS CENSURA FUISSE EOS QUI SCIENTER' PROCURASSENT

ABORTUM: « QUAMVIS SUMMUS PONTI- » FEX, INQUIT ILLE, *Theol. mor. Tom.2,* » *p. 495* IN HOC ARTICULO NON EXPRES- » SERIT VERBUM *scienter,* NIHILOMI- » NUS CUM PER HANC CONSTITUTIONEM » LIMITAVERIT CENSURAS QUOAD NUME- » RUM ET EARUM EXTENSIONEM . RA- » LIONABILITER PUTAMUS VOLUISSE, UT » VERBUM PROCURANTES DEBERET IN- » LELLIGI *scienter,* SICUT IN DICTA XI- » STI V CONSTITUTIONE.

ALIUS VERO *pag.* 250, FC. *337:* « CUM XISTUS V, TUM GREGORIUS » CENSURAM ADIXERANT IN EOS, QUI » *scienter* PROCURABANT ABORTUM. » ERGO AD CONTRAHENDUM NUNC CEN- » SURAM SATIS ERIT CONTUMACIA MINOR, » NEC ITA FACILE IN IGNORANTIA AUT » METU, TITULUS QUI AB EA INCUR- » RENDA EXCUSET, REPERIRI POSTHAC » POTERIT. »

NI FALLIMUR EIUSMODI SENTENTIA ADMITTENDA NON EST. XISTUS V ENIM ADVERBIUM *scienter* IN §. I. NON DE PROCURANTIBUS DIXIT SED DE MU- LIERIBUS PRAEGNANTIBUS : *ac etiam praegnantes ipsas mulieres, quae scienter praemissa fecerint;* DE PRO- CURANTIBUS VERO SIMPLICITER EDIXERAT: *omnes et quoscumque, qui per se aut interpositus personas abortus... eiectionem procuraverint;* NEC ULLA GRAMMATICALIS SENSUS RATIO EXIGIT, UT ADVERBIUM *scienter* AD PROCU- RANTES REFERATUR ; IMO RATIO INTER- CEDIT, QUARE AD UNAS PRAEGNANTES MULIERES SIT LIMILANDUM; HIS ENIM POSSUNT VENENA, PHARMACA, POTIONE? PORRIGI ALIO QUAM ABORTUS PRAETE- XTU ; QUO IN CASU NULLAM OMNINO POSSUNT EXCOMMUNICATIONEM INCUR- RERE: PROCURANTIBUS VERO , CUM EX INDUSTRIA ET VOLUNTATE FACIANT, ABSO- LUTA MALITIA TRIBUENDA EST, HINC NULLO MODO EIS IGNORANTIA TRIBUI POTEST ; ATQUE INSIPIENTISSIME XISTUS EIS AP- PHCASSET ADVERBIUM *scienter.*

NEQUE DIFFICULTATEM FACESSIT PA- RAPRAPHUS SEPTIMA , IN QUA XISTUS EXCOMMUNICATIONE FERI T *omnes et singulos . . . qui vel quae , vel uti principales, vel ut sociae con- sciaeve ad tale facinus committen- dum opem, consilium, favorem, po- tionem* ETC. SCIENTER *dederint.* ETE- NIM ADVERBIUM *scienter* NUMQUAM AD PRINCIPALES REFERENDUM EST, SED AD ALIOS COMPLICES, QUI AD FACINUS COM- MITTENDUM DANT OPEM , CONSILIUM ETC. QUAE DE PRINCIPALIBUS AGENTI- BUS DICI NEQUEUNT. COMPLICES VERO, CUM PROCURANTES NON SINT, PROUT HOC VERBUM A XISTO SUMITUR IN §. 1, EXCOMMUNICATIONE SUNT EXIMENDI, ET EXIMUNTUR, SALTEM NONNULLI, AB ILLIS IPSIS, QUORUM SENTENTIAM RE- SPUIMUS; QUIN IMO OMNES PRORSUS EXIMUNTUR, CUM IN PIANA CONSTI- TUTIONE VERBUM *procurantes* SUMANT EO SENSU QUO IN CITATA PRIMA CON- STITUTIONIS XISTINAE PARAGRAPHO. DE CETERO HAEC EST ETIAM EI. P. BAL- LERINI SENTENTIA , QUI IN NOTIS AD *Theol. Mor. P. Gury Tom.2.p.l003* NOIAÔSCRIBIT: «ELCUM IN EADEM CON- STITUTIONE (§. 7.) AB HISCE CEU PRINCI- PALIBUS DISTINGUANTUR II, *qui ad tale facinus committendum o^em... scien- ter dederint;* PALAM ESSE DEBET HOSCE POSTREMOS CENSU PROCURANDUM NON

CONTINERI. » SCIENTIA IGITUR AEQUALITER EXIGITUR TUM IN MULIERIBUS PRAEGNANTIBUS TUM IN PROCURANTIBUS ABORTUM, CUM IN HIS SEMPER SUPPONENDA SIT, IN ILLIS HYPOTHETICO. EX DICTIS AUTEM MANIFESTUM EST. PIUM PAPA IX EODEM SENSU VERBUM *procurantes* ADHIBUISSE AC XISTUM IN SUA CONSTITUTIONE. ERGO TUM PIUS, TUM XISTUS AEQUALEM SCIENTIAM IN PROCURANTIBUS REQUIRUNT. PROCURARE AUTEM EST ALIQUID EX INDUSTRIA QUAERERE ET VELLE, QUOD SCIENTIAM IMPORTAT ; ERGO QUAMVIS UTERQUE LEGISLATOR, QUANTUM AD PROCURANTES ATTINET ADVERBIUM *scienter* PRAETERMISERINT, HOC SUBINTELLIGENDUM NECESSARIO EST, CUM IN VERBO *procurare* NECESSARIO INCLUDATUR.

EXINDE SEQUITUR , IGNORANTIAM QUAMLIBET EXCLUDI , CUM NULLA CUIUSVIS NOMINIS, CUM PROCURANTIBUS CONCILIARI POSSIT, ATQUE SUBSISTERE: *procurare* ENIM *et ignorare* IMPLICAT CONTRADICTIONEM.

ADDIMUS, UTRUMQUE AUCTOREM FALSUM RATIOCINIUM CONSUERE. DE VARCENO ENIM PRONUNTIAT : *Diximus 4° ut abortus fuerit procuratus cum cognitione huiusmodi excommunicationis* , « QUIA AB HAC » CENSURA EXCUSAT IGNORANTIA ETIAM » CRASSA ET SUPINA, NON TANTUM »IURIS, ID EST IGNORANTIA LATAE CEH» SURAE , SED ETIAM FACTI, SCILICET » EFFECTUS QUI POTEST SEQUI A PRO» PINATIONE MEDICINAE. NAM QUARA» VIS IN HOC ARTICULO SUMMUS PON» TI FES NON EXPRESSERIT ETC. »

PROFECTO ADDUCTA SCIENTIAE RATIO NIHIL EVINCIT. SUPREMI ENIM PONTIFICES IN SUIS LEGIBUS NON SCIENTIAM EXCOMMUNICATIONIS EXEGERUNT, SED SCIENTIAM ABORTUS; AD HUNC ENIM »EFERTUR ADVERBIUM *scienter;* PRAESERTIM QUOD DE MULIERIBUS PRAEGNANTIBUS DICTUM EST, QUIBUS FALSO PRAETEXTU POSSUNT POTIONES, MEDICINAE, ALIAQUE PRAEBERI AD ABORTUM INDUCENDUM; ATQUE DE COMPLIEIBUS QUI PARITER ALIO NOMINE POSSUNT IN COMPLICES ADVOCARI. SCIENTIAM AUTEM EXCOMMUNICATIONIS INEPTISSIME EXEGISSEM, CUM HAEC PER he SUPPONATUR ; ADDUCTA IGITUR A CL. DE YARCENO RATIO EXTRA SRGUMENTUM VAGATUR ET NIHIL PRORSUS EVINCIT.

IDIPSUM VERO DICATUR DE consequente ILLATO ABEL. COMMENTATORE PATAVINO IN TESTIMONIO SUPERIUS ADDUCTO, CUM AB SCIENTIA ABORTUS AD SCIENTIAM EXCOMMUNICATIONIS CONCLUDAT.

QUID ERGO DICENDUM ? PROFECTO QUOD SI PROCURANTES, QUACUMQUE IGNORANTIA DELENLI , EXCOMMUNICATIONEM IGNORENT, EAM NON INCURRUNT.

IDEM DE TIMORE GRAVI DICITE, PII MULIERI INCUTIATUR FOETUS ABIGENDI CAUSA. «GRAVIS METUS, IN» QUIT S. ALPHONSUS *Theol. mor.* » *lib. VII. n. 46.* EXCUSAT AB IN» CURRENDA CENSURA , ETIAMSI RES » ALIAS IURE DIVINO SIT PROHIBITA; ET * IDEO, QUI OB GRAVEM METUM PA» TRARET HOMICIDIUM VETITUM SUB * CENSURA , PECCARET QUIDEM , SED

» non incurre) et censuram ; quia » non peccaret contra ius Rec Iesiae. » contra cuius potestatem specialis » iniusta contumacia ad censuram » requiritur. » Scilicet omnimodis voluntaria, quaeque delictum sub censura vetitum ad finem usque prosequatur; contumacia enim debet esse completa.

Ex quo quis inferat, non esse de excommunicatione damnandum eum, qui postquam ad abigendum foetum mulieri praegnanti sive pharmaca porrexerit, sive alia media adhibuerit, antequam mulier foetum abigat, facti poeniteat, modisque omnibus quaerat abortum impedire. Contumax enim dici non potest, consequenter neque excommunicationem incurrisse. Utique hanc sententiam non omnes admittunt; attamen eius probabilitas neganda non est, tum ob vim intrinsecam, tum quia ipse S. Alphonsus probabilem illam esse non negat, ea prorsus ratione « quia dum postea » evenit laesio (sive effectus a prin» cipio intentus) ille non est con» tumax; unde non debet incurrere » censuram quae est poena medi» cinalis ad impedienda peccata. > *Theol. mor. VIL n. 40.* Per veram autem probabilitatem excommunicationem excludi in dubium revocari non debet.

Et haec quidem circa excommunicationem dicta sint: Circa vero irregularitatem aliasque poenas a Xisto V in procurantes abortum illatas, observandum est, a Pio Papa IX nullo pacto abrogatas fuisse ideoque adhuc vigere dicendae sunt, cum in Constitutione *Apostolicae Sedis* censurae quidem limi tatae fuerint, non autem poenae, nullitates actorum, privationes, inhabilítales, ut iam in Commentario nostro observavimus, omnesque observarunt Commentatores.

Attamen relate ad irregularitatem illustres scriptores Ephemeridis *de la Nouvelle Revue théologique Tom. Xl, pag. 311* tria affirmant: 1. ab Gregorio XIV irregularitatis poenam limitatam fuisse ad solum abortum foetus animati; his autem assentitur etiam cl. Commentator Patavinus (i); 2. ad illatas poenas decernendas attendendam esse antiquam legislationem circa foetus animationem; qua de causa contra ci. Ballerini tenent sententiam propugnatam a R. P. Konings qui ita loquitur : « Hinc irregularitas non •*p* incurritur nisi post octogesimum » a conceptione diem abortus pro» curatus fuerit; nam in praxi sua » poenali Ecclesia, quousque con» trarium non constat, censenda » est sequi opinionem, iuxta quam » mares quadragesimo, foeminae » octogesimo a conceptione die ani» mantur; et in casu semper du » bius est foetus sexus, » Concludunt hinc, non esse a prolata sententia recedendum nisi cum Ec-

(1) Gregorius XIV . . . in sua Const. *Sedes Apostolica* poenam irregular»» •atis . . . ad eos tantum limitavit, qui procurant abortum foetus animati.

desia antiqua iura lala lege in re immutaverit. 3. Poenis in veteri iure inflictis teneri etiam abortus complices, excepta excommunies tione.

Atqui primum falsum esse es eo probamus quod Gregorius XIV unam tanlum excommunicationem reservatam Pontifici iuxta Xisti Constitutionem tam pro abortu foetus animati quam inanimati, Episcopis reservari! pro foetus animali abortu; de irregularitate autem nihil omnino dixerit « Nos . . . utilius censen- » tes, abi nec de homicidio, nec » de animalo foetu agitur, poenas » non imponere duriores iis, quae » per sacros Canones et leges pro- » phanas sunt inflictae . . • Con- » solutionem praedictam sic duxi- » mus moderandam, *ut a peccato » et excommunicatione* contra per- » sonas ibi expressas lata etc. » Auctores ergo citati , quod Gregorius de una excommunicatione decreverat ad irregularitatem extenderunt.

Eam autem non fuisse Gregorii mentem ex eo quoque evidentissime colligere poterant, quod ipse poenas illatas a Xisto V in procurantes abortum foetus inanimis reduxerit *ad terminos iuris communis, ad Sacrorum Canonum et Concilii Tiidentini dispositionem.* Atqui Concilium Tridentinum *Sess. XJV, Cap. VII de Reform,* pro homicidis voluntatis prorsus irregii'aritalis poenam statuerat « nullo tempore <*f* ad <a< t ordines promoveri possi i » sed omni ordine , ac beneficio, » et officio ecclesiastico perpetuo » careat: » idque etiamsi homicidium fuerit occultum. Si igitur Gregorius XIV irresmiaritalem servavit a Tridentino statutam contra homicidas voluntarios pro abortu foetus inanimati, quomodo arbitrari possumus irregularitatem limitasse pro abortu foetus animali; hanc scilicet reservasse Episcoporum auctoritati ? irregularitas enim a Tridentino inducta in cit. cap. nullo modo est Episcopis reservata, sed Romano Pontifici. Quantum igitur ad irregularitatem attinet, Gregorius XIV nih 1 de Xisti constitutione immutasse reperitur; atque etiam post Planam Constitutionem in eodem statu manet ac in veteri iure manebat tam pro abortu foetus animati quam inanimati. Ideo vero Xisti Constitutionem Gregorius temperavit, quia illa in reos abortus etiam inani rais praeter perpetuam inhabilitatem , ad Concilii Tridentini formam, statuerat etiam poenas in iure statutas contra veros homicidas.

Exinde vero patet etiam responsio ad secundam quaestionem. Cum enim Gregorius XIV nihil immutaverit in re de Xisti Constitutione , nihil pariter Pius Papa IX, sequitur evidentissime irregularitatem nunc incurrere quoslibet procurantes cuiusvis foetus abortum, neque ullo modo esse distinctionem attendendam inter foetus animatos ei inanimes. Atque idipsum dicite

de tertia quaestione. Complices enim aboi tu* foetus inanimis a Gregorio XIV subiiciebantur iisdem poenis ac procurantes , dum Xistus V et in hos statuerat poenas illatas contra veri nominis homicidas. At certum est ex dictis, Gregorium XIV contra procurantes abortum foetus inanimis siatuisse irregularitatis poenas; ergo et com plices eamdem poenam incurrunt.

Haec vero ut ex latis iuribus argumenta desumamus. De cetero nullo modo nobis spernenda videtur ratio a ci. Ballerini adducta, imo talis nobis apparet, ut rationi allatae a R. P. Konings praeferenda sit; primo quidem quia cum Pius Papa IX nullo modo dixlinserit inter abortum foetus animati et inanimis, hoc ipso videtur dixtinclionem scholasticorum posthabuisse; secundo quia certum est scholasticorum sententiam de foetus animatione falsam omnino esse ; quae autem falsa sunt non indigent declaratione principis ut falsa habeantur, sed per se corruere, una cum iuribus, doclorumque opinionibus et sententiis quibus innitebantur.

IV. Post haec videamus an et quando licitum sit abortum procurare.

Et 1. illicitum esse abortum procurare ne puella aut infamiae aut occisionis periculum subeat certum est ex propositione 34 damnata ab Innocentio XI. *Licet procurare abortum ante animationem foetus , ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.* Admissa enim huiusmodi sententia, abortibus quibuscumque latissima aperiretur via, cum nulla sit mulier quae ex illicita conceptione infamiam saltem non referat; puellae vero praeter infamiam manifestam , parentum gravissimam iram timere non debeant. Furtivisenim conceptionibus mul.eres illae dant operam quae bonum nomen servare desiderant; ceterae, quibus nullum nomen, res-publica sunt, quibus consequenter de illicitarum coitionum effectibus nulla cura, atque conceptos foetus ad expositorum domos mittunt.

Ex clarissimo autem Antonio Ballerinio ea fidenter desumemus, quae de abortus liceitate, variarum circumstantiarum habita ratione, disputabimus.

Porro *Theol. Mor. Tom. 1. pag. 384. Edit. 1878* ita loquitur.

i. Ubi certa sit mors alterius, aut matris scilicet, aut prolis, certa autem alterius vita, et quaestio sit de morte dumtaxat temporali, quia v. gr. baptismus proli nondum natae potuit conferri (1), non tene-

(1) Cum ars chirurgica modo instrumentum repererit, quo membranae foetum involventes ita scinduntur, ut aqua ope siphunculi iniecta foetum immediate tangere certo possit, atque adeo cum iuxta ea, quae S. Alphonsus *[Hb. VI. n. 107.)* post Benedictum XIV disserit, de validitate Baptismi infantibus utero clausis sic collati prorsus certi esse possimus: proinde fere cessant difficultates et quaestiones

TUR MATER MORI, UT VITAM FILIO TEMPORALEM CONSERVET (1).

SED HIC CASUS PERRARUM OMNINO EST; QUANDOQUIDEM (UT DICIT S. ALPHONSUS, *lib. 3. n. 394) moraliter impossibile est, ut pene miraculum sit, quod pereunte matre , proles supervivat. Idque mihi confirmarunt plures artis medicae periti , quos consului.*

ET HOC QUIDEM VALET, ETIAMSI AGATUR DE CAESAREA OPERATIONE; QUAE PRAETEREA CUM PERITISSIMUS REQUIRAT MEDICOS, ET MATREM ROBUSTAM, RARO ID LOCUM HABET, PRAESERTIM CUM HOC REMEDIUM REQUIRI TUNC SOLEAT, QUANDO INCASSUM ALIA REMEDIA ADHIBITA SUNT, ATQUE ADEO QUANDO ET MATER ET PROLES E LONGA LUCTA PROSTRALAS HABENT VIRES.

II. IMO S. ALPHONSUS *(lib. 6. n. 1.06)* PRAE OCULIS HABENS ILLUD S. THOMAE *(3. q. 68, art. U, ad 3): Non sunt facienda mala ut eveniant bona; et ideo homo non de, bet occidere matrem ut baptizet puerum;* CONCLUDIT, MATREM, QUANDO MORTIS PERICULUM *nil proximum aut probabile,* NON TENERI AD DISCRIMEN ILLUD SUBEUNDUM, UT PROLES BAPTIZETUR, NEC CHIRURGUM POSSE IPSAM IN HOC DISCRIMEN INDUCERE.

III. SI MATER MORBO CORREPTA, GRAVI MORTIS PERICULO LABORET, NISI FOETUS PARTUM ACCELERANDO EXPELLATUR ; PROBABILIS AUTEM SPES SIT, OPE MEDICINAE EFFICI POSSE, UT FOETUS VIVUS IN LUCEM PRODEAT, ATQUE ADEO SIN MINUS TEMPORALEM , SALTEM AETERNAM VITAM ADEPTURUS SIT; TUM EIUSMODI EXPULSIO NON MODO LICITA VIDETUR, SED PRAECEPTA. RATIO QUIA MATRIS PERICULUM AC MORS NIHIL PRODESSET VITAE TEMPORALI PROLIS, ET INSUPER IN GRAVISSIMUM SALUTIS AETERNAE DISCRIMEN IPSAM PROLEM CONIICERET.

NEC OBESSE DEBET, QUOD FORTE MORS PROLIS PAULULUM ACCELERETUR. NAM PRIMO QUIDEM EX PRAEDICTIS CUM LUGO NON TENETUR MATER CUM TANTO DISCRIMINE VITAM PROLIS ULTERIUS CONSERVARE. DEINDE VERO *in eo casu,* UT INQUIT S. ALPHONSUS *(lib. 6. n. 106. in fine) negligi potest parva illa vitae iactura, ut infans vitam aeternam consequatur.*

IV. QUANDO, AEGROTANTE MATRE, PERICULUM ABORTUS AEQUE INSTAT, TUM SI ILLA REMEDIUM AD MORBUM CURANDUM SUMAT, TUM SI NON SUMAT, EO QUOD VIS IPSA MORBI (UT SUBINDE CONTINGIT) ABORTUM INFERT , LICET MEDICINAM SUMI: NEQUE ENIM PRO-

a veteribus Doctoribus motae circa pericula quae mater subire teneatur, ut aeternae saluti prolis prospiciatur.

(lj Haec autem ex iis confirmantur quae disserit Corilinalis de Lugo *De iustitia et iure Disp. IO. n. 133.* « Mater non tenetur cum tanto vitae suae pe"
» riculo et detrimento procurare et conservare foetum: sicut nec natum iam filium
i tenetur cnm vitae discrimine alere et retinere, neque etiam ad eum lactandum
n conservare lac in uberibus, quando ad propriam vitam tuendam necessarium ei
u esset ubere arefacere. *i*

DESSET PROLI ABSTINENTIA A REMEDIIS, ATQUE ADEO MATER VITAE SUAE CONSULIT SINE MAIORI PROLIS DETRIMENTO. ATQUI SI ABSQUE MAIORI PROLIS DETRIMENTO MATER POTEST VITAE SUAE CONSULERE, NON SOLUM LICITE POTEST, SED PROPTER OBLIGATIONEM, QUAM QUISQUE HABET VITAM SUAM CONSERVANDI PER ORDINARIA REMEDIA, MEDICINA UTI PRORSUS DEBET.

Y. SI EX VI MORBI PROBABILE IMMINEAT PERICULUM ABORTUS, SIMUL VERO PERICULUM INSTET, NE SI ABORTUS REIPSA EX MORBO SEQUATUR, PROLES IN UTERO MORIATUR; CONTRA VERO PROBABILIS SPES AFFULGEAT, QUOD ACCELERATO PER MEDICINAS PARTU, PROIES IN LUCEM VIVA PRODITURA SIT, ET SIC AETERNAE EIUSDEM SALUTI PROSPICI POSSIT; INCERTA VITAE TEMPORALIS SPES NON VIDETUR PRAEFERENDA PROBABILIORA SPEI SALUTIS AETERNAE, ATQUE ADEO ACCELERARE PARTUM LICERET. QUOD QUIDEM DICENDUM EST VALERE, ETIAMSI MORBUS NULLUM VITAE MATRIS PERICULUM INFERAT, SED SOLUM DE MELIORI BONO PROLIS AGATUR.

VI. QUANDO HABITA RATIONE STATUS TUM PHYSICI TUM MORALIS MATRIS (QUAE SCILICET NON ITA INCISIONEM EXHORREAT, UT PROLI VEL SOLUS HIC HORROR GRAVITER NOCERE QUEAT), ET SIMUL SPECTATIS TUM STATU PROLIS, TUM MEDICI PERITIA, PRUDENTER EXISTIMARI QUEAT, PER CAESAREAM OPERATIONEM IN GRAVE PERICULUM MATREM INDUCTUM NON IRI , PROLIS VERO CONSULI POSSE NON MODO TEMPORALI, SED ETIAM AETERNAE VITAE, DICENDUM EST TENERI MATREM AD INCISIONEM PATIENDAM, LICET SALUTI AETERNAE PROLIS PROSPICI ALITER POSSET. REQUIRITUR TAMEN UT LONGE PROBABILIOR SIT SPES SALUTIS PROLIS SIMUL ET MATRIS; NAM SECUS PRO INCERTA SPE VITAE TEMPORALIS FILII (AETERNA ENIM CURARI ALITER POTEST, UT DIXIMUS) NON TENETUR MATER PROBABILE PERICULUM VITAE SUAE SUBIRE.

HISCE VERO CRITERIIS A CLARISSIMO P. BALLERINI TRADITIS RESOLVI POSSE PUTAMUS QUAESTIONES FREQUENTIORES QUAE CIRCA ABORTUS CONTINGERE SOLENT, (I)

APPENDIX XXXIII.

De Excommunicatione in eos-lata, qui scienter utuntur Uter apostolicis ialsis, et ea in re crimini cooperantur

Quaenam literae apostolicae falsae dicantur, quaenam immutatio in eas falsitatem inducat, quibus modis falsari possint, quaeque poenae pro inducta falsitate mcurrantur , explicatum dissertumque lectores nostri reperient in Appendice VIII. (2) in qua commentatio-

(1) Ea quae circa craniotomiam promiseramus, habent lectores nostri separato opuscolo, quod iam edidimus, disserta.

(2) Pennacchi- Commentaria in Const *Apostolicae Sedis* Tom. 1. p. 224. seqq.

TIONES INSTITUIMOS IN CAPUT XI SECT. I. *Omnes falsarios litterarum Apostolicarum etiam in forma Brevis* ETC., ITA UT HIC PRAETERMITTAMUS OMNIA DE QUIBUS IN CIT. APPENDICE EDISSERUIMUS.

PORRO CRIMEN UTENDI FALSIS UTERIS APOSTOLICIS TAM EST ANTIQUUM QUAM CRIMEN EAS FALSANDI; IDEO ENIM FALSANTUR, UT FALSARLI IIS UTI IN PROPRIUM COMMODUM POSSINT.

INNOCENTIUS III. PONTIFEX MAXIMUS IN RE DUO DECRETA PROMULGAVERAT, QUIBUS EIUSMODI FRAUDEM COMPESCERET. PRIMUM ITA LEGITUR:

« ADUCIENTES STATUIMUS UT GENE» RALEM EXCOMMUNICATIONIS SENTEN» TIAM PROMULGETIS, QUAM PER SIN» GULAS PAROCHIAS FACIATIS FREQUENTIUS INNOVARI, ET SI QUIS FALSAS LI» IERAS SE HABERE COGNOSCIT, INTRA » VIGINTI DIES LITERAS ILLAS AUT DE» STRUAT AUT RESIGNET, SI POENAM » EXCOMMUNICATIONIS VOLUERIT EVA» CIERE: QUAM (NISI FORSAN IN MORTIS » ARTICULO) SINE SPECIALI MANDATO » NOSTRO, A QUOQUAM NOLUMUS RE» LAXARI; NEC ETIAM (SI PRAESUMPTA » FUERIT CONTRA HOC) ABSOLUTIO QUIC» QUAM HABEAT FIRMITATIS. CAP. *Du» ra, 4. De crimine falsi, n*

ALIUD VERO DECRETUM ITA SE HABET:

« AD FALSARIORUM CONFUNDENDAM » MALITIAM. DE COMMUNI FRATRUM » NOSTRORUM CONSILIO DUXIMUS STA» TUENDUM UT QUI UTERIS NOSTRIS UTI » VOLUERINT, EAS PRIMO DILIGENTER » EXAMINENT, QUONIAM SI FALSIS LI» IERIS SE USOS DIXERINT IGNORANTER, » EORUM SERA POENITENTIA EVITARE » NEQUIBIT POENAS INFERIUS ANNOTA» TAS. NOS ENIM OMNES FALSARIOS LI» TERARUM NOSTRARUM QUI PER SE VEL » ALIO? VITIUM FALSITATIS EXERCENT, » CUM FAUTORIBUS ET DEFENS IRIBUS » SUIS ANATHEMATIS VINCULO DECERNI» MUS INNOLALOS, STATU EN I ES UT CLE» RICI QUI FALSARLI FUERINT DEPREHENSI, » OMNIBUS OFFICIIS ET BENEFICIIS EC» CLESIASTICIS PERPETUO SINT PRIVATI, » ITA QUOD QUI PER SE FALSITATIS VI » TIUM EXERCUERINT, POSTQUAM PER » ECCLESIASTICUM IUDICEM FUERINT » DEGRADATI, SAECULARI POTESTATI TRA» DANTUR, SECUNDUM CONSTITUTIONES » LEGITIMAS PUNIENDI, PER QUAM ET » LAICI QUI FUERINT DE FALSITATE CON» VICTI , LEGITIME PUNIANTUR. QUI » VERO SUB NOMINE NOSTRO UTERIS » FALSIS UTUNTUR, SI CLERICI FUERINT, » OFFICIIS ET BENEFICIIS ECCLESIASTICIS » SPOLIENTUR ; SI LAICI TAMDIU MA» NEANT EXCOMMUNICATIONI SUBIECTI » DONEC SATISFACIANT COMPETENTER, » ITA TAMEN UT IN ISTIS ET IN ILLIS » MALITIA GRAVIUS QUAM NEGLIGENTIA » PUNIATUR, QUOD ET DE IIS QUI FAL» SAS LITERAS IMPETRANT, STATUIMUS » OBSERVANDUM. CAPUT *Ad falsario» rum 7, ibidem.* »

PIUS PAPA IX BREVIORI RATIONE SED NON MINUS SOLEMNI, EXCOMMUNICATIONE EPISCOPIS RESERVATA DAMNATOS PROCLAMAVIT: *litteris Apostolicis falsis scienter utentes, vel crimini in ea te cooperantes.*

TRIA VERO HOC IN CAPITE EXPENDENDO CONSIDERANDA SUNT, 1. DIFFERENTIA ANTIQUUM INTER ET IUS NO-

VÌI ra, 2. criminis natura, 3. personae quae in novo iure excommunicationem incurrunt.

Atque quoad i manifestum est, literas apostolicas falsas retinentes, neque illas infra dies viginti resignantes, nulla excommunicatione teneri, cum Pius Papa IX excommunicationem hanc in sua Constitutione non renovaverit. Uttum vero adhuc vigeat prohibitio illas retinendi, perspectum ncn esse palam us, cum ob contrariam consuetudinem, vel ob retentionis inutilitatem, et innocentiam, lex Innocentiae in desuetudinem abire potuerit. Difficillimum enim nostro tempore est, ne impossibile dicamus, falsas apostolicas literas obtrudere, vel iis impune et efficienter uti. cum ad fraudem detegendam innumera praesto sint media. Si qui vero literas apostolicas falsas retinerent, non ut iis utantur, sed ut documentum quodcumque sive antiquioris, sive recentioris, sed perspectae fraudis, num ne esset inquietandus? Profecto in privatorum hominum, vel publicis Archiviis non una reperitur falsa litera apostolica, quin tamen possessores ad illas tradendas cogendi dicantur. Verum haec parvi sunt momonti, ita ut in iis tempus insumere non debeamus.

Alia differentia est, quod in veteri iure clerici qui falsis apostolicis Ii teris usi fuissent, nulla excommunicatione tenebantur, sed privandi erant officiis et beneficiis ecclesiasticis; laici vero excommunicatione nemini reservata plectebantur; at per Pianam Constitutionem tum Clerici tum laici una excommunicatione Episcopis reservata, ob e.usmodi ciimen, tenentur.

Attamen Commentalo! Patavinus affirmare videtur, etiam nunc vigere privationem officiorum et beneficiorum pro clericis. « Pro clericis, inquit, minime cessasse arbitramur, vi saltem novae Constitutionis, privationem officiorum et beneficiorum, quia huiusmodi poena non praesefert naturam censurae proprie dictae ». *Comment, pag. 253.* (1)

Verum haec sententia admittenda non videtur. Praetermisso enim quod ei contradicant validissimi Doctores D'Annibali, De Vargeno, aliique, dum ceteri nihil in re pronuntiant, rationes manifestae allatae sententiae veritatem impugnant. Primo enim in poena irroganda Legislator non distinguit, sed uni eidemque poenae tum clericos

(1) Commentatori Patavino assentire videtur Ciolli dnm in sno *Commentario pratiico* pag. III. scribit:-2. Prima era stabilito che se chi commetteva tal delitto fosse chierico, *officii et beneficii suspensione damnetur;* perciò se oneste parole debbono intendersi di vera sospensione, questa adesso per gli ecclesiastici è cessata; se poi debbono intendersi di semplice privazione o penalità, tuttora sussiste non ostante che siano colpiti dalla scomunica, secondo il detto di sopra.

tum laicos submittit; 2. numquam est supponendos Legislator duplicem poenam legis transgressor! irrogare nisi de re certo constet; odia enim sunt restringenda; et in poenalibus quod minimum est sequendum. 3. Idque multo magis cum mitiorem poenam, qualis est suspensio ab officiis et beneficiis, legislator in graviorem, qualis profecto excommunicatio est, commutant. Optime hinc et vere cl. Commentator Reatinus scribit *Comment, pag. 19. n. 23. Edit. 3.* « Nihilo-
» minus quia a iure alienum est *ob*
» *idem crimen pluribus legibus*
» *reum fieri,* his quoque abroga-
ns tum fuisse tenendum est quoad
» ea crimina, in quae Constitutio
» nostra censuris latae sententiae
» *nunc primum* animadvertit, quam-
» vis levius. Atque Petrus Avanzini
» principium statuit, quo quaestio
» dirimitur. De aliis poenis, inquit,
» dubitari potest an permaneant,
» quum per gravissimam excom-
» municationis poenam videatur sa-
» Lis consultum fini qui intenditur,
» ideoque ceterae poenae videntur
» hac nova dispositione indirecte
» cessare. »

Hinc poenae, nullitates actorum etc. etiam in Piana Constitutione vigere dicendae sunt, cum vel excommunicatio iis substituta non inveniatur, vel utramque poenam innovatam perspiciamus; secus minime.

Haec autem vera esse dicimus etiam in sententia Ciolli. Etenim si in antiquo iure suspensio illa ab officio et beneficio censura erat, iam cum non fuerit per Piana m" Constitutionem innovata, cessavit; si autem poena fuit, cessasse dicenda est quod ei subrogata fuerit giavior poena; atque in poenalibus mitiorem sententiam sequi tenemur.

Alia diffei entia inter vetus novumque ius in hoc reponenda est, quod in veteri iure poenis illi tantum tenebantur, qui uteris falsis usi fuissent: *Qui vero sub nomine nostro Uteris falsis utuntur :* in Piana autem Constitutione etiam cooperantes poenae subiiciantur: *vel crimini ea in re cooperantes.*

Demum Innocentii III excommunicatio nemini reservata erat; e contra Piananti excommunicationem Episcopis reservatam scimus.

H. De criminis huius natura pauca dicenda occurrunt, cum res perspicua sit, atque de ea disseruerimus in cit. Appendice VIII, quam Lectores legant. Manifestum est hoc in Capite literas apostolicas falsas esse illas, quae ementito nomine Romanis Pontificibus tribuuntur, literas scilicet apostolicas suppositities; quod evidentissime patet ex verbis Innocentii III: *qui vero sub nomine nostro Uteris falsis utuntur.* Hinc quamvis in cit. Appendice VIII propugnaverimus, fabricantes literas Apostolicas illius Capitis excommunicationem non incurrere, eo quod falsanlium seu falsi ficatorum nomine fabricantes non veniant, tamen tenendum est

literas ab eis fabricatas sub praesenti Capite comprehendi. Caput enim hoc omnes literas comprehendit, quae falsae vere et proprie dici possunt; has autem esse praecipue literas suppostititias nemo negaverit, cum in casu nostro ad decipiendum condantur et supponantur.

At non immerito lectores quaerent : an sub falsarum literarum nomine veniant literae apostolicae, in quibus falsitas inducta est per mutilationem, interpolationem, sententiarumque corruptionem ; hae enim non tam falsae quam falsiti catae dici possent; neque nomine Romani Pontificis suppositae, <um reapse a Romanis Pontificibus profectae sint, atque promulgatae; consequenter cum de lege odiosa et stricto sensu interpretanda agatur, literae falsificatae non videntur sub nomine falsarum litera r u in comprehendi.

Verum contrariam sententiam omnino tenendam esse dicimus. Literae enim apostolicae, in quibus falsitas substantialis admissa est, falsae sunt in se, cum sensus immutati non prodierint a Romano Pontifice; falsitas autem inducta inficit universam epistolam, ob eamque totaliter ab Romano Pontifice repudiatur: quod quidem communiter contingit ; auctores enim affirmant, epistolas non esse sua tam si corruptae sint, quam si supposi tae. Recte hinc Bonacina *Tractatus de Censuris omnibus in particulari* Disp. 1, quaest. 7. «Falsa redditur Scriptura quoties aliquid additur vel minuitur quod antea pos tum, vel concessum non erat. »

Quod de utero etiam ex definitione falsi patet: *Falsum enim est quod animo coi rumpendae veritatis in altei ius fraudem dolo malo fit.* At ad hoc non est necessarium ut integra epistola corrumpatur , sed satis esset si una sententia corrumperetur. Hoc enim in casu epistola illa contineret falsum; consequenter et falsa esset. Illud enim documentum iure dicitur falsum quod falsa continet. Demum in Cap. IX sect. 1. Pianae Constitutionis falsar;! dicuntur tum qui corrumpunt et adulterant epistolas Apostolicas, tum qui eas confringunt et publicani, tum qui falso signant supplicationes; ita ut falsitas tria haec complectatur.

Ceterae autem exceptiones, quas in cit. Appendice recensuimus, et hic locum habent. Eas autem sub unico criterio concludimus. Sicut literae Apostolicae falsificatae censeri non debent, nisi in eis sensus aliquis substantialis immutatus fuerit, ita dicendi non sunt uteris Apostolicis falsis uti illi qui talibus uteris utuntur, in quibus nulla substantialis depravatio reperiatur. Id vero etiam ex fine utentium patet; quandoquidem qui falsis documentis utuntur, ad aliquid certe consequendum; at nullimode illud sine substantiali falsi tate consequi possent. In iis ergo neque malitia

supponenda esset; quod in talibus uteris scienter utentibus cogitandum non est.

Addimus demum, quod cum falsitas substantialis etiam per unius voculae immutationem, imo virgularum et punctorum contingere possit, dicendi sunt uteris Apostolicis falsis illi uti, qui talibus utuntur, consequenter praesentem excommunicationem incurrere.

III. Duplicis autem classis sunt personae, quae Piani Capitis excommunicationem incurrunt: 1. Utentes ; ii scilicet qui falsas epistolas veluti authenticas, ad finem sibi praestitutum consequendum, adhibent; non quidem bona fide, sed *scienter*, cognoscentesscilicel earum vel suppositionem, vel depravali o-nem. Hinc qui falsis uteris apostolicis ignorantia qualibet detenti uterentur, excommunicationem effugerent. Etenim dum a Legislatore requiritur scientia, ut alias probavimus, ignorantia quaelibet, etiamaffectata, excluditur. 2. Cooperantes, seu illi qui scienter auxilio sunt utentibus dum falsis apostolicis uteris utuntur. Ex. gr. S' postquam Cliens ad litem superandam falsam Procuratori Iiteram apostolicam exhibuerit, hic in defensione scripta eam scienter alleget, coram iudice deferat, eiusque sinceritatem, aulhentiam ei probandi vim asserat. Verum circa cooperatorum actionem quaerunt Commentatores: an incurratur excommunicatio ob unam cooperationem phisicam, vel etiam ob cooperationem moralem, ex. gr. consilium.

Et quidem Commenta t or Patavinus *pag. 253. n. 340.* affirmat ob utramque actionem excommunicationem incurri. «Cooperandum pono nomine ii veniunt qui *operam suam praestent* alieni ut falsis utatur uteris. Et quum qui praebet consilium vel favorem, et a fortiori qui iubet sive mandat, revera *operam praestent,* revera *cooperentur»* equidem opinor, voluisse Legislatorem per eam dicendi formam *vel crimine ea in re cooperantes* poenam extendere ad omnes, qui morali vel physica cooperatione sese criminis participes constituunt. »

Verum huic sententiae plurimi e Commentatoribus contradicunt, aflirmantqiie huic excommunicationi unam physicam cooperationem, non moralem, subiectam esse. Nec immerito; etenim 1. Legislator disertis verbis excommunicatione plectit crimini *ea in re* cooperantes; porro verba *ea in re* indigilant usum falsarum Ii terarum apostolicarum; ergo cooperans debet adiuvare utenlem *in usu;* ad id porro requiritur actio physica.

2. Qui dant consilium, vel qui i u nent, in usu non cooperantur, sed aliis committunt vel suadent ut falsis apostolicis Uteris utantur; iussio igitur vel consilium actionem praecedunt. Cum autem usus sit actualis, etiam cooperatio crimini ea in re est actualis; noa potest ergo esse consilium vel ius-

s.o, quia sunt actiones quae iam praecesserunt.

Optime hinc Com jenlator Reatinus *Comment,* pag. Oi. in textu et Nota 3. Et cooperantes qui utenti operam praestant. Patet ex iis verbis *ea in re.* Porro cooperari est alteri opem praestare; qui igitur nullam opem utenti adhibuit, sed tantum consilium dedit, vel hortatus est ad utendum , excommunicationem non contrahit.

3. Quando agitur de poenis incurrendis lex stricto sensu est interpretanda, nec comprehendendi sub ea sunt actiones, de quibus certo non constat an comprehendantur. Porro incertum est an moralis cooperatio sub lata lege comprehendatur.

4. Quod patet etiam ex plurimis Commentatoribus qui eiusmodi moralem cooperationem excommunicatione eximunl. Hi porro sunt praeter Realinum, Ballerini, De Yarceno, Ciolli, Nmzatti, Del Vecchio in Theologia Scavini, Konings, et tacite cl. Scriptores de la Nouvelle Revue TLeologique, *Tom. XI, pag. 378,* et Formisano.

Verum si cooperatio moralis excommunicatione eximenda est, relate ad actionem physicam, veram non esse putamus sententiam cl. De Varceno qui arbitratur, tum utentes tum cooperantes excommunicationem non incurrere nisi effectu secuto. Verum, inquit, non contrahitur haec excommunicatio nisi postquam effectus sit consequutus. *Theol. Mor. pag. 496.* Eiusdem porro sententiae est CI. Vecchiotti *Inst. Canon. Tom. 11. pag. 363, Edit. 1876. Utentes,* inquit, *dicuntur qui falsas literas exhibent effectumque consequuntur.*

At vera sententia videtur, qua affirmatur, necessariam non esse effectus consequntionem ad hanc excommunicationem incurrendam; quam de cetero tuentur Commentatores non pauci nec intimae notae.Revera tunc illata poena certo contrahitur, cum iuxta latae legis obvium sensum crimen admissum et completum censetur. At perspicuum est, utentes usos esse scienter falsis literis Apostolicis, atque alios crimini ea in re cooperalo* esse. Crimen ergo a Legislatore prohibitum admissum complete est. Ergo delinquentes poenam incurrisse dicendi sunt.

Neque aliter dici potest. Quandoquidem usus falsarum literarum Apostolicarum in se non includit, neque dicit consecutionem effectus intenti, sed usum ad eum finem consequendum. Revera si procurator aliquis ad litem superandam falsas literas apostolicas coram Iudice allegaret, nonne usus esset falsis uteris apostolicis? Et si Iudex fraudem animadverteret, illasque repudiarci, num exinde sequeretur Procuratorem usum non fuisse falsis uteris apostolicis? Quin imo contrarium sequeretur, non potuisset enim Iudex illas epistolas repudiare, nisi procurator iis usus fuisset.

De cetero hac in re non ab

utente pendet ne ipse consequatur effectum intentum, sed ab alio; ergo effectus intenti consecutio plane discernitur ab usu falsarum literarum.

Optime hinc expositam sententiam répudiant Commentatores. R'¿¡atinus *loc. cit.* scribit: *Utentes vero, qui exhibent , ut effectum habere possint.* Huic porro assentitur P. Ballerini in notis ad Theolog. Moral. P.Gury. Dumas Compendium Theologiae Moralis P. Gury *Tom. 1. n. 1019:* Actio, quae hac censura damnatur est usus talium literarum, sive utens finem intentum obtineat, sive non obtineat.

Ciolli : *Commentario prattico delle Censure,* pat,. 110. Qui utitur hisce falsis epistolis, scilicet eas exhibet aut praesentat u., hatean t effectum in ipsis falso expressum (1).

Hisce vero assentiri videntur etiam cl. Scriptores Ephemeridis *Nouvelle Revue Théologique Tom. Xl, pag. 379.* Qua de causa etiam ob doctorum pluralilatemsententia haec solidior evadit; ita ut in praxi sit omnino sequenda.

Demum m mi festum esse putamus, quod qui Apostolicas literas falsaret primum, deinde iis uteretur, duplicem excommunicationem incurreret, quia duplex crimen admitteret speciali lege prohibitum; atque hinc absolvendus esset excommunicatione speciali modo Romano Pontifici reservata in Cap. IX. Sect. 1, et praesenti excommunicatione Episcopis reservata.

(1) Chi fa uso di tali lettere Apostoliche false, cioè che le esibisce o presenta perchè abbiano r effetto in sse falsamente dichiarato

COMMENTARII

PARS QUARTA

DE EXCOMMUNICATION:BUS LATAE SENTENTIAE NEMINI RESERVATIS.

APPENDIX XXXIV.

De excommunicatione lata in mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticae sepulturae haereticos notorios, nominatim excommunicatos vel interdictos.

NEMO PUTET, INTER EXCOMMUNICATIONES LATAE SENTENTIAE SIVE PONTIFICI ROMANO, SIVE EPISCOPIS RESERVATAS, ET NEMINI RESERVATAS,QUANTUM AD ESSENTIAM ATTINET INTIMAMQUE NATURAM, ALIQUAM DIFFERENTIAM INTERCEDERE ; ETENIM ET EARUM EADEM DEFINITIO EST, ET EOSDEM PARIUNT EFFECTUS, OMNIBUSQUE PER EAS *Os, orare, vale, communio, mensa negatur.* DIFFERENTIA SE UNICE HABET QUANTUM AD ABSOLUTIONEM ; CUM EXCOMMUNICATIONES RESERVATAE VEL A LEGISLATORE TANTUM, VEL AB IIS, QUIBUS A LEGISLATORE FACULTAS FACTA EST, ABSOLVI POSSINT; NON RESERVATAE VERO A QUOLIBET SICERDOTE AD EXCIPIENDAS FIDELIUM CONFESSIONES LEGITIME PER EPISCOPUM APPROBATO, ET DEPUTATO. SE HABENT, SCILICET, EIUSMODI EXCOMMUNICATIONES AD INSTAR PECCATORUM NON RESERVATORUM. QUAE A QUOLIBET CONFESSARIO ABSOLVI POSSUNT.

PORRO QUI IN PIANA CONSTITUTIONE OMNIUM PRIMI EXCOMMUNICATIONI NEMINI RESERVATAE SUBDUNTUR, SUNT QUI MANDANT VEL COGUNT TRADI SEPULTURAE ECCLESIASTICAE HAERETICOS NOTORIOS, ET NOMINATIM EXCOMMUNICATOS, VEL INTERDICTOS. ITA ENIM PIUS PAPA IX PRAECIPIT.

EXCOMMUNICATIONI LATAE SENTENTIAE NEMINI RESERVATAE SUB ACERE DECLARAMUS *Mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticae sepulturae haereticos notorios, aut nominatim excommunicatos, vel interdictos.*

ET QUIDEM MERI LO. CHRISTIANI ENIM II E FUNCTI TEMPLUM EXTITERINT SPIRITUS SANCTI,ATQUE PER BAPTISMUM ET CHRISTUM INDUERANT, ET CONSEPULTI CUM CHRISTO FUERANT; QUIN IMO IPSI US CHRISTI VERI DEI DOMUS EXLITERANT,

cum per Sacrosanctum Eucharistiae mysterium ipsi concorporei facti fuerant, et veluti consortes divinae naturae; decedentes autem et migrantes de hoc saeculo, si vel in nocentes, vel poenitentia expiati ad supernam patriam evoîaruni, facti sunt consortes sanctorum et angelorum, Deumque facie ad faciem vident in sempiternum beati, alque futuram corporum resurrectionem expectant, ut ipsorum corpora ana cum animabus quibuscum coniuncta fuerant, Deoque debitum honorem et famulatum praestiteranl, aeterna fruantur beatitudine,

Exinde factum certe est, ut Christianorum cadavera, qui in Ecclesiae communione defuncti fuere, veluti res sacras Ecclesia considerarit, numquamque, dum facultas ei fuit et potestas, permiserit ut oa cnm Ethnicorum, cum haereticorum, impiorumque corporibus eodem in loco sepelientur ; quin imo et locum separatum, et ab Episcopis benedictum consecratumque, christianorum cadaveribus sepeliendis destinarit, permisenlque insuper ut et in Ecclesiarum vestibulis, et prope Ecclesias, et infra ipsa templa, (1) et prope martyrum

(1) Ex Lucio Ferraris *Biblioth. Canonica. V. Sepultura, Hàit. Paris.* 1858 haec apposite excribimus. *u* Concilium ííannetense (incerti anni, sed fortasse sae-
» culo nono celebratam) cap. VI ita edicit: *Prohibendum etiam, secundum ma-
rt iorum instituta, ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut
i> in porticu, aut exedra Ecclesiae* (alins textus *extra Ecclesiam). Infra Ec-
» clesiam vero, aut prope altare, ubi corpus Domini et sanguis conficitur,
» nullatenus habeant licentiam sepeliendi.* Tria igitur, inquit Baluzius *ad JRe-
» gihon. lib. 1. cap. 125,* ubi allatus Nannetensis Canon redditur, extra Eccle-
» siam loca erant, in quibus sepeliri poterant corpora mortuorum, atrium videli-
1 cet, porticus, et exedra. Honorificentior autem sepulturae locus per illas tem-
» pestâtes erat in atrio, ante portam Ecclesiae, id est, in nobilissima atrii parte.
» Adnotat enim Gretserus in libro secundo *de funere christiano, cap. 8.* Con-
» stantinum Magnum sepeliri voluisse in vestibulo Ecclesiae Constantinopolitanae,
» eodemque loco deinceps sepultos esse plurimos Imperatores ac Pontifices. De Ot-
» tone secundo Imperatore testatur Leo Marsicanus in libro secundo Chronici Ca-
» sinensis c. 9. eum sepultum esse in atrio Ecclesiae B. Petri Apostoli. Et lib. IV.
» cap. 8 agens de Elgaita Roberti Ducis uxore, ait, eam in Ecclesiae Paradi.-o
» ante Basilicam Petri Apostoli tnmulari voluisse. Sic antiquitus sepulchra Conii-
» tum Tolosanorum erant in atrio Ecclesiae S. Saturnini, prope portam, ubi hacle-
y> nus videntur, donec Urbani II. auctoritate coemeterium eorum constitutum est
n in atrio Basilicae deauratae. Sic etiam vestibulum Ecclesiae Tutelensis erat
» olim locus destinatus sepeliendis Vice comitum Turennensium corporibus, quo-
y> rum erant ampla ac magnifica in Ecclesiam illam merita ac beneficia, eorumque
» sepulchra etiam nunc manent post tot saecula. Alicubi tamen porticus erat ho-
» noriiicentissimus sepulturae locus. Legimus enim apud Bedam in *lib. II. Hist.
» Eccl. Angl. c. S.* Augustinum et caetero Cantuarienses Archiepiscopos in por-
» ticu Cantuariensis Ecclesiae sepultos fuisse, donec necessarium fuit eos se, eliri
* intra Ecclesiam, quia porticus illa plures capere non poterat. Praeter atrium il-

CORPORA CONDERENTUR. (Î) IBI ENIM EXPECTANT FUTURAM RESURRECTIONEM. CRIMEN HINC PUTAVIT SEMPER Ecclps-a iis in locis, m quibus fi deli a m corpora iacent, illorum inferre exuvias, qui vel sine poeni-

» lud, quod erat ante principalem portam Ecclesiae, in quo viri principes sepeli liebantnr ; alind atrium erat, in qn< sepeliebantur omnis conditionis homines. » Erat autem atrinm illud proprie coemeterium. »

(1) *u.* Ambrosius, inquit Dnngalus Diaconus *contra Clandium Taurinen.*, snnm » fratrem Satyrum qnem nimium dilexerat, iuxta sanctam Märtyrern Victorem se- » pelivit, cuius epitaphium hoc ditatur letrastico. »

Urbanio Satyro supremum frater honorem
Martyris a d laevam detulit Ambrosius.
Saec meriti merces, ut Sacri sanguinis humor
Finítimas penetrans alluni exuvias.

m Sanctus vero Maximus *in Nat. SS. Mart. Taurin. Ideo* inquit, *hoc a » maioribus provisum est ut sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, ut » dum illos tartarus metuit, nos poena, non tangat; dum illos Christus Ululi minai, nobis tenebrarum caligo difugiat. Cum sanctis ergo Martyribus y> quiescentes evadimus inferi tenebras, eorum propriis meritis attamen socii d sanctitatis:* ait enim Dominus Petro: *Tu es Petrus* etc. *Si ergo Apostolo ei •t Martyri Petro inferni porta non praevalet, quisquis sociatur Martyri. » Tartaro non tenetur; martyres enim inferni porta non possidet.*

» Disputât egregie de eodem more D. Augustinus hac occasione. Cum quaedam *i>* Flora religiosissima foemina *materno ei pio affectu optaret* ut Cy«<*gii filii » sui corpus in beati Felicis Nolani Confessoris Basilica tumularetur, S. Paulinus » Nolanus Episcopus consulit per literas Augustinum : *utrum prosit alicui past y> mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliatur?* » Et adiunxit, *videri sibi non esse inanes motus animarum religiosarum 9fidelium pro suis ista curantium.* S. Augustinus in hunc modum respondit. » Profecto etiam provisus sepeliendis corporibus apud memoriam Sanctorum locus, » bonae affectionis humanae est erga funera suorum. Quoniam si nonnulla reli » gio est ut sepeliantur, non potest nulla esse, quando, ubi sepeliantur, atten- » ditur. Sed cum talia vivorum solatia requiruntur, quibus eorum pius in suos » nimius appareat, non video quae sint adiumenta mortuorum , nisi ad hoc, » ut dum recolunt, ubi sunt posita eorum, quos diligunt, corpora, eisdem sanctis » illos tamquam patronis susceptos apud Dominum adiuvandos , orando commen. » dent. » Et quibusdam interiectis. « Cum itaque recolit animus, ubi sepultum sit *y* diarissimi corpus, et occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidem martyri *y>* animam dilectam commendat recordantis et precantis affectus: Qui cum defunctis *n* a fidelibus charissimis exhibetur, eum prodesse non dubium est iis qui cum in » corpore viverent, talia sibi post hanc vitam prodesse meruerunt."» Addit vero capite sequenti, illud ipsum matris desiderium, ex fide profectum, supplicationem quamdam fuisse filio profutuiam. « Cum ergo, inquit, fidelis mater fidelis defuncti » corpus desideravit in Basilicam Martyris poni, si quidem credidit, eius animam • meritis martyris adiuvari, hoc quod ita credidit, supplicatio quaedam fuit, et » haec profuit, si quid profuit. »

LENTIA , VEL SINE ECCLESIASTICA COMMUNIONE, VEL GRAVI SPECIALI CRIMINE DELENTI SUPREMUM DIEM OBIERANT.

ET ANTIQUIORIBUS CANONIBUS PRAETERMISSIS , ALEXANDER IV. *Cap. 2 de Haereticis tit. 6.* HAEC CONSTITUERAT: «QUICUMQUE HAERETICOS, CRE-
» DENTES, RECEPTA TORES, DEFENSORES
» VEL FAUTORES EORUM SCIENTER PRAE-
» SUMPSERINT ECCLESIASTICAE TRADERE
» SEPULTURAE, USQUE AD SATISFACTIO-
» NEM IDONEAM, EXCOMMUNICATIO-
» NIS SENTENTIAE SE NOVERINT SUBIA-
» CERE. NEC ABSOLUTIONIS BENEFICIUM
» MEREANTUR NISI PROPRIIS MANIBUS
» PUBLICE EXLUMULENT ET PROIICIANT
» EIUSMODI CORPORA DAMNATORUM;
» ET LOCUS ILLE PERPETUO CAREAT SE-
» PU I TURA. »

CLEMENS VERO V IN CONCILIO VIENNENSI, PROUT LEGITUR *in Clement. Cap. 1. de Sepulluris* HAEC ALIA DECREVERAT: « EOS, QUI PROPRIAE
» TEMERITATIS AUDACIA DEFUNCTORUM
» CORPORA, NON SINE CONTEMPTU CLA-
» VIURN ECCLESIAE IN COEMETERIIS
» INTERDICTI TEMPORE IN CASIBUS NON
» CONCESSIS A IURE, VEL EXCOMMU-
» NICATOS PUBLICE AUT NOMINATIM
» INTERDICTOS VEL USURARIOS MANIFE-
» STOS SCIENTER SEPELIRE PRAESUMANT,
» DECERNIMUS IPSO FACTO EXCOMMU-
» NICATIONIS SENTENTIAE SUBIACERE, A
» QUA NULLATENUS ABSOLVANTUR, NISI
» PRIUS AD ARBITRIUM DIOECESANI
» EPISCOPI EIS, QUIBUS PER PRAE-
» MISSA FUERIT INIURIA IRROGATA, SA-
JO TISFACLIONEM EXHIBUERIM COMPE-
» TENTEM, NULLO EIS CIRCA PRAEMISSA
» EXEMPTIONIS, VEL QUOVIS ALIO PRI-
» VILEGIO, SUB QUACUMQUE FORMA
» VERBORUM CONCESSO, ALIQUALITER
» SUFFRAGANTE. »

USQUEDUM LOCA SACRA, ET COEMETERIA SEPELIENDIS FIDELIUM EXUVIIS DESTINATA SUB POTESTATE ECCLESIASTICA MANSERUNT, VERE DICI POTERANT CORPORA FIDELIUM IN PACE SEPULTA FUISSE, CUM OMNINO CAVERETUR NE QUISQUAM IN PECCATO PUBLICE DEFUNCTUS IN ILLIS SEPELIETUR; AT VIX COEPERUNT HOMINES SUAVE ECCLESIAE IUGUM EXCUTERE, ET CODICEM NEDUM FIDEI RELIGIONISQUE, SED EI SUORUM IURIUM SIBI CONDERE, SUSDEQUE OMNIA VERTERUNT, ATQUE ETIAM IN PUBLICIS COEMETERIIS DEFUNCTORUM PACEM ET QUIETEM EXTURBARE COEPERUNT, ILLIC IMPROBORUM QUORUMLIBET CADAVERA DEFERENDO.

Laudatam D. Augustini sententiam explanat et ampiiat S. Iulianus Arehiepiscopus Toletanus (qui claruit anno 680) his verbis: «Plerique fidelium cum fide j
» praecedentis affectu, aut sua, aut suorum corpora apud memorias martyrum prae-
cipiunt tumulari; non puto infructuosum esse, quod creditur, aut inane, quod
» fideliter dé divino auxilio speratur, tantum si non sint in huiusmodi, qui in Ec-
clesiis sepeliuntur, insolubiles culpae (hoc est lethales culpae in vita non ex-
» piatae per poenitentiam) quae eos iion sinant, etiam oblatis Deo sacrificiis, ad-
» iuvari post mortem. Ac proinde si fides illa habere meritum creditur, qua quis-
***1* quis ille impletus pro defuncto suo in locis martyrum tumulato deprecatus (ut**
» Augustinus) quanto magis illa fides spei suae fructum consequetur, quae in vi-
***i*> vente adhuc remediabilem sui celaveris providet locum? »**

ALIAMOTI CUM PRIVATA AUDORITATE ID FIERI NON POSSIT, PENE INNOCENTES II SUNI EXISTIMANDI QUI VEL PROPTER OFFICIUM, VEL MERCEDE Conducti EXTREMUM ILLUD MUNUS DEFUNCTIS QUIBUSLIBET DEFERUNT; ATQUE EXINDE FACTUM EST, UT PIUS PAPA IX ANTIQUORUM CANONUM RIGOREM ET EXTENSIONEM PAULULUM TEMPERAVERIT TUM RELATE AD CADAVERA QUAE SEPELIUNTUR, QUORUMQUE SEPULTURA EXCOMMUNICATIONEM INDUCEBAT, TUM RELATE AD PERSONAS CADAVERA ILLA SEPULTURAE MANDANTES.

EX PRIMO ENIM CAPITE POST PIANAM CONSTITUTIONEM CENSUI A NON CONTRAHITUR OB SEPULTA CORPORA HAERETICORUM QUORUMCUMQUE, VEL EIS CREDENTIUM, RECEPTATORNM, DEFENSORUM, FAUTORUM, VEL EORUM QUI USURAS MANIFESTE EXERCENT; SED UNICE OB SEPULTURAM ILLORUM QUI *sunt haer elici notorii, aut nominatim excommunicati, vel nominatim interdicti.* EX ALIO VERO CAPITE NON AMPLIUS II QUI SEPELIUNT, SED MANDANTES AUT COGENTES TANTUM NUNC EXCOMMUNICATIONE PERCELLUNTUR.

MANDANTES AUTEM HOC IN LOCO II TANTUM SUNT INTELLIGENDI QUI HABENT IMPERIUM, QUIQUE DE VI PUBLICA DISPONERE POSSUNT, UT PRAEFECTI, SYNDICI, PRAETORES ETC, NON AUTEM PRIVATAE PERSONAE, QUAE PIAEPOLENLER SEPULTURAM TALIUM PRAECIPIAM; CUM ENIM SEPULTURA, VEL SEPULTURAE EXCLUSIO IUS PUBLICUM CONSTITUAT, QUOD NONNISI AB HABENTE POTESTATEM VEL SPERNI VEL CUSTODIRI POTEST, IN IIS QUI AUCTORITATE CARENT MANDATUM IN CASU NEQUE CONCIPITUR.

QUOD ETIAM MANIFESTUM FIT EX EO QUOD MANDATUM, ET MULTO MAGIS COACTIO, SUPPONIT ET INDICAT OPPOSITIONEM EX PARTE ILLIUS QUI HABET CUSTODIAM SEPULCHRI, COEMETERII, VEL ECCLESIAE; HIC AUTEM CUM IUS SUUM EXERCEAT, NONNISI AB HABENTE POTESTATEM POSSET EO EXTURBATI, CUM SIN MINUS CUSTOS VIM PUBLICAM IN AUXILIUM ADVOCARE POSSET, ET ILLATAM VIM IURIDICE REPELLERE.

DISTINCTIONE HINC OPUS EST UT EA INTELLIGANTUR QUAE IN HUNC LOCUM PROFERT CL. DE VARCENO. «SUB-
» IICIUNLUR, SCILICET, HUIC EXCOMMU-
» NICALIONI TANTUM QUI MANDANT VEL
» COGUNT TRADI ECCLESIASTICAE SEPUL-
» TURAE, ID EST TAM LAICI, QUAM GLERI-
» EI, TAM VIRI QUAM FOEMINAE IUBEN-
» TES HAERETICOS ETC. TUMULARE; QUIA
» TEXTUS GENERALITER LOQUITUR: *Compendium Theologiae moi alis Tom. 2. pag. 499, n. 4.* SI ENIM EOS OMNES INTER MANDANTES RECENSEAT QUI POTESTATE DESTITUUNTUR, REPUDIANDA SENTENTIA VIDETUR. NEQUE QUIDQUAM DIFFICULTATIS INFERT QUOD LEX GENERALITER LOQUATUR, ETENIM ET GENERALIS ERIT ETIAMSI DE OMNIBUS MANDANTIBUS POTESTATEM HABENTIBUS IN EA SERMO HABEATUR, FUERINT HI CLERICI VEL LAICI, VIRI VEL FOEMINAE; LEX, INQUAM , GENERALIS ERIT NON ABSOLUTE, SED RESPECTIVE, QUATENUS COMPLECTATUR IN UNIVERSUM CLASSEM ILLAM PERSONARUM, QUAE POTESTATEM

HABENT; CUIUS REI NON UNUM EXEMPLUM IN PIANA ADEST CONSTITUTIONE.

UTIQUE CL.DE VARCENO AFFERRE POSSET CASUM VIRI ALICUIUS POTENTIS, QUI SERVIS SUIS MANDARET SEPELIRE SECRETO IN ECCLESIASTICA SEPULTURA HOMINIS INTERDICTI CADAVER; QUO IN CASU HABEREMUS MANDATUM HOMINIS POTESTATEM IURIDICAM NON HABENTIS. ATTAMEN HIC CASUS NON ESSET IDEN» TICUS CUM PIANA PROSCRIPLIONE, QUA PROHIBETUR PUBLICA INTERDICTI CADAVERIS IN LOCO ECCLESIASTICO TUMULATIO; OCCULTA AUTEM ET PRAESERTIM CLANCULARIA NEQUE SCANDALUM INDUCIT, NEQUE LOCI SACRI INTERDICTUM, NEQUE ILLUM ECCLESIASTICAE POTESTATIS CONTEMPTUM, QUI LEGE COERCERI VULT. EX S. ALPHONSO *Theol. Mor. Lib. Vi. n. 364.* DEINDE EX LEGE PERCIPIMUS, MANDATUM EIUSMODI AB EO FERRI DEBERE QUI POTEST PUBLICAM SACRI LOCI VIOLATIONEM INFERRE CUM LEX DE COMMUNI ET PUBLICA SEPULTURA LOQUATUR; VERBA AUTEM LEGIS AD EUM SENSUM COARCTANDA SUNT QUI EX CONTEXTU DEPREHENDITUR; NON ENIM IN ABSTRACTO, SED IN CONCRETO VERBA LEGIS ACCIPIUNTUR; HINC CUM EIUSMODI MANDATUM IN CASU POTENTIS VIRI, DE QUO SUPRA, CONCIPI NON POSSIT, IN RE AFFERRI NON DEBET. DEMUM, POTIUS COACTIO, QUAM MANDATUM, EIUSMODI PRAECEPLIO VOCARI POSSET.

DE CETERO HAC IN RE COMMENTATORUM NONNULLI NIHIL DECERNUNT, ALII SENTENTIAM NOSTRAM CONFIRMANT, PATAVINUS *n. 354:* MANDANT, INQUIT, II QUI AUCTORITATE QUA POLLENT ADHIBITA, IUBENT ALIQUEM SEPELIRI IN LOCO SACRO. AUCTORES *de la Nouvelle Revue Théologique Tom. Xi, Num. IV.* MANDANTIUM NOMINE INTELLIGUNTUR, QUI AUCTORITATE qua POLLENT, INTERDICTORUM SEPULTURAM IN LOCO SANCTO PRAECIPIUNT. (1) IDIPSUM VERO SENTIUNT DEL VECCHIO IN NOTIS AD THEOLOG. MOR. SCAVINI *Tom.l.pag. 720, num. 907.* NINZATTI *Theologici Moralis Tom.2, pag. 377. n. 1749.*

Cogentes AUTEM II SUNT DICENDI QUI ALIOS PHYSICE VEL MORALITER IMPELLUNT AD SEPELIENDA IN LOCO ECCLESIASTICO ILLORUM CADAVERA QUI SEPULTURA INTERDICUNTUR. HI PORRO POSSUNT ESSE TUM PRAEFECTI, TUM HOMINES POTESTATE DESTITUTI. ILLI QUIDEM PHYSICE ET MORALITER; HI PHYSICE TANTUM, ET QUANDOQUE ETIAM MORALITER, SI TANTA IN REGIONE POTESTATE FRUANTUR, TANTUMQUE TIMOREM INGERANT, UT EIS STET PRO RATIONE VOLUNTAS, ET II QUI IMPEDIRE VELLENT, CEDERE AUT VI, AUT GRAVIS DAMNI METU, COMPELLANTUR. *Cogere,* INQUIT BONACINA, *idem est ac per vim et metum gravem* INIUSTE INDUCERE. *De excomm. in part. extra Bullam Coenae Q. U. punct. U. n. U. Col. U, pag. 156. Edit. Lugd. 1646.*

MANDANTES AUTEM ET COGENTES TANTUM NUNC EXCOMMUNICATIONE MULTÁNTUR, NON AUTEM QUI INTERDI-

(1) Sous la dénomination de mandantes sont compris ceux qui, en vertu de l'autorité dont ils sont revêtu, ordonnent d'enterrer quelqu'un dans le lieu saint,

HORUM CADAVERA AD SEPULTURAM < OMITANTUR, NON QUI FOVEAM EXCAVANT, NON QUI SEPELIUNT. ETENIM QUAMVIS hi NISI GRAVIS MALI TIMORE exciis NLUR, GRAVITER PECCENT E ;:''Miimnn' C ITIDNEM LAMEN non CONTRAHUNT, CUM SUB MANDANTI UM ET LUGENTIUM NOMINE NON COMPREHEN DANTU R.

ATTAMEN QUIS POTESTATEM HABENS MANDARE POSSET UT ALICUIUS NOTORII HAERETICI AUT NOMINATIM EXCOMMUNICATI ET INTERDICTI CADAVER SEPULTURAE ECCLESIASTICAE TRADATUR; MANDATAM AUTEM AB SEPULTURAE CUSTODIBUS REPULSI, MANDATUM EXEQUI NON POTUERINT, PRAEFECTUS HINC CUSTODES VI COGAT, ET INTERDICTUM CADAVER SEPULTURAE COMMITTITUR. NUM NE DUPLICEM EXCOMMUNICATIONEM INCURRIT ?

NON PUTAMUS. TEXTU, ENIM LEGIS EXIGIT UT AD EXCOMMUNICATIONEM INCURRENDAM INTERDICTI HOMINIS CADAVER SEPULTURAE ECCLESIASTICAE DEMANDETUR. *Mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticae sepulturae.* PORRO MANDATUM EXECUTIONI COMMISSUM NON FUIT, OB ILLUD ERGO MANDANS EXCOMMUNICATIONEM NON INCURRIT: ILLAM IGITUR CONTRAXIT UT COGENS. DEINDE QUAMVIS ET MANDATUM ET COACTIO SIMUL PRAECESSERINT, CUM TERMINUS ACTIONUM, OB QUAS EXCOMMUNICATIO CONTRAHITUR, UNUS SIT, ECCLESIASTICA SCILICET SEPULTURA; UNA TANTUM EXCOMMUNICATIO INCURRITUR. AD DUPLICEM EXCOMMUNICATIONEM HINC INCURRENDAM NECESSARIUM ES SET UT PRIMUM RATIONE MANDATI INTERDICTUM CADAVER SEPULTURAE ECCLESIASTICAE DEMANDATUM FUISSET; ATQUE CUM ILLUD DEINDE A CUSTODIBUS EXLUMULATUM FUERIT, QUI MANDAVIT COACTIONE UTATUR, ET ITERUM IN ECCLESIASTICO SEPULCHRO CADAVER ILLUD RECONDATUR, HOC ENIM IN CASU DUPLICIS ACTIONIS DUPLEX TERMINUS HABETUR, BINA SCILICET LUMULATIO; IDEOQUE DUPLEX EXCOMMUNICATIO.

II. MANDANTES ET COGENTES, UT DIXIMUS, OB ECCLESIASTICAM INTERDICTUM CADAVERUM SEPULTURAM EXCOMMUNICATIONEM INCURRUNT.

PORRO SEPULTURA TRIPLICITER IN IURE ACCIPITUR. 1. PRO IURE SEPELIENDI MORTUORUM CADAVERA. 2. PRO IPSO LOCO IN QUO CADAVERA SEPELIUNTUR. 3 PRO ACTU, RITU SEU OFFICIO LITURGICO QUOD INTIMANDIS SEU SEPELIENDIS CADAVERIBUS ADHIBETUR. CUM PIANI CAPITIS TEXTUS LOQUATUR DE SEPULTURA ECCLESIASTICA, CUI INTERDICTORUM QUORUMDAM CADAVERA MANDATO AUT VI TRADUNTUR, MANIFESTUM EST, IN EO SERMONEM HABERI DE SEPULTURA SECUNDO MODO ACCEPTA; HINC DIRENI PIAM ESSE QUAESTIONEM, ILLAM, QUAE IN VETERI IURE A CANONISTIS AGITABATUR; AN ETIAM PRO OFFICIO LITURGICO INTERDICTO CADAVERI PERSOLUTO EXCOMMUNICATIO INCURRERETUR ; CUM ENIM PII PAPAE IX LEX POENALIS SIT, IN QUA VERBA STRICTO SUNT SENSU ACCIPIENDA, NON LICET NOMEN SEPULTURAE AD ALIA EXTENDERE, AD QUAE SIGNIFICANDA IN VETERI IURE ASSUMEBATUR.

ADDIMUS ET IN IURE VETERI OPINIONEM PROBABILIOREM VEL AEQUE

PROBABILEM ILLAM FUISSE, QUAE AD UNUM LOCUM, QUANDO AGEBATUR DE EXCOMMUNICATIONE INCURRENDA, SEPULTURAE NOMEN COARCTABAL; CUM AUTEM PIANAE LEGIS FINIS SIT CENSURAS LIMITARE, PRAESUMENDUS NON EST LE GISLCITOR HOC IN CAPITE ILLAS VOLUISSE MULTIPLICARE ET EXTENDERE.

UT ALIQUID DE RE DICAMUS; S. ANTONINUS SUMMA THEOLOGICA *part.III, tit. 24, cap.* 5 AFFIRMABAT, EXCOMMUNICATIONEM INCURRÍ TUM AB SEPULTURAM PROPRIE DICTAM, TUM OB OFFICIUM LITURGICUM: « VULT DICERE » LITERA ISTA, QUOD TALI UM CADAVERA » NON DEBENT IN COEMETERIO ECCLE» SIASTICO TUMULARI, NEC ALIBI AD MO» DUM CHRISTIANORUM. »

EAMDEM SENTENTIAM PROPUGNABAT P. ANGELUS DE CLAVASIO; *Summa Angelica, V. Excommunicatio, VII, eas. 28, n. 1.* INTERROGANTI ENIM. *Quid eat tradere ecclesiasticae sepulturae?* ITA RESPONDET: « EST » TALIUM (I N LEI DICTORUM) CADAVERA » IN COEMETERIO TUMULARE, VEL E» LIAM ALIBI AD MODUM CHRISTIANO» RUM CUM PSALMIS EI ORATIONIBUS » AD SEPULTURAM DEDUCERE. »

SCHMALZGRUEBER, *ius Eccl. Un\ versum Part. III. Tit. XXVIII,* N. 55 EIDEM SENTENTIAE ADHAERET: « REQUIRITUR, INQUIT, UT IN LOCO SA» ERO SEPELIVERINL. HINC EXCOM» MURIICATIONEM NON INCURRUNT, QUI » EIUSMODI CORPORA SEPELIUNL IN LOCO » PROFANO; QUOD PROBABILIUS VE» RUM EST, ETIAMSI LO US ILLE SIT » VICINUS, VEL CONTIGUUS ECCLESIAE, V AUT COEMETERIO... EXCIPITUR NISI » AD EIUSMODI LOCUM EFFERAT UR CUM » POMPA FUNEBRI ET CAEREMONIIS » ECCLESIASTICIS; CUM ENIM POMPA » FUNEBRIS ORDINETUR AD SEPULTURAM » ECCLESIASTICAM, DUM HAC PRIVANTUR » EXCOMMUNICATI, ETIAM ILLA PRIVATI » CENSENTUR. »

ALTERIUS *Disputationes de censuris ecclesiasticis lib. 1 disp. XIV. cap. 2. tom. 1. pag. Ib6.* AD EIUSMODI SENTENTIAM PIOPUGNANDAM RATIONEM AFFERT IGNOMINIAE ET DEDECORIS, QUO ECCLESIA VULT EX. GR. HAERETICUM AFFICERE, EUM LITURGICO OFFICIO PRIVANDO: « ACCEDIT, SCRIBIT, » QUOD HAEC PROHIBITIO ECCLESIASTI» EAE SEPULTURAE IMPOSITA EST IN » IGNOMINIAM ET DEDECUS HAERETICI; » AT NON MINORI HONORE AFFICIUNTUR » DEFUNCTI, SI ADHIBITIS SACRIS EAE» REMONIIS ET SOLEMNITATIBUS, CHRI» STIANORUM MORE AD SEPULTURAM » DEFERANTUR, QUAM SI IN ECCLESIA » TUMULENTUR. IGITUR EXISTIMANDUM » EST ECCLESIAM AEQUALI POENA ILLUD, » SICUT HOC, INTERDICERE VOLUISSE IN » SIGNUM PERPETUAE DAMNATIONIS. »

ATTAMEN SENTENTIA COMMUNIOR ET VERIOR ETIAM IN ANTIQUO IURE ERAT OB SOLAM ECCLESIASTICAM SEPULTURAM STRICTO SENSU ACCEPTAM EXCOMMUNICATIONEM CONTRAHI; QUAE SENTENTIA ARGUMENTÓ PRAESERTIM INNITEBATUR DESNMPTO EX VERBIS LEGIS, QUAE SEPULTURAE NOMINE LOCUM INDIGITANL, NON PRECES, NON LITURGIAM. PRO OMNIBUS AUDIAMUS PASSERINI, QUI *Commentaria in libros sexti Decretalium lib. Y de haereticis, cap. Il,* ä. *4.* ITA PERBELLE SCRIBIT. « HIC

» SUINI IUR SEPULTURA IN HAC TERTIA
» ACCEPTIONE , UT SIGNIFICAT LOCUM
» DEPUTATUM AD FIDELIUM SEPULTU-
» RAM, QUEM LOCUM CARERE PERPE-
» TUA SEPULTURA VULT PONTIFEX, SI IN
» EO SIT SEPULTUS HAERETICUS, ET IDEO
» IN TEXTU NOMINE LOCI INTELLIGITUR
» COEMETERIUM... ET IDEO HANC EX-
» COMMUNICATIONEM INCURRIT QUI
» DEM QUI IN LOCO SACRO SEPELIT
» HAERETICUM, ETIAMSI SINE PSALMIS
» ET ORATIONIBUS ID FACIAT; QUIA LO-
» CUS SACER EST, QUI PRIMO ET PRIN-
» CIPALITER INTERDICITUR HAERETICIS,
» ET QUEM PRINCIPALITER IMPORTAT
» ECCLESIASTICA SEPULTURA. RITUS ENIM
» PSALMORUM ET ORATIONUM PERTI-
» NET AD MODUM SEPELIENDI, SED
» SEPULTURA ECCLESIASTICA IMPORTAT
» ECCLESIASTICUM SEPULCHRUM, QUOD
» EST LOCUS AB ECCLESIA DEPUTATUS
» AD SEPELIENDUM, SIVE SIT COEME-
» LERIUM, SIVE ECCLESIA, QUAE MO-
» DO EST LOCUS ETIAM AD SEPULTURAM
» FIDELIUM DEPUTATUS, ET SIVE COE-
•» METERIUM SIT PROPE ECCLESIAM,
» SIVE PROCUL. »

EIUSMODI SENTENTIAE FUIT ELIAM BONACINA, UT SUAREZ, DEI BENE, A-LIOSQUE PRAETERMITTAMUS, QUI *de Ex comm- in part. extr. Bullam Coenae.* DISP. IL, QUAEST. II, PUNCT. 30, N. 3 SCRIBIT: « DICO, NOMINE *sepul-*
» *iurae Ecclesiasticae* INTELLIGI SE-
» PULTURAM IN LOCO SACRO, IN QUO
» RELIQUI FIDELES SEPELIRI SOLENT. EX
» QUO SEQUITUR, NON ESSE VETITUM
» SEPELIRE IN LOCO PROFANO. ADDO,
» EUM QUI IN LOCO PROFANO ALIQUEM
> EX PRAEFATIS SEPELIT, NON AFFICI EX-
» COMMUNICATIONE HUIUS CAPITIS, E-
» TIARNSI FORTE INTER SEPELIENDUM ALI-
» QUAS ORATIONES RECITET,VEL ADHIBEAT
» ALIAS SOLEMNITATES ET CAEREMONIAS
» ECCLESIASTICAS; HAEC ENIM NON DICI-
» TUR ECCLESIASTICA SEPULTURA. »

NEQUE ADDUCTAE AB ADVERSAE SENTENTIAE PATRONIS RATIONES ALIQUID PROBANT; QUOD ENIM AFFIRMAT SCHMALZGRUEBER, POMPAM FUNEBREM ORDINARI AD SEPULTURAM ECCLESIASTICAM, IDEOQUE INTERDICTOS CENSENDOS ESSE ETIAM ILLA PRIVATOS, UTIQUE DEMONSTRAT HUIUSMODI HOMINUM EXUVIAS NON ESSE CUM LITURGICO OFFICIO AD SEPULTURAM DEFERENDAS, ET ILLUD PERSOLVERE ETIAM ESSE AB ECCLESIA PROHIBITUM, AT NULLO MODO PROBAT LITURGICUM OFFICIUM PERSOLVENTES HANC EXCOMMUNICATIONEM INCURRERE; AUT SIN MINUS NON VIDEMUS QUOMODO DUPLEX EXCOMMUNICATIO EVITARI POSSET , UNA QUIDEM PRO PERSOLUTA ECCLESIASTICA LITURGIA, SI ETIAM PRO HAC EXCOMMUNICATIO INCURRITUR, ALIA PRO EXHIBITA SEPULTURA ECCLESIASTICA, PRO QUA CERTE INCURRUNT TRANSGRESSORES EXCOMMUNICATIONEM; UTRAQUE ENIM ACTIO DISTINCTA EST. NEQUE QUIS SUBSUMAT, OFFICIUM FUNEBRE IN CASU, ET SEPULTURAM VELUTI UNAM ACTIONEM SPECTANDAM ESSE ; PRIMO ENIM HOC FALSUM EST EX SUPPOSITIONE; INCURRITUR ENIM IN PROPOSITO CASU EXCOMMUNICATIO UNIUS PERSOLUTAE ECCLESIASTICAE LITURGIAE CAUSA QUOMINUS CADAVER SEPELIATUR IN LOCO PROFANO; ACTIO IGITUR HAEC COMPLETA IN GENERE SUO PUTANDA EST. DEINDE SI UT UNA ACTIO SPECTANDA EST, QUA DE CAUSA PRO

UNA EIUS PARTE EXCOMMUNICATIO CONTRAHI POTEST? EXCOMMUNICATIO ENIM EXIGIT ACTIONEM COMPLETAM

NUTAT PARITER ALIA AH ALTENO ADDUCTA RATIO INDE'PETITA, QUOD HONOR INTERDICTO CADAVERI REDDERETUR, DUM ECCLESIA IN HAERETICORUM DEDECUS ET IGNOMINIAM EIS OFFICIA PERSOLVENDA INTERDIXERIT. QUOD QUIDEM VERUM EST; ATTAMEN QUAESTIO NON ESI, AN ECCLESIA IUSTA FUNEBRIA HAERETICIS PERSOLVI INTERDIXERIT, DE HOC ENIM NON QUAERIMUS ; SED AN ILLA SUB EXCOMMUNICATIONE PROHIBUERIT; HOC ENIM PROBANDUM ERAT AB ALTERIO, ET PROBATUM NULLO MODO FUIT; CUM AUTEM LEX LOQUATUR DE SEPULTURA, SEPULTURAE NOMINE LOCUS PROPRIE INTELLIGATUR QUO CADAVERA RECONDUNTUR, LEX AUTEM ODIOSA SIT ET STRICTO SENSU INTERPRETANDA, EX QUO SUB EXCOMMUNICATIONE HAERETICOS IN LOCO SACRO SEPELIRE INTERDICTUM FUERIT, NON SEQUITUR INTERDICTUM ELIAM SUB EXCOMMUNICATIONE FUISSE EIS FUNEBRIA UTCUMQUE PERSOLVERE; HOC ENIM IN CASU LEX EXTENDERETUR. CONCEDIMUS UTIQUE, DENEGANDO HAERETICORUM CADAVERIBUS SACRAM LITURGIAM EIS ECCLESIAM VOLUISSE IGNOMINIAM ET DEDECUS INFERRE; AT PRIMUM HAEC EST RATIO LEGIS; RATIO AUTEM LEGIS NON EST LEX; DEINDE EST UNA E RATIONIBUS LEGIS ; PRAECIPUA ENIM, NI FALLIMUR, EST NE LOCUS SACER POLLUATUR, ET UT FIDELES SACRO HORRORE PERCELLANTUR DUM CADAVERIBUS EORUM QUI EXTRA ECCLESIASTICAM COMMUNIONEM DECEDUNL, QUAELIBET SACRA CAEREMONIA NEGATUR; HAE AUTEM RATIONES OPTIME CONSISTUNT CUM UNICA PRIVATIONE SEPULTURAE ECCLESIASTICAE. SED IN UTROQUE CASU SIT RATIONIS PARITAS. NONNE CANON EST, NON ESSE LICITUM LEGEM ODIOSAM DE CASU IN CASUM EXTENDERE NEQUE AB RATIONIS PARITATEM ? « R:ITIO » LEGIS, INQUIT SCHMALZGRUEBER *Jus » Can. Univ. lib. 1. Tit. Il, n. 48.* » NON EST LEX. ERGO ETIAMSI IN ALIO » CASU EADEM MILITARET RATIO, ADHUC » NON SEQUERETUR ESSE DE ILLO LE- » GEM; QUIA OPTIME POTEST LEGISLA- » TOR DE UNO DISPONERE, ET NON DE » ALIO, VEL QUIA NON VULT, VEL QUIA » NON EXPEDIT OMNIA SIMUL PROHI- » BERE ».

DE CETERO ET IN VETERI IURE ADEO APERTA LEX ERAT QUOD SEPULTURAE NOMEN DE LOCO INTELLIGENDUM ESSET, UT NON INTELLIGAMUS QUOMODO AD ALIA EXTENDI POTUERIT. ALEXANDER IV ENIM DIXERAT : *quicumque haereticos... praesumpserint ecclesiasticae tradere sepulturae:* BENEFICIUM ABSOLUTIONIS PRAESUMENTES IMPETRARE NON POSSE PRAESCRIBIT, NISI *propriis manibus publice extumulent* ET *proiiciant eiusmodi corpora damnatorum;* INSUPER *locus ille perpetuo careat sepultura;* HAEC QUOMODO AD FÚNEBRES CAEREMONIAS APPLICARI POSSINT PRORSUS NON VIDEMUS.

CLEMENTIS V VERBA NON MINUS CLARA SUNT: *Eos,* INQUIT... *qui... in caemeleriis.. . excommunicatos.. . scienter sepelire praesumant.* ATQUE DE PRECIBUS, DE SACRA LITURGIA, ALIISQUE HIÑEREIS HONORIBUS NE VERBUM QUIDEM FACIT. DE UNICA IGILUI

sepultura proprie dicta et in veteri iure sermo erat; consequenter etiam in novo iure lex de eadem sepultura proprie dicta est intelligenda

Porro Sepultura pro loco accepta definitur: *Locus auctoritate Episcopi benedictus, in quo cadanera catholicorum pie decedentium sepeliuntur.*

Ex praemissa vero definitione illico exurgit quaestio; an benedictio Episcopi necessario requiratur ut sepultura veluti ecclesiastica haberi possit, et lata excommunicatio incurra tur, vel ad hanc incurrendam satis sit ut interdictorum cadavera sepeliantur in loco quo fideles sepeliri solent, quamvis ab Episcopo non fuerit benedictus?

Antequam respondeamus, proposita quaestio ab nonnullis aliis quaestionibus, claritatis causa, est secernenda.

Et 1 si sepultura intus in Ecclesia vel Paioeciali vel alia sit, nullum dubium esse potest, quin inibi sepeliri nullo pacto possint interdictorum cadavera, fuerit, nec ne, sepultura benedicta; constituit enim in casu partem Ecclesiae, quae necessario benedicenda saltem est, antequam in ea divina celebrentur mysteria; Accedit quod cum in Ecclesia missae celebrentur, quamvis sepultura benedicta non sit, per Missarum celebrationem in Ecclesia sacra efficitur « Nisi missae in caemelerio celebrarentur, inquit Baruffaldi *Comment, ad Rit. Rom. Tit. 34. n. 153.* quia in hoc casu, quamvis coemeterium benedictum non sit, attamen pro loco sacro habetur, quia ex Missarum celebratione sacer efficitur, ac religiosus; adeo ut nefas sit, quod in ,eo corpus excommunicati sepeliatur. »

2. Si ad sepelienda cadavera fidelium destinatum sit coemeterium, atque in eo pars aliqua existat non benedicta, utpote destinata ad eos sepeliendos, quos sepultura ecclesiastica privat Ecclesia, si cadaver interdictum in ea parte sepeliatur, nec locus sacer polluitur, nec ullum peccatum committitur, nec excommunicatio ulla incurritur, quia nulla lex ecclesiastica violatur.

3. Ut Coemeterium veluti locus sacer spectari possit debet ad hoc ab Episcopo destinari ; nulla enim benedictionis vel sanctitatis nota inesse loco potest, qui ab eo qui nullam habet benedicendi vel consecrandi potestatem ad aliquid destinatus sit « Prima conditio, inquit Passerini *De hominum statibus et Officiis Tom. II, quaest. 187, art. 4, n. 55.*, scilicet deputatio, est omnino necessaria, nec ex eo losus erit sacer, quod ibidem fidelium cadavera sint sepulta, si ad id ab Episcopo locus non est deputatus. »

Schmalzgrueber *Ius Can. Univ. lib. 3. tit. XXVIII, n. 1.* « Ut locus aliquis ob sepulturam corporis humani ibidem factam, iure et privilegiis loci sacri ac re-

» LIGIOSI GAUDEAT, NON SUFFICIT QUOD » PRIVATA, SED REQUIRITUR UT PUHLI- » EA EPISCOPI AUCTORI TALE AD FIDE- » BUM SEPULTURAM SIT DEPUTATUS. »

THESAURUS *De poenis ecclesiasticis, V. Sepulchri violatio, cap. 1.* « HODIE DE IURE CANONICO LOCUS NON » EFFICITUR SACER, NISI AUCTORITATE E- » PISCOPI FUERIT DEPUTATUS AD SE- » PULTNRAM FIDELIUM. UNDE CUM A- » LIAS NON SIT LOCUS SACER, EST ADHUC » IN COMMERCIO HOMINUM ET POTEST » VENDI... SI AUTEM FUERIT LOCUS » AUCTORITATE EPISCOPI DEPUTATUS, » TUNC EST LOCUS SACER, ET NON EST » IN COMMERCIO HOMINUM , NEQUE » ACQUIRI, NEQUE POSSIDERI AB ALIQUO » LAICO POTEST. »

EX QUIBUS, UT ALIOS AUCTORES PRAETERMITTAMUS , DEMONSTRATUM APPARET, AD HABENDUM COEMETERIUM UTI SACRUM , NECESSARIAM OMNINO ESSE EPISCOPI SIVE ORDINARII DESTINATIONEM. QUA DE CAUSA SI LOCUS AD SEPELIENDA FIDELIUM CADAVERA AB POTESTATE CIVILI DEPUTATUS SIT, NULLAQUE FUERIT BENEDICTIONE MUNITUS, LOCUS ILLE NULLO IURE UTI SEPULTURA ECCLESIASTICA SPECTARI POSSET.

AN AUTEM SOLA DESTINATIO EPISCOPI SATIS SIT AD CONSTITUENDAM ECCLESIASTICAM SEPULTURAM NUMERIS OMNIBUS ABSOLUTAM , EI CONSEQUENTER AD HANC EXCOMMUNICATIONEM INCURRENDAM, VEL REQUIRATUR NECESSARIO ETIAM BENEDICTIO, INFERIUS EXPENDEMUS.

INTEREA ILLUD AFFIRMAMUS, IN LOCO NON SACRO INTERDICTUM ESSE FIDELIUM CADAVERA SEPELIRE. « NEMO » CHRISTIANUS, INQUII RITUALE ROMA- io NUM, *De exequiis lit. 34.* IN EOM- » MUNIONE FIDELIUM DEFUNCTUS EXTRA » ECCLESIAM, AUT COEMETERIUM RITE » BENEDICTUM SEPELIRI DEBET. SED SI » NECESSITAS COGAT, EX ALIQUO EVEN- » TU, ALIQUANDO AD TEMPUS ALITER FIE- » RI, CURETUR, UT QUATENUS FIERI POL- » ERIT , CORPUS IN LOCUM SACRUM » QUAMPRIMUM TRANSFERATUR; ET IN- » LERIM SEMPER CRUX CAPITI ILLIUS » APPONI DEBET AD SIGNIFICANDUM » ILLUM IN CHRISTO QUIEVISSE. »

ATTAMEN SI IN EODEM COEMETERIO OMNES INDISCRIMINATIM SEPELIANTUR, EI FOVEAE QUO FIDELIUM CADAVERA RECONDNNIUR TOTIES QUOTIES BENEDICANTUR, NULLA LEGI ECCLESIASTICAE FIT INIURIA, NEQUE ULLA INCURRITUR EXCOMMUNICATIO , QUANTUMVIS EXCOMMUNICATI ET HAERETICI ILLI SINT QUI M EO SEPELIUNTUR; HINC ENIM LOCUS GENERALITER NON EST DESIGNATUS AB EPISCOPO, SED TANTUM PARTICULARITER; ILLINC CUM INTERDICTORUM FOVEAE VEL LOCA NON BENEDICANTUR; IN LOCO NON SACRO NEQUE AB ECCLESIASTICA AUCTORITATE DESTINATO, SEPELIRI CENSENDI SUNI.

CONTINGERE TAMEN CASUS POTEST QUOD IN EADEM FOVEA BENEDICTA HAERETICUS NOTORIUS SEPELIATUR; IDQUE MANDANTES AUT COGENTES SCIANT; NUM NE EXINDE EXCOMMUNICATIONEM INCURRUNT ?

NEGATIVE RESPONDENDUM ESSECENSEMUS. DUPLICIS ENIM GENERIS BENEDICTIONES DISTINGUUNTUR. ALIAE DICUNLU. *consecratione* AUT *constitutivae* QUAE EPISCOPIS RESERVATAE SUNT,

quasque s mplices Presbyteri impertiri non possunt, nisi de Episcopi auctoritate; aliae vero *invocativae,* quas Sacerdotes quilibet impertiri possunt: primae quemdam sacrum characterem obiecto tribuunt, illudque inter res sacras collocant; non ita vero benedictiones *invocativae,* quibus protectionem divinam aut specialem aliquem divinum favorem in obiectum, quo fideles uti volunt, Sacerdotes adprecantur, ut eo sine ullo animae vel corporis periculo utantur; ita sunt ex. gr. benedictiones coronarum, candelarum etc.

Porro Coemeterii benedictio Episcopis reservatur, (1) eaque peragi ab simplici Presbytero potest de mandato tantum Episcopi; qua de causa benedictio eiusmodi est consecrativa, et locum sacrum efficit; e contra fovearum benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest, sine ullo Episcopi mandato; hinc *invocativa* censetur et est; (2) quod etiam patet ex diversitate precum quae in eiusmodi benedictionibus adhibentur, seu ipsarum benedictionum differentia. (3) Cum itaque, ut propositam quaestionem absolvamus, fovearum benedictio *consecrativa* non sit, neque locum sacrum efficiat, per iniectionem in ea interdicti cadaveris , non polluitur, neque hinc ulla excommunicatio in curritur.

Verum in coemeterio quolibet, etiam non benedillo ab Episcopo catholicarum familiarum monumenta et sepulchra existunt, in quibus illius familiae defuncti recondunlur: quid ergo si in illis aliquis sive dome^licus, sive haereticus extraneus sepelietur?

Ex dictis profecto responsio patet: Si enim sepulchrum illud ab Episcopo benedictionem accepit, cum sacrum evaserit, excommunicatio ab illis incurritur, qui in eo haeretici vel interdicti cuiusvis cadaver recondunt; si vero a simplici Sacerdote benedictum fuerit, cum

(1) Porro quod Coemeteria ab Episcopo benedictionem reciperent, habemus ex saeculo VI testimonium apud S. Gregorium Thuronenscm Episcopum, *De Gloria Confessorum Cap. 106* qui cum rogasset Abbatissam Monasterii Pictaviensis ut terrae committeret Radegundam Reginam, illa respondit: *Quid* faciemus, si Episcopus urbis non adveneiit? Quia locus ille, in quo sepeliri debet, non est sacerdotali benedictione saeratus? Tunc cives et reliqui viri honorati, qui ad exequias beatae reginae convenerant imperant parvitati meae , dicentes : Praesume de charitate fratris tui, et benedic altare illud. Confidimus enim de eius benevolentia, quod molestimi non ferat si feceris, sed magis giatiam referat. Praesume, precamur, ut caro sancta sepulturae reddatur. Et sic ab illis iniunctus, altare in cellula ipsa sacravi. *Migne Patrol. Lat. Tom. 71. col. 906.* Ex hoc porro testimonio intelligimus, coemeteria et sacrari debuisse, et in eis altare fuisse, quo pro defunctis sacrum litaretur.

(2) Cf. Suarez *De religione Tract. III. lib. IV. cap. XIV. n. 1.* Quarti *Tractatus de Sacris benedictionibus, nn. 3, 4.* aliosque.

3) Cf. eruditissimas Ephemerides Gallicas *Nouvelle Revue Théologique Tom. XI. paci. 388, et alibi.*

RES SACRA NON EVASERIT, EXCOMMUNICATIO NON INCURRITUR.

HISCE AUTEM PRAEMISSIS AD PROPOSITAM QUAESTIONEM ENUCLEANDAM ACCEDIMUS.

IN DIVERSAS PORRO PARTES TUM ANTIQUI TUM RECENTIORES ABEUNT. ANTIQUOS INTER SUAREZ, BONACINA, ALIIQUE QUOS RECENSEBIMUS, CONTENDEBANT, UNICAM EPISCOPI DESTINATIONEM SATIS FUISSE AD HABENDUM CAEMETERIUM UTI SACRUM, CONSEQUENTER SI QUI IN LOCO AB EPISCOPO DESTINATO SEPELIISSENT INTERDICTAS ALICUIUS EXUVIAS, REBANTUR AB EIS EXCOMMUNICATIONEM FUISSE INCURSAM : « EX QUA (GLOSSA), INQUIT SUAREZ DE *Censuris Disp. XII, Sect. IV,* » *n. 6.* ULTERIUS COLLIGI POTEST, LO» CUM DEPUTATUM AUCTORITATE EPI» SCOPI, VEL UT IN EO DIVINA OFFICIA » PERAGANTUR, VEL AD HOC TANTUM » UT IN EO SEPELIANTUR CORPORA FI» DELIUM, ETIAMSI ALIA BENEDICTIO» NE CONSECRATUS NON SIT, CENSERI » SACRUM QUOAD PRAESENTEM EFFE» CTUM , UT IN EO NON POSSIT EX» COMMUNICATUS SEPELIRI... QUIA IU» RA ABSOLUTE PROHIBENT EXCOMMU» NICATO ECCLESIASTICAM SEPULTURAM. » NON EST AUTEM DE RATIONE ECCLE» STICAE SEPULTURAE, UT LOCUS, IN QUO » FIT, SPECIALI BENEDICTIONE SIT CON» SECRATUS , SED SUFFICIT, UT ECCLE» SIAE, SEU PASTORUM EIUS AUCTORI» TALE AD ILLUD MUNUS DESTINATUS » SIT.

» UNDE ULTERIUS EXISTIMO IDEM » FORE DICENDUM, SI RECEPTA CON» SUETUDINE LOCUS ALIQUIS AD HOC » MUNUS SEPELIENDI FIDELES DESTINA» TUS SIT, ETIAMSI DE SPECIALI EP» SCOPI AUCTORITATE , SEU APPROHA» TIONE NON CONSTAT: TUM QUIA CON» SUETUDO VIM HABET LEGIS; TUM > ETIAM QUIA IBI INTERVENIT SALTEM » TACITA APPROBATIO PRAELATORUM EC» CLESIAE; TUM DENIQUE QUIA IPSO » USU TALIS FUNCTIONIS, QUAE MERITO » SACRA HABETUR, ET PROPTER RELIQUIAS » FIDELIUM QUAE IBI REPOSITAE SUNT, » ET PROPTER FUNERALE OFFICIUM QUOD » IBI PERFICITUR, LOCUS ILLE ALIQUO » MODO SACRA TUR, »

ITA UT PRO PRAESTANTISSIMO SUARESIO, IDEO LOCUS DESTINATUS, QUAMVIS NON BENEDICTUS , AB EPISCOPO SACER CENSERI DEBET ET EST, QUIA LOCUS ILLE EXISTIMANDUS EST SEPULTURA ECCLESIASTICA, AD CUIUS ESSENTIAM SPECIALIS BENEDICTIO NON REQUITUR.

QUIN IMO, IUXTA PRAESTANTISSIMUM AUCTOREM , SI LOCUS ILLE NEQUE AB EPISCOPO DESTINATUS FUERIT, SED OB CONSUETUDINEM RECEPTAM IN EO FIDELIUM CADAVERA SPELIANTUR, SEPULTURA ECCLESIASTICA CENSENDUS EST, TUM QUIA CONSUETUDO VIM HABET LEGIS, TUM QUIA INTERVENIT TACITA PASTORUM CONSENSIO, TUM QUIA SACRA LITURGIA QUAE IN SEPELIENDIS CADAVERIBUS PERAGITUR, LOCUM SACRUM EFFICERE CENSENDA EST.

EAMDEM AUTEM SENTENTIAM SEQUITUR BONACINA *De Censuris aliisque poenis ecclesiasticis disp. II, quaest. II, punct. III, § 3. n. 3.* « QUID INTELLIGATUR PER SEPULTURAM » ECCLESIASTICAM ? RESPONDEO INTEL» LIGI SEPULTURAM IN LOCO SACRO, ID

» EST II ECCLESIA, VEL COEMETERIO,
» VEL IA ALIO QUOCUMQUE LOCO AD
> SEPULTURAM, VEL ALIA DIVINA OFFI-
» CIA PERAGENDA DESTINATO AUCTORITA-
» TE EPISCOPI , VEL EX CONSUETU-
» DINE. »

QUIN IMO ALTERIUS *De Censuris Tom. Il, Disp. VI. Cap. 1. Col. 2. pag. 400* SCRIBIT: « AD CONSTITUEN-
di» DAM ECCLESIASTICAM SEPULTURAM,
» NON EST NECESSE, UT LOCUS SEPUL-
» IURAE SPECIALI BENEDICTIONE SIT
» CONSECRATUS, SED SUFFICIT UT EPI-
» SCOPI AUCTORITATE AD HOC MUNUS
» SEPULTUIAE SIT DESTINATUS. IMO
» IDEM DICENDUM VIDETUR, SI LOCUS
» ALIQUIS EX CONSUETUDINE LONGI
» TEMPORIS COMMUNITER RECEPTUS
» SIT PRO SEPELIENDIS FIDELIBUS ,
» QUAMVIS DE EXPRESSA EPISCOPI
» AUCTORITATE SEU APPROBATIONE NON
» CONSTET , QUIA CONSUETUDO VIM
» HABET LEGIS, ET IN HOC CASU IN-
» TERVENIT QUOQUE TACITA EPISCO-
» PI APPROBATIO, ET TANDEM PRO-
» PTER CADAVERA FIDELIUM QUAE IBI
» RECONDITA SUNT, ET CELEBRATIONEM
» OFFICII DIVINI QUAE IBI PERFICITUR,
» TALIS LOCUS ALIQUO MODO SACER VO-
» CARI POTEST. »

VERUM ALII INSIGNES SACRORUM CANONUM TRACTATORES AD HOC UT COEMETERIUM SACRUM HABERI DEBEAT, CONSEQUENTERQUE UTI ECCLESIASTICA SEPULTURA , BENEDICTIONEM EPISCOPI OMNINO REQUIRUNT.

SEPULTURA, INQUIT FERRARIS *in hanc Vocem n. 2* EST LOCUS AUCTORITATE EPISCOPI BENEDICTUS, IN QUO CADAVERA CATHOLICORUM PIE DECEDENTIUM SEPELIUNTUR; BENEDICTIO IGITUR INGREDITUR DEFINITIONEM SEPULTURAE ECCLESIASTICAE.

SEPULTURA , INQUIT REIFFENSTUEL, QUI IDENTICAM DEFINITIONEM TRADIT *Ius Can. lib. III tit. 28, n. 2.*, DICITUR LOCUS BENEDICTUS, QUIA QUAMVIS OLIM IPSA CORPORIS HNMATIONE, SEU PER IPSUM CORPUS HUMATUM SEU SEPULTUM LOCUS REDDERETUR RELIGIOSUS ET BENEDICTUS... HODIE TAMEN SPECIALITER AUCTORITATE EPISCOPI BENEDICI DEBET, AD HOC, UT DICI POSSIT SEPULTURA, UTI HABET GLOSSA COMMUNITER RECEPTA IN *Can. In ecclesiastico 14. cau. 13, q. 2. V Si terram, arg. cap. 4 de Religiös. Dom.*

BARUFFA IDI *Comment, in Rituale Rom. Tit. XXIV n. 153* « COE-
» METERIUM DEBERE ESSE LOCUM SA-
» CRUM„ NON AB OFFICIO SUO ITA FA-
» DUM, SED A BENEDICTIONE RITE ET
» RECTE ILLI DATA; NISI MISSAE IN COE-
» METERIO CELEBRARENTUR, QUIA IN HOC
» CASU, QUAMVIS COEMETERIUM BE-
» NEDICTUM NON SIT, ATTAMEN PRO
» LOCO SACRO HABETUR, QUIA EX MIS-
» SARUM CELEBRATIONE SACER EFFICITUR
» AC RELIGIOSUS, ADEO UT NEFAS SIT
» QUOD IN EO CORPUS EXCOMMUNI-
» CAII SEPELIATUR. »

TANTA VERO NECESSITATIS BARUFFALDUS BENEDICTIONEM SEPULTURAE ASSERIT, UT AFFIRMET EAM BENEDICENDAM ESSE ETIAMSI IN ECCLESIA IAM BENEDICTA CONSTRUATUR. « QUAMVIS EC-
» CLESIA IN QUA AEDIFICATUM SIT SEPUL-
» CHRUM, BENEDICTA IAM FUERIT, VEL
» CONSECRATA , NIHILOMINUS RATIONE

» NOVAE MATERIAE ADHIBITAE IN AEDI-
» FICALIONE SEPULCHRI, HOC BENEDICI
» DEBET, QUIA LOCUS MUTAT MATERIAM
» ET USUM. » *Tit. 36, n. 168.* HIS VERO ACCEDUNT ALII NEQUE PAUCI, NEQUE INTIMAE NOTAE AUCTORES.

UT VERO INTER ANTIQUOS, ITA CONTIGIT INTER COMMENTATORES PIANAE CONSTITUTIONIS, QUORUM ALIIAFFIRMANT NECESSARIAM ESSE SEPULTURAE ECCLE SIASTICAE BENEDICTIONEM AD HOC UT EXCOMMUNICATIO INCURRATUR, ALII VERO CONTENDUNT SATIS AD EAM INCURRENDAM ESSE, SI LOCUS SEPULTURAE DESTINATUS AB EPISCOPO FUERIT.

HANC SENTENTIAM DEFENDUNT CL. COMMENTATOR REATINUS *Comment, in hunc. loc.* NOTA 3. « LOCUM AU-
» TEM SACRUM HEIC ACCIPERE DEBE-
» MUS, HUIC REI, VEL DIVINIS OFFICIIS
» OBEUNDIS, SEN BENEDICTIONE SEU
» DESTINATIONE EPISCOPI, SEU ETIAM
» TANTUM USU ET CONSUETUDINE AD-
» DICTUM, UT CAEMETERIA, CLAUSIRA
» ETC. »

TUM COMMENTATOR PATAVINUS *in hunc loc. n. 354. pag. 260.* SACER LOCUS, QUOD AD PRAESENTEM QUAESTIONEM SPECTAT, EST QUILIBET LOCUS DEPUTATUS EPISCOPI AUCTORITATE AD FIDELIUM CADAVERA SEPELIENDA, LICET NONDUM CONSECRATUS AUT BENEDICTUS FUERIT... ITEM QUILIBET LOCUS, IN QUO EX COMMUNI USU ET CONSUETUDINE FIDELIUM CORPORA SEPELIRI CONSUEVERINT, ETIAMSI.... DE SPECIALI EPISCOPI AUCTORITATE SEU APPROBATIONE NON CONSTET, QUIA... IBI INTERVENIT SALTEM TACITA APPROBATIO PRAELATORUM ECCLESIAE.

TUM GABRIEL DE VARCENO *Theol. Mor. Tom. 2. pag. 498;* QUI PRORSUS EADEM EX SCREZIO SCRIBIT.

AT SUNT QUI ET PRIMAM SENTENTIAM TUENTUR, ATQUE DE NECESSITATE SEPULTURAE ECCLESIASTICAE BENEDICTIONEM EPISCOPALEM EXIGUNT : SEPULTURA ECCLESIASTICA, INQUIT NINZATTI *Theol. mor. Tom. IL n. 1713 pag. 356,* EST EA QUAE FIT IN LOCO SACRO, SEU AD TUMULATIONEM FIDELIUM BENEDICTO.

G. CONRADO PONTIFICII COLLEGII URBANI RECTOR EAMDEM SENTENTIAM TRADIDERAT *Mem oriate de censui is pag. 91* SCRIBENS « EX VERBO *H* «^COLLIGITUR INFERRE TANTUMMODO LOCO BENEDICTO SUFFICERE AD CENSURAM » (1).

HOS VERO PRAECESSERANT TUM FORMISANO, TUM CIOLLI, TUM PRAESERTIM PRAESTANTISSIMI SCRIPTORES *de la Nouvelle Revue Theologique* QUI T.X. PAG. 390 DISERTE PROPUGNANT NECES-"TTALEM EPISCOPALIS BENEDICTIONIS AD

(1) Fornicario Episcopus Nulanus in &uo « Commentario sulla Costituzione APOSTOLICAE SEDIS » PAG. 92. «Per Sepultura poi ecclesia tica, inquit, s'intende ii luogo, comunque esso chiamasi destinato all' interro dei fedeli cattolici mediante la benedizione del Vescovo. »

Ciolli autem in suo COMMENTARIO PRATTICO DELLE CENSURE PAG. 112. « Si dice sepolcro ecclesiastico, in quanto che detto luogo è benedetto con rito ecclesiastico, e per autorità della Chiesa al preciso fino di seppellirvi i cadaveri dei fedeli cattolici. »

HOC UT SEPULTURA UTI ECCLESIASTICA HABEATUR, ET INDURATUR EXCOMMUNICATIO (i).

CUM ITAQUE TUM ANTIQUI TUM RECENTIORES DOCTORES IN SENTENTIA DISCREPENT QUID DICENDUM IN CASU?

AD QUAESTIONEM HANC IURIDICE DECERNENDAM IMPARES NOS FERE SENTIMUS. QUA DE CAUSA PRACTICO IUDICIO EAM DEFINIRE SATAGIMUS.

EX DICTIS PATET, TUM ANTIQUOS TUM RECENTIORES DOCTORES INCERTOS ESSE IN DEFINIENDO AN BENEDICTIO EPISCOPALIS NECESSARIA SIT AD HOC UT ALIQUA SEPULTURA DICI ET HABERI POSSIT ECCLESIASTICA ET SACRA. INTER ANTIQUOS P. F. PASSERINI *Tractatus legalis et moralis de pollutione Ecclesiarum disp. H. n. 3.c.46* DISERTE AFFIRMAT, SE NESPIRE AN SEPELIENS EXCOMMUNICATUM IN EAE METERIO NONDUM BENEDICTO INCURRAT EXCOMMUNICATIONEM: « SI IBI » (IN COEMETERIO NONDUM BENEDICTO) » TUNC SEPELIATUR EXCOMMUNICATUS, » MALE FIT, SED AN SEPELIENS SIT » EXCOMMUNICATUS NON EST MIHI CER- » TUM: » ATTAMEN CERTUM EST, ANTE NOSTRA TEMPORA COEMETERIA AD SEPELIENDOS FIDELES AB EPISCOPIS DESTINATA FUISSE, AUT NON SINE EIUS CONSENSU; CERTUM PARITER EST, CANONES ANTIQUOS REQUISIVISSE BENEDICTIONEM EPISCOPI, IIA UT EIUSMODI BENEDICTIO INGREDIATUR DEFINITIONEM SEPULTURAE ECCLESIATICAE ; RITUALE ROMANUM AUTEM OMNINO BENEDICTIONEM EXIGERE, UT PATET EX TESTIMONIO SUPERIUS RECITATO. CERTUM DEMUM EST, IIS IN LOCIS IN QUIBUS ECCLESIASTICA POTESTAS ^DHUC IN USU EST, COEMETERIA AB EPISCOPIS BENEDICI. E CONIRA IN POENALIBUS STRICTO SENSU LEX EST ACCIPIENDA; ET IN DUBIIS QUOD MINIMUM EST, SEQUENDUM. CUM ITAQUE DISCORDANTIA DOCTORUM LEGIS SENSUM INCERTUM REDDAT, NOS NON AUDEMUS UTI EXCOMUNICATOS PROCLAMARE MANDANTES AUT COGENTES TRADI SEPULTURAE ECCLESIASTICAE HAERETICOS NOTORIOS AUT NOMINATIM EXCOMMUNICATOS ET INTERDICTOS, QUAM CONSTAT AB EPISCOPO BENEDICTAM NON FUISSE.

IDQUE EO MAGIS QUOD PIUS PAPA IX DISERTIS VERBIS LOQUATUR DE SEPULTUM ECCLESIASTICIS; CONSEQUENTER LOCUTUS CENSENDUS EST DE SEPULTUM ILLIS QUAE IUXTA RITUS AB ECCLESIA CATHOLICA RECEPTOS CONSTITUUNTUR; AT CERTUM EST, SEPULTURAM ECCLESIASTICAM NON TANTUM PER DEPUTATIONEM AUT DESTINATIONEM EPISCOPI, SED, ET QUIDEM PRAECIPUE, PER BENEDICTIONEM EIUS CONSTITUI, NULLAMQUE IN LOCIS CATHOLICIS NOVAM SEPULTURAM SINE BENEDICTIONE RELINQUI; ERGO DE SEPULTURA ECCLESIASTICA NUMERIS OMNI-

(1) Ni l'autorité de Suarez et de ses partisans, ni leurs arguments n'ont obtenu l'unanimité des suffrages. A la vérité l'ancienne coutume d'enterrer dans un même endroit fait presumer l'approbation episcopale et la bénédiction de lieu. Mais la présumption cède à la vérité ; et s'il conste que le cimétère n'a jamais bénit, on peut, en se basant sur la doctrine des auteurs qui regardent la bénédiction comme essentiel pour donner le character de lieu saint, nier qu'on encourre l'excommunication en y faisant enterrer un hérétique ou un excommunié nommément.

BUS ABSOLUTA LOCUTUS PIUS PAPA IX CENSENDUS EST.

NON INFICIAMUR EQUIDEM SUARESII RATIONES NON PARUM PONDERIS HABERE; AT NEQUE INFICIAMUR, EAS OMNIUM DOCTORUM ASSENSUM NON EXTORSISSE; IN PRAXI INCREDIBILE FERE ESSE UT LOCUS AD SEPULTURAM FIDELIUM DESTINATUS QUIDEM FUERIT, SED NON BENEDICTUS AB EPISCOPO, VEL A SACERDOTE DE EIUS FACULTATE; QUI ENIM EPISCOPUM CONSULUNT UT DESTINET SEPULTURAM, VEL LOCUM DESIGNATUM APPROBET, MULTO MAGIS SOLLICITI SUNT UT ILLAM BENEDICAT; SUNT ENIM CATHOLICI, QUIBUS HORROR EST IN LOCO NON BENEDICTO SEPELIRI ; ADDIMUS, QUOD SI ALIQUANDO CONSTARET, SEPULTURAM ILLAM BENEDICTAM NON ESSE, ILLICO BENEDICENTUR, ET BENEDICENDA FORET; ITA UT EX HOC IPSO ETIAM APPAREAT BENEDICTIONIS NECESSITAS AD HOC UT SEPULTURA VELUTI SACRA HABEATUR. DEMUM, SIT PROBABILIS SENTENTIA SUARESII ; NEGARE NEMO POTERIT PROBABILEM ETIAM ESSE SENTENTIAM CONTRARIAM : VERA AUTEM PROBABILITAS AB EXCOMMUNICATIONE EXIMIT.

NEQUE QUIS EA URGEAT QUAE SUPERIUS EXPOSUIMUS, NECESSARIAM SCILICET ESSE EPISCOPI DESTINATIONEM , AD HOC UT SEPULTURA ALIQUA UTI ECCLESIASTICA HABERI POSSIT. ETENIM NON INFICIAMUR, ILLAM ESSE UNAM EX NECESSARIIS CONDITIONIBUS, AT NON SOLAM; ALIA ENIM CONDITIO NECESSARIO EST BENEDICTIO; IMO HAEC MULTO MAGIS ; QUANDOQUIDEM PER EPISCOPI BENEDICTIONEM VERE ET PROPRIE LOCUS ALIQUIS SACER EFFICITUR, NON PER UNICAM DESTINATIONEM; HINC SEPULTURAE VEL COEMETERIA AB EPISCOPO ANTEA DESTINATA POSTEA BENEDICUNTUR; DUM E CONTRA COEMETERIA BENEDICTA AB EPISCOPO, QUAMVIS ANJEA NON DESTINATA, SACRA EFFICIUNTUR; EX QUO SEQUITUR IN BENEDICTIONE INCLUDI ETIAM DESTINATIONEM, NON E CONTRA. SEPULTURA HINC ECCLESIASTICA NUMERIS OMNIBUS ABSOLUTA EA EST QUAE AB EPISCOPO DESTINATA , ET BENEDICTA FUIT, NON QUAE DESTINATA TANTUM FUIT; SI ENIM PER UNICAM DESTINATIONEM SACRA EFFICERETUR, BENEDICTIO PRAETERMITTI POSSET. AT HUIC PRAETERMISSIONI CONTRADICUNT CANONES, ET RITUALIS ROMANI PRAESCRIPTA, QUAE EXIGUNT SEPULTURAE BENEDICTIONEM, ET UT BENEDICATUR SI DETEGATUR, EAM NON FUISSE BENEDICTAM. HINC CANONICAE LEGES NUMERIS OMNIBUS ABSOLUTAM EAM SEPULTURAM NON HABENT, QUAE BENEDICTA NON FUIT. AT AD INCURRENDAM EXCOMMUNICATIONEM REQUIRITUR UT QUIS LEGEM VIOLET IN UNIVERSA SUA EXTENSIONE; MANDANTES AUTEM ET COGENTES IN CASU NON VIOLARENT LEGEM IN UNIVERSA SUA EXTENSIONE, CUM SEPULTURA •» EPISCOPO BENEDICTA NON FUERIT, QUA BENEDICTIONE PRINCIPALITER SACRA EFFICI TUR; NON VIDEMUS HINC QUOMODO DE EXCOMMUNICATIONE DAMNARI POSSENT. NEQUE QUIS SUBSUMAT, ECCLESIAM PROHIBERE HAERETICOS NOTORIOS ECCLESIASTICA SEPULTURA ; HANC AUTEM TALEM ESSE, ETSI BENEDICTA NON FUERIT, SED TANTUM AB EPISCOPO DESTINATA; RESPONDEMUS ENIM, EXPLORATUM NON ESSE AN ID VERUM SIT; CER-

TUM AUTEM ESSE E CONTRA ECCLESIAM SEMPER PRAECEPISSE BENEDICTIONEM SEPULTURAE, ATQUE PROHIBUISSE QUOMINUS FIDELIUM CADAVERA IN LOCO NON BENEDICTO SEPELIENTUR; PROBABILIUS HINC VIDETUR, PER SEPULTURAM ECCLESIASTICAM ECCLESIAM INTELLEXISSE LOCUM AB EPISCOPO BENEDICTUM.

IDEM VERO DICENDUM NON ESSET SI INTERDICTUM CADAVER SEPELIRI MANDARETUR IN LOCO SEU COEMETERIO IAM QUACUMQUE DA CAUSA POLLUTO. POLLUTIO ENIM NON ADIMIT BENEDICTIONEM AUT CONSECRATIONEM, SED TANTUMMODO SACRUM LOCUM MACULAT : ATQUE HINC VIDEMUS ECCLESIAS POLLUTAS RECONCILIARI QUIDEM, SED ITERUM NON CONSECRARI. « CUM POLLU-
» TIO, INQUIL BARUFFALDI *Comment.*
» *ad Rit. Rom. Tit. 73, n. 12*
» ECCLESIAM NON DESTRUAT, SED TAN-
» TUM QUODAMMODO MACULET TAM
» CONSECRATIONEM QUAM BENEDICTIO-
» NEM LOCI SACRI, IDEO INSTITUTUM
» EST, UT NON DE NOVO CONSECRETUR,
» SEU DE NOVO BENEDICATUR, SED UT
» STALUTO RITU ET PRECIBUS RECONCI-
» LIETUR ECCLESIA. RECONCILIAI E ENIM
» IMPORTAT IN GRATIAM RESTITUERE ET
» IN CONCORDIAM REDUCERE, QUAE
» GRATIA ET CONCORDIA NON DEMOR-
» TUAE. AUT DESTRUCTAE ERANT, SED
» MORTIFICATAE ET DETURPATAE; UNDE
» FIT QUOD MEDIA RECONCILIATIONE,
» GRATIA ET CONCORDIA REVIVISCANT AT-
» QUE RESTITUANTUR. »

EIUSMODI VERO SENTENTIA CERTA UNDEQUAQUE EST PENES DOCTORES. (1) EX QUO SEQUITUR, COEMETERIUM AUT ECCLESIASTICAM SEPULTURAM,ETIAM POST POLLUTIONEM NEC NOMEN, NEC ESSENTIAM SUAM AMITTERE, IDEOQUE ETIAM POST POLLUTIONEM MANERE ET ESSE ECCLESIASTICAM SEPULTURAM. AT INFERRE IN ECCLESIASTICAM SEPULTURAM NOTORII HAERETICI CORPUS INTERDICTUM EST: ERGO MANDANTES SEU COGENTES TRADI NOTORIUM HAERETICUM ECCLESIASTICAE SEPULTURAE IAM POLLUTAE EXCOMMUNICATIONEM PIANI CAPITIS NON EFFUGERENT.

PERPENDENDUM POST HAEC, QUINAM ILLI SINT QUI SACRA SEU ECCLESIASTICA SEPULTURA INTERDICUNTUR.

(1) Schmalzgrueber, ut unum vel alium citemus, *Tom. I I I . Fart. V. tit. 40. n. 63* scribit: *u* Videtur pollutio in Ecclesiam nequaquam cadere, cum res sancta
» sit, quae a profanis et turpibus coinquinan non potest. Sed hoc intelligendum
» est, non quod huiusmodi actibus sanctitatem suam amittat Ecclesia, sancta enim
» esse perseverat , etiam postquam polluta fuit , sed quia morali hominum aesti-
» matione indecens reputatur , ut hostia immaculata et divinum officium offeratur
» in loco sceleribus contaminato, antequam aliqua eius loci purgatio fiat. Igitur
» pollui in genere tunc Ecclesia dicitur, quando manente integra illius forma, et
n consecratione si eam habuit, in ea accidit aliquid, quod a loci sanctitate maxime
» est alienum, et in fidelium animis horrorem generat, ut iu illius detestationem
» divina celebrari in tali Ecclesia sacri canones prohibuerint, donec sacris ritibus
n reconciliata fuerit. Ex quo seqnitui praecipuum pollutionis effectum esse quod
n in Ecclesia polluta, donec reconcilietur, non possint celebrari divina. Qui tamen
» contrarium ageret, temerarie quidem ageret, et mortaliter peccaret, nullam ta-
it men ir ^ularitatem vel censuram incuireret. »

ET PRIMO PROHIBENTUR HAERETICI NOTORII, QUI SCILICET QUA TALES COGNOSCUNTUR AB MAIORI HOMINUM PARTE QUI EUMDEM LOCUM INCOLUNT. ANTIQUO IURE QUAESTIO ERAT AN UT HAERETICI PRIVARI ECCLESIASTICA SEPUL TURA POSSENT DENUNCIATI ESSE DEBERENI, VEL SATIS ESSET UT NOTORII ET PUBLICI ESSENT, QUAMVIS SUPER EORUM HAERESI NULLA PRAECESSERIT ECCLESIASTICA SENTENTIA. QUI SENTENTIAM IUDICIALEM EXIGEBANT INNITEBANLUR RELATO CAPITI *Quicunque* QUO STATUITUR, PROIICIENDA ESSE EIUSMODI CORPORA DAMNATORUM DE ECCLESIASTICA SEPULTURA SI IBI RECONDITA FUISSENT: «NEC ABSOLUTIONIS BENEFICIUM MEREANTUR, NISI PROPRIIS MANIBUS PUBLICE EXTUMULENT EIUSMODI CORPORA DAMNATORUM ». PORRO ARGUMENTÁBATUR SUAREZ *De Censuris disp.XII,sect.IV. 13* » PER ULTIMUM VERBUM (DAMNATO» RUM) VIDETUR HOC IIMILANDUM AD » EOS QUI PER PUBLICAM SENTENTIAM » DE HAERESI DAMNATI SUNT; NAM » SOLUM ILLI IN RIGORE VIDENTUR DICI » DAMNATI. ET QUANDO IN ILLO TEXTU » ILLA LIMITATIO NON ESSET ADHIBITA, » EX VI EXTRAVAGANTIS *ad evitanda,* » NUNC ESSET ADIICIENDA. »

ATTAMEN ALII INNIXI CONSTITUTIONI *inter cunctas* LATAE A MARTINO V SUB DIE 22 FEBRUARII ANNI 1418, SALIS ESSE DICEBANT, AD PRIVANDUM HAERETICUM ECCLESIASTICA SEPULTURA, SI PUBLICUS ET MANIFESTUS ESSET, QUAMVIS UTI TALIS AB ECCLESIAE IUDICE NON DECLARATUS: §. 8. « ET SI TALES HAE» RETICI PUBLICI AC MANIFESTI, LICET » NONDUM PER ECCLESIAM DECLARATI, » IN HOC TAM GRAVI CRIMINE DECES» SERINT, ECCLESIASTICA CAREANT SEPUL» TURA, NEC OBLATIONES FIANT, AUTRE» CIPIANTUR PRO EISDEM. »

AT CERTUM OMNINO EST, HOS HAERETICOS DE QUIBUS MARTINUS Y LOQUITUR TALES COGNOSCI NON PER SENTENTIAM ALIQUAM IUDICIS, SED PER FACTI EVIDENTIAM; ETENIM §. 7 DECREVERAT: « IURISDICTIONEM TEMPORALEM » EXERCENTES RIIONEATIS, ... UT DE » REGNIS, PROVINCIIS ETC. OMNES ET » SINGULOS HAERETICOS HUIUSMODI SE» CUNDUM TENOREM LATERANENSIS » CONCILII, QUOD INCIPIT *sicut ait,* » AD INSTAR ELIAM IRRETITOMI!) CRI» MINE USURARUM, QUOS PUBLIC E VEL » MANIFESTE PER *facti evidentiam* » *cognoverint esse tales* . . . . EXPEL» LANT. »

UNICAM ERGO FACTI EVIDENTIAM SICUT IN USURARIIS REQUIREBAT MARTINUS V UT QUIS HAERETICUS HABERI POSSET: UN M SCILICET NOTORIETATEM FACTI EXIGEBAT, QUO OB HAERESIM PRIVARI DEBERET ECCLESIASTICA SEPULTURA.

HOC AUTEM ADEO CERTUM EST UT IN CIT. §. 8 LOQUENS DE HAEREDIBUS QUI DEFUNCTI HAERETICI BONA CONSECUTURI ESSENT HAEREDITARIO IURE, DECERNIT EIS NON ESSE CONCEDENDA, NISI PRIUS SENTENTIA PROFERATUR CIRCA DEFUNCTI HAERESIM « BONA TAMEN » IPSORUM A TEMPORE COMMISSI CRI» MINIS, SECUNDUM CANONICAS SAN» CTIONES, CONFISCATA, NON OCCUPEN» TUR PER ILLOS AD QUOS ALIAS PER» TINERENT, DONEC PER HUIUSMODI IU» DICES ECCLESIASTICOS SUPER HAC PO» TESTA TEM HABENTES SENTENTIA DECLA-

> rato ria super ipso haeresis crimine
» inerii promulgala. »

Nulla igitursenlentia declarato. is. super haeresis crimine praecesserat, alioquin proferenda postea nun erat, ut bona haereditaria haeredibus negarentur.

Huic autem nosti [1] aliocinio suffragium f eri declarati:) Supremae Inquisitionis lata sub die 6 Novembris 1641, quam ita legimus apud Albi Ii um *De inconstantia in fide Cap. XVIII, n. 28.* « In generali
> Congregatione S. Officii et coram
» Eminentissimis... mature discusso
» articulo et dubio sepulturae da-
>> lae cadaveri sororis uxoris Ducis
» Neoburgici, haereticae Calvinisli-
» eae, in Ecclesia catholicorum ci-
» vitatis Dusseldorpii, nec non con-
» sideralis Uteris Nuncii Apostolici
» Coloniae degentis, Eminentissi-
» mi.... auditis votis, decreverunt.»

I°. Haereticos notorios, quamvis non denunliatos nominatim Excommunicatos , non posse sepeliri in Ecclesia catholica.

2°. Sepelientes incurreree xcommunicalionenr

3°. Locum, in quo sepulturae traditum fuit dictum cadaver esse polluti) m, non vero Ecclesiam.

4°. Curandam omnino extumulationem dicti cadaveris, saltem sr rrele, si non publice uti decet.

5°. Significandum Duci et PP. NN. ui consulant eorum conscientiae. Insuper dictos NN. monendus ut in futurum caveant ab huiusmodi consultationibus scandalosis.

6°. Tenorem horum decretorum mittendum Nuncio Apostolico Coloniae residenti, qui pro sua prudentia curet illorum executionem.

Quod Decretum SS. Dominus noster Urbanus Papa VIII approbavit, ei exequi mandavit.

Atqui ex hisce; intelligimus, ad notorietate]» haeresis non requiri iudicis sententiam, sed unam plurimorum scientiam seu cognitionem, notoriumque idem esse ac publicum et manifestum; sicut igitur factum aliquod sine ulla iudicis sententia polest esse publicum et manifestum, ita et crimen haeresis.

At certum est, Pium Papam IX in Capite nostro de haereticis notoriis locutum esse; nulla ergo ratio exigit ut sententia declinatoria LU dicis praecedere debeat ad excludendum talem haereticum ecclesiastica sepultura.

Id vero et ex consequentibus evidentissime patere arbitramur. Etenim dum de interdictis et excommunicati loquitur, exigit ut sint nominatim vel excommunicati vel interdicti; exigit scilicet sententiam vel decretum habentis potestatem ecclesiasticam; aide haereticis non ita; satis habuit ul essent notorii Haeretici.

Quiquid igitur de antiquo iure fuerit, post Pianam Constitutionem, ut aliquis sit notorius haereticns non requiritur sententia declaratoria iudicis, sed satis est ut haeresis ex evidenti facto constet, et quod in

HAERESI QUISQUAM PERTINACITER SUPREMUM DIEM OBIERIT.

HINC SEQUITUR, HAERETICOS OCCULTOS, ILLOS SCILICET QUI PAUCIS TANTUMMODO PERSONIS NOTI SINT, ET MULTO MAGIS DUBIOS, DE QUORUM NEMPE MANIFESTA HAERESI NON CONSTAT, NON POSSE SEPULTURA ECCLESIASTICA PRIVARI; ETENIM NOTORII NON SUNT.

ATTAMEN HAC IN RE EI. GABRIEL DE VARCENO *Theol. Mor. Tom.* 2. *pag. 498. n.* 3. AFFIRMAT, HAERETICOS QUI AD ALIQUAM SECTAM NON PERTINEANT, NISI ANTEA SINT DENUNTIAT'!, NON POSSE ECCLESIASTICA SEPULTURA PRIVARI. « HAERETICI QUI NON PERTI- » NENT AD ALIQUAM SECTAM, NISI SINT » DENUNTIATI, NON COMPREHENDUNTUR » SUB HOC ARTICULO ».

VERUM EIUSMODI SENTENTIA SOLIDA RATIONE DESTITUI VIDETUR. HAERETICUS PROFECTO FORMALIS, D» QUO HOC IN CAPITE SERMO EST, HOMO BAPTIZATUS DICITUR QUI VOLUNTARIE ALIQUEM ERROREM CONTRA FIDEM PERTINACITER PROFITETUR. AT AD ID PERAGENDUM NECESSARIUM NULLO PACTO EST AD ALIQUAM SECTAM PERTINERE VEL NOMEN DARE. NUM NECESSARIUM EST SOCINIANUM SESE DECLARARE, AUT SACRAMENTARIUM AD NEGANDAM CHRISTI VEL DIVINITATEM , VEL PRAESENTIAM REALEM IN EUCHARISTIA? ET AD QUAM SECTAM PERTINERENT ILLI QUI EX. GR. NEGATURI ESSENT IMMACULATAM CONCEPTIONEM B. MARIAE VIRGINIS? CUM IGITUR HAERETICUS SIT ILLE QUI NEGAT ALIQUEM FIDEI ARTICULUM, SI SIT NOTORIUS, PRIVANDUS EST ECCLESIASTICA SEPULTURA. QUANAM ENIM DE CAUSA PRIVANDUS NON ESSET? NUM NE QUIA NON PERTINET AD ALIQUAM SECTAM? AT NEGATIO FIDEI, NON COMMUNIO CUM ALIQUA SECTA, PRIMUM ET PER SE INDUCIT HAERESIM. AN QUIA UT HAERETICUS DIGNOSCI NON POSSET, NISI AD ALIQUAM SECTAM PERTINEAT? AT HOC EST FALSUM, QUIA SIN MINUS QUIS PROFERRE POSSET PERNICIOSISSIMAS HAEREDES MILLIES AB ECCLESIA PROSCRIPTAS, ET TAMEN HABERI NON POSSET UT HAERETICUS.

ADDIMUS PLURES ESSE QUI QUOSLIBET PROFITENTUR CONTRA FIDEM ERRORES, QUIN ALICUI PARTICULARI SECTAE SINT ADDICTI. QUID ERGO SI NOTORII SINT? PROFECTO PRIVANDI SUNT ECCLESIASTICA SEPULTURA; SIN MINUS HAERETICI NOTORII ET MANIFESTI CONTRA LEGEM ECCLESIASTICA SEPULTURA DONARENTUR.

DEMUM, NOTORIETAS ALIA EST IURIS, ALIA FACTI; PRIMA ORITUR VEL EX CONFESSIONE REI IN IUDICIO, VEL EX SENTENTIA IUDICIS SALTEM DECLARATO RIA: ALIA EX PUBLICA FAMA, QUA FACTUM NON SOLUM SIT PUBLICUM, SED ETIAM ITA EVIDENS MAIORI PARTI UT DE EO NULLO PACTO DUBITARI POSSIT. HABEMUS IGITUR NOTORIETATE!», QUAE NON EXIGIT SENTENTIAM DECLARATORIAM IUDICIS, QUAQUE CRIMEN ALIQUOD NOTORIUM CONSTITUITUR; CUM ITAQUE PIUS PAPA IX STATUERIT, HAERETICUM NOTORIUM SEPULTURA ECCLESIASTICA PRIVANDOLI ESSE, HOC IPSO PATERE ARBITRAMUR, DE QUALIBET NOTORIETATE LOCUTUM ESSE, SI ENIM IN RE LOCUTUS FUISSET DE UNA NOTORIETATE IURIS, EXCLUSISSET NOTORI ELA TEM FACTI. AT, CONTRARIUM POTIUS EX IPSO HOC EA-

pile constat, ut iam innuimus* etenim ad excludendos excommunicatos et interdictos ecclesiastica sepultura requirit notorietatem iuris: *nominatim* inquit *excommunicatos et interdictos:* ergo ad excludendos haereticos unam satis putavit no'orietatem laeti.

Ergo si aliquis ad nullam sectam pertinens haeresim proferat quae ita divulgata sit, ut sit evidens, ille notorius haereticus habendus est, privandus consequenter ecclesiastica sepultura ; cum in eo verba legis stricto sensu adimpleantur.

De coetero haec est communior Commentatorum sententia. Clar. Commentator Reatinus postquam *n. 30 Edit. 3.* scripserit: « Haere-
» sis est *error voluntarius christiani*
» *contra aliquam veritatem fidei*
» *catholicae.* Ut igitur christianus
» haereticus dici possit, necesse est
» ut erret, ut in fide erret, ut er-
» ret sciens volens. Et n. 31 : ne-
» cesse est praeterea ut haeresim
» suam prodat exterius, atque eam
» prodat actu manifesto, humano,
» et malo. » Ad quae perficienda profecto non requiritur ut quis ad aliquam sectam haereticam pertineat: postquam, inquam haec scripserit, in casu nostro ». *159* subdit: « At vero etsi peccent qui
» dant indignis sepulturam, excom-
» inundationem tamen non incur-
» runt, nisi agatur *de haereticis*
» notoriis. »

Commentatori Reatino assentitur Patavinus, qui *n. 354* scribit: Haereticus notorius est, quem publice constat esse haereticum, etsi non vilandus.

Demum, ut alios non paucos praetermittamus, praeclarissimi scriptores Ephemeridum *La nouvelle Revue Théologique. Tom 11. pag. 393* scribunt : « Sententiam a De Var-
» ceno propugnatam prorsus non
» intelligimus. Est ne necessarium
» alicui sectae nomen dare, ad pro-
» pugnandam aut publice profiten-
» dam unam aut plures haereses !
» Nequaquam. Etenim si, quin ali-
» cuius sectae me profitear addi-
» ctum, in lucem edam libellos, aut
» libros, contra immaculatam Dei-
» parae Conceptionem, aut Romani
» Pontificis infallibilitatem, aut c on-
» tra originale peccatum, nonne
» ego notorie ut haereticus agno-
»scerer? Id evidens est. »

Neque quis obiiciat, aliquem iuridice non declaratum haereticum, uti talem evidenter haberi non posse; etenim eiusmodi difficultas et iuri et facto contradicit; iuri quidem in quo admittitur notorietas facti; facto, quia haeresis crimen ut aliud quodcumque agnosci potest per externam haeresum prolationem, multo magis scriptionem; ut eliam cognosci potest pertinacia defuncti in haeresi, quam numquam retraolavit; hac autem in re non de internis sed de externis iudicium pronuntiatur.

Etiam apostatas sub eiusmod prohibitione comprehendi non uniusj

COMMENTATORIS SENTENTIA EST. AVANZINIUS NOSTER ID DISERTE TRADIT COMMENT, *pag. 68 Edit. 3.* « AGITUR » DE SEPELIENDIS HAERETICIS NOTORIIS » (IDEM REPELE DE APOSTATIS NOTO- » HIS A CHRISTIANA FIDE, QUI EODEM » CENSU HABENTUR). »

IDIPSUM VERO TRADUNT ILLUSTRES SCRIPTORES EPHEMERIDIS *Nouvelle Revue Théologique Tom. Xl.pag. 393-4* EA DUCTI RATIONE QUOD SI EXCOMMUNICATIO INCURRITUR OB SEPULTURAM HAERETICI NOTORII QUI UNUM NEGET FIDEI ARTICULUM, MULTO MAGIS INCURRETUR PRO SEPULTURA APOSTATAE QUI OMNIA DOGMATA FIDEI NEGAT. APOSTASIA INSUPER MAIOREM DEFORMITATEM HAERESI DEFERÌ; INCONGRUUM AUIEM ESSET AFFIRMARE INCURRI POENAM PRO MINORI, NON AUTEM PRO ATROCIORI PECCATO.

PRAEDICTIS SUBSCRIBIT CI. PIATO ORDINIS MM. CAPPUCCINORUM *Commentât ius in Constitut. Apostolicae Sedis pag. 242* INNIXUS RATIONI QUOD *apostasia non sit peccatum specie distinctum ab haeresi.*

EI U-MODI TAMEN SENTENTIA NON LEVIBUS SUBIACET DIFFICULTATIBUS. IIS AUTEM PRAEMITTIMUS, QUOD APOSTASIA A FIDE EST TOTALIS DISCESSIO A FIDE CHRISTIANA ; EAQUE QUA DE CAUSA TUNC ADMITTITUR CUM QUIS NON PARTIALITER SUSCEPTAM CHRISTIANAM RELIGIONEM DESERIT, SED TOTALITER; IDQUE VEL DEFINIENDO AD ALIAM RELIGIONEM EX. GR. PAGANAM, LUDAICAM, MAHUMETANAM.; VEL NULLAM ALIAM PROFITENDO, UT FACILINI QUI VULGO *liberi pensatori* VOCANTUR; II ENIM CREDUNT VEL NON CREDUNT IUXTA MENLIS CONCEPTUS, ET PROUT SIBI LIBUERIT, NEQUE ALIQUA FIDEI REGULA DUCUNTUR.

MINUS PROPRIE AUIEM APOSTATAE ET ILLI DICUNTUR QUI A CATHOLICA RELIGIONE AD ALIQUAM HETEIODOXAM SECTAM TRANSEUNT, EX GR. PROTESTANLISMUM; HI TAMEN MELIUS HAERETICI APPELLANTUR. D.FFERENTIA HINC INTER APOSTATAM PROPRIE DICTUM ET HAERETICUM HAEC EST, UT ILLE OMNES, HIC ALIQUOS FIDEI ARTICULOS REPUDIET; HIC NOMINE TENUS CHRISTIANUS MANEAT, ILLE NULLO PACTO CUM IPSAM CHRISTIANAE RELIGIONIS ESSENTIAM ET NOMEN ABIICIAT.

PARITER DIFFERENTIA PATET INTER APOSTATAS PROPRIE DICTOS QUI AD ALIAM RELIGIONEM NOMINE EI ESSENTIA DIVERSAM TRANSEUNT, ET APOSTATAS PROPRIE DICTOS QUI ABIECTA CHRISTIANA RELIGIONE NULLAM ALIAM PROFITENTUR. IN ILLIS ENIM QUAMVIS APOSTASIA PERFECTA SIT QUANTUM AD ESSENTIAM ET NOMEN CHRISTIANUM ATTINET, PERFECTA LAMEN NON EST QUANTUM AD VENTATES ALIQUAS QUAE UTRIQUE RELIGIONI SUNT *matérialité)* COMMUNES. ITA QUI AB RELIGIONE CHRISTIANA AD PAGANAM DEFLECTERET, ADMITTAT OPORTET ANIMARUM IMMORTALITATEM, POENAS ET PRAEMIA IN ALTERA VITA, QUAS VERITATES ET PAGANI ADMITTEBANT; EI VERO QUI AD RELIGIONEM LUDAICAM DEFLECTERET ADMITTENDA ESSEL TUM INSPIRATIO SACRORUM IBRORUM, TUM SUPREMI NUMINIS EXISTENTIA, TUM ALIAE VERITATES IN LIBRIS SACRIS VETERIS TESTAMENTI CONTENTAE; ATQUE ITA DICENDUM EST DE

ALIA 'fei C' QUACUMQUE RELIGIONE AGEMUS NOMINIS.

E CONIRA II QUI ABIECTA CHRISTIANA RELIGIONE NULLAM ALIAM PROFITEANTUR UT *liberi cogitidores, et tilhei, et increduli*, ABSOLUTE ET IN GRADU SUMMO APOSTATAE SUNI, cum NEDUM NULLAM RELIGIONEM PROFITEANTUR DIVERSI NOMINIS, SED NULLAM VERITATEM ADMITTANT ORDINIS SUPERNATURALIS, VEL QUAE AD ORDINEM SUPERNATURALEM RELATIONEM HABEAT; RELIGIO AUTEM SINE RELATIONE AD ORDINEM SUPERNATURALEM NEQUE CONCIPITUR.

DEMUM QUI ABIECTA CHRISTIANA RELIGIONE PAGANAM, LUDAICAM, MAHUNIELANAIN PROFITENTUR, PAGANI, IUDAEI, MAHUINETANI CONSTITUUNTUR ET SUNT, cum DE ESSENTIA CHRISTIANI NOMINIS NONNISI CHARACTEREM RETINEANT QUEM IN BAPTISMATE RECEPERANT, QUEMQUE DELERENT SI DELERI POSSET; QUI VERO NULLAM ALIAM PROFITEANTUR IN ABSOLUTA INCREDULITATE CONSTITUUNTUR, ET RI ESCI III US QUO NOMINE VOCARI POSSINT, cum HUMANAE MENTI REPUGNET NIHIL D'EDERE; HINC HOS *monstra* POTIUS QUAM HOMINES APPELLABIMUS.

HISCE PRAEMISSIS: SI MANDANTES VEL COGENTES NOTORIUM APOSTATAM ECCLESIASTICAE SEPULTURAE DEMANDARI EXCOMMUNICATIONEM INCURRERINT, IDEO INCURRERENT QUIA APOSTATAE PROPRIE DICTI SUB HAERETICORUM NOMINE VENIUNT. ATQUI HOC EST FALSUM. 1. EX nomine; DISTINGUUNTUR ENIM APOSTATAE AB HAERETICIS. 2. EX PROFESSIONE; APOSTATAE ENIM CHRISTIANI NON SUNI NISI OB CHARACTEREM BAPTISINATIS QUEM SPERNUNT; HAERETICI AUTEM CHRISTIANI SUNT ET RATIONE BAPTISMATIS, ET PLURIMORUM DOGMATUM CONFESSIONE. 3. IN IURE ANTIQUO, ET IN IPSO RITUALI ROMANO APOSTATAE AB HAERETICIS SECERNUNTUR; INTERDICITUR ENIM SEPULTURA ECCLESIASTICA PAGANIS... HAERETICIS... APOSTATIS A CHRISTIANA FIDE. 4. JN IPSA PIANA CONSTITUTIONE LEGISLATOR CUM APOSTATAS COMPREHENDI SUB LEGE VOLUIT, EOS DISERTIS VERBIS NOMINAVIT, UT PATET EX CAPITIBUS PRIMO ET SECUNDO EXCOMMUNICALIONUM PRIMAE CLASSIS : *Omnes a christiana fide Apostatas, et omnes ac singulos haei éticos. Legentes sine auctoritate Sedis Apostolicae libros eo-1 umdem Apostatarum et haei elicorum* ETC. AT IN PRAESENTI CAPITE LEGISLATOR UNOS NOTORIOS HAERETICOS NOMINAVIT. 5. AGITUR DE LEGE POENALI, IN QUA VERBA STRICTO SUNI SENSU INTERPRETANDA ; CUM AUTEM IN LEGE APOSTATAE IIDEM NON SINT AC HAERETICI, SENSU ENIM ET LEGISLATORS VERBO DISTINGUUNTUR, NON POSSUNT NEQUE DEBENT UNO NOMINE CONFUNDI. G. NEQUE ALLATAE RATIONES SOLIDAE ADMODUM VIDENTUR. QUOD ENIM AFFIRMAT CL. AVANZINIUS, APOSTATAS NOTORIOS EODEM CENSU HABERI AC HAERETICOS NOTORIOS NON SATIS ACCURATUM ES^E PATET ET EX QUO LEGISLATOR EOS DISTINGUAT, ET EXPRESSE NOMINET CUM EIS POENAM IRROGAI; ET EX QUO DIVERSA RATIONE NOMINA CONSTANT, CUM APOSTATA UNIVERSAM CHRISTIANAM RELIGIONEM ABIICIAT, NON ITA HAERETICUS; ET EX QUO APOSTATA AB CHRI-

SÜANA RELIGIONE AD ALIAM TRANSEAT, VEL NULLAM PROFITEATUR; HAERETICUS AUTEM NEDUM EST ILLE QUI IN Reu GIONE CATHOLICA BAPTIZATUS ALIQUOD DOGMA NEGAT, SED QUI IN SECTA HETERODOXA NASCITUR ; VOCABULA ITAQUE NON CONVERTUNTUR, CUM NON OMNIS HAERETICUS SIT APOSTATA.

AD RATIONEM ADDUCTAM A CLARISSIMIS SCRIPTORIBUS *de la Nouvelle Revue Théologique* RESPONDI MUS, LEGEM POENALEM NON POSSE EXTENDI DE CASU IN CASUM NEQUE OB PARITATEM RATIONIS, IN EAQUE SANCTUM ES<E EFFATUM: *Legislator quod voluit expressit, quod non expressit noluisse censendus est.* NEQUE HUIUS rei EXEMPLA IN CONSTITUTIONE *Apostolicae Sedis* DESUNT. ITA CAP. VII EXCOMMUNICATIONUM PRIMAE CLASSIS PEI"CELLUNTUR EXCOMMUNICATIONE E-DETILES LEGES VEL DECRETA CONTRA LIBERTATEM AUT IURA ECCLESIAE; AT SI REX PARLAMENTA VEL MAGISTRATUS COGERET AD EIUSMODI DECRETA EDENDA MAIORI PECCATO DETINERELUR; ATTAMEN EXCOMMUNICATUS HABERI NON POSSET QUIA NON EST IPSE QUI EDIT: SICUT NEC CONSILIARII, AUT FAVENTES QUOMODOLIBET, ET OB EAMDEM RATIONEM, ET QUIA IN LEGE NON EXPRIMUNTUR.

PARITER CAP. IX QUO E X COMMUNICANTUR FALSARLI LITTERARUM APOSTOLICARUM MANDANTES FALSIFICAIIONEM EXCOMMUNICATIONE EXIMUNTUR, QUIA IPSI NEC FAISANTES, NEC PUBLICANTES SUNT; ATTAMEN NUM MINORI PECCATO ILLOS IRRELIN DICEMUS?

ATQUE IDIPSUM DICITO DE MANDANTIBUS AUT CONSULENTI BUS PERCUSSIONEM CIEÑE, immo OCCISIONEM, VIOLATIONEM CLAUSURAE MONAFUM ETC.

ET IN HOC IPSO CAP IO ASSOCIANTES, SEPELIENTES ETC., ETIAM VOLUNTARII NONNE EIUSDEM CRIMINIS REI CONSTITUUNTUR? ATTAMEN EXCOMMUNICATI NON SUNT, QUIA LEGISLATOR EOS PRAETERIIT

DEMUM NEGARE NEMO POTERIT, OB SEPULTURAM PAGANI, ET IUDAEI MANDANTES VEL COGENTES EXCOMMUNICATIONEM NON INCURRERE, EO QUOD HI NEC HAERETICI NEC APOSTATAE SINT; AT CUM QUIS OMNIMODIS CHRISTIANAM RELIGIONEM DESERIT ET ETHNICISMUM AUT LUDAISMUM PROFITEATUR, VEL NIHIL OMNINO, QUID ALIUD EDICITUR NISI PAGANUS, IUDAEUS, VEL QUID PEIUS? ERGO SICUT PRO PAGANORUM SEPULTURA NON INCURRITUR EXCOMMUNICATIO, NEQUE PRO APOSTATARUM PROPRIE DICTORUM.

EX QUIBUS EXEMPLIS PATERE PUTAMUS DESUMI NON PO>SE ARGUMENTUM INCURRENDAE EXCOMMUNICATIONIS EX QUO QUIS GRAVIORI PECCATO DETINEATUR.

AT OB EASDEM RATIONES CORRUIT RATIO A CLARISSIMO PIATO ADDUCTA; IN ALLEGATIS ENIM EXEMPLIS IN MANDANLIBUS ET CONSILIARIIS HABETUR PECCATUM EIUSDEM SPECIEI , ATTAMEN EXCOMMUNICATIONEM NON INCURRUNT; QUIA LEX ILLOS NON EXPRIMIT; QUA IGITUR DE CAUSA INCURRITUR EXCOMMUNICATIO OB SEPULTURAM APOSTATArum, QUOS Legislatur PARITER PRAEVENIT? NEQUE DESUMI POSSE ARGUMENTUM ARBITRAMUR E\ QUO IN IURE IN APOSTATAS EAEDEM POENAE STALUAN-

TUR AC CONTRA HAERETICOS, UT PATET EX CAP. *Contra Christianos 13 ie haereticis in 6°.* « CONTRA CHRISTIA-
» NOS, QUI AD RITUM TRANSIERINT
» VEL REDIERINL IUDAEORUM ETC. ,
» ERIT TANQUAM CONTRA HAERETICOS,
» SI FUERINT DE HOC CONFESSI, AUT
» PER CHRISTIANOS, SEU IUDAEOS CON-
» VICTI, ET SICUT CONTRA FAUTORES,
» RECEPTATORES ET DEFENSORES HAE-
» RETICORUM , SIC CONTRA FAUTORES,
» RECEPTATORES ET DEFENSORES TALIUM
» EST PROCEDENDUM. »

NAM IDEO IN CITATO CAPITE APOSTATAE EASDEM POENAS INCURRUNT AC HAERETICI, QUIA A LEGISLATORE APERTIS VERBIS EXPRIMUNTUR, NON EA DE CAUSA QUOD APOSTASIA SIT PECCATUM EIUSDEM SPECIEI AC HAERESIS. AT M PIANO CAPITE NON EXPRIMUNTUR.

NEQUE QUIS DICAT, ECCLESIAM IN APOSTATIS VOLUISSE PUNIRE APOSTASIAM A FIDE: UTIQUE, RESPONDEMUS, ET IDEO PRIVANDI SUNT SEPULTURA ECCLESIASTICA SICUT PAGANI QUILIBET; AT QUAESTIO NOSTRA EST: AN OB IPSORUM SEPULTURAM MANDANTES ET COGENTES EXCOMMUNICATIONEM INCURRANT; QUOD OB RATIONES EXPOSITAS AFFIRMARE NON AUDEMUS. NOSTRAM TAMEN SENTENTIAM PRUDENTIOIUM IUDICIO SUBMITTIMUS.

POTIOR TAMEN RATIO PRO SCHISMATICIS MILITAT; ETENIM HAERETICORUM NOMINE SCHISMATICI NON VENIUN', ; DUM ENIM ILLI VEL FIDEM CATHOLICAM ABIECERUNT, VEL EA CARENT, SCH IAMAICI UNIVERSAM FIDEM RETINENT, ET UNA INOBEDIENTIA REI CONSTITUUNTUR; SCHISMA ENIM EST ILLICITA DIVISIO, PER INOBEDIENTIAM AB UNITATE ECCLESIAE FACTA; ITA UT PECCATUM SCHISMATIS TUNC COMMITTATUR CUM QUIS SE SEGREGAT AB UNITATE ECCLESIAE, PROUT EA EST CORPUS MYSTICUM EX FIDELIBUS DIVERSORUM STATUUM TAMQUAM MEMBRIS INTER SE, ET CUM UNO CAPITE CHRISTO, EIUSQUE IN TERRIS VICARIO CONNEXIS COMPOSITUM ; HINC DUM HAERESIS OPPONITUR FIDEI, SCHISMA OPPONITUR CHARITATI ; SUNT ERGO PECCATA DIVERSAE SPECIEI ; UNUM IGITUR NON EST ALIUD, ET POTEST SINE ALIO CONSISTERE ; CUM ITAQUE LEX LOQUATUR DE NOTORIIS HAERETICIS, NON POTEST EA AD NOTORIOS SCHISMATICUS EXTENDI. ATTAMEN SI CUM SCHISMATE CONIUNCTA SIT ALICUIUS DOGMATIS NEGATIO, SEU HAERESIS, NULLUM DUBIUM ESSE POTEST QUIN MANDANTES HORUM CORPORA TRADI ECCLESIASTICAE SEPULTURAE EXCOMMUNICATIONE HUIUSMODI PERCELLANTUR, DUMMODO SINT NOTORII.

NOMINATIM EXCOMMUNICATI SUNT ILLI, QUI, PROUT DIXIMUS IN SUPERIORI VOLUMINE *pag. 1049* PROPRIO NOMINE DESIGNATI SUNT, VEL TALIBUS ADIUNCTIS UT CUM ALIA PERSONA CONFUNDI NEQUEANT. SJQUITUR HINC, QUOD MANDANTES SEPULTURAM EORUM QUI OB ALIQUOD FACTUM EXCOMMUNICATIONEM INCURRERUNT, ET IN EXCOMMUNICATIONE DECESSERUNT NULLAM INCURRANT EXCOMMUNICATIONEM, NISI ANTEA INCURSAE EXCOMMUNICATIONIS DECLARATIO NOMINALIS PRAECESSERIT.

* NOMINATIM INTERDICTI SUNT ILLI VEL QUORUM NOMINA EXPRESSA SUNT IN INTERDICTI SENTENTIA ; EX. GR. *la.*

tae interdicti sententiae subiacent N. N. et N. N. vel eorum officia, munia, dignitates quae interdictis tantum personis conveniunt desi emantur. Ex. gr. si Pontifex interdiclo supponeret aliquam Dioecesim, nominatim interdicti censendi essent Episcopus, Vicarius generalis, Capituli Prior, atque Seminarii Rector, si hos per officia quae exercent, nominaret; ea enim illis tantum et non aliis competunt.

Quid vero si interdicto supponatur corpus aliquod morale, sei hominum societas, aut urbs aliqua num ne nominatim interdicti habendi essent singuli eam componentes, aut inhabitantes?

Salebrosa quaestio, in qua definienda doctores discrepant.

Bonae i na *De Censuris aliisque poenis ecclesiasticis Disp. Y, punct. V.* «. *20* affirmat societatis, vel illius coetus interdicti singulos uti nominatim interdictos esse habendos: « Ratio est, inquit, tum quia » singuli sufficienter censentur de- » nuntiati per nomen communila- » tis, quae nihil aliud est, quam » singuli homines; tum quia fere » impossibile est, interdicendo com- » munilatem nominare singulos; tum » quia in interdicto locali generali » non est necessaria expressa et par- » ticularis denuntiatio singularum » Ecclesiarum , sed sufficit nomen » collective,quo totus locus compre- » hendatur, ut si dicatur: singulae » ecclesiae maneant interdiclae. Er- » go neque in interdicto personali.»

Verum eiusmodi sententia in re nostra lei.cieihla videtur.

Et i. praemisso, quo 1 interdictum sit censui *a ecclesiastica^ qua homo arcetur a participatione quorumdqm sacramentorum, ab omnibus* officiis *divinis, e! ab ecclesiastica sepultura;* novit certe Legislator triplex esse interdictum ; *locale* quod directe fertur in locum, quatenus in eo proh benlur celebrationes missarum, divinorum officiorum etc.; *personale* quod immediate et directe feilur in personam, per quod videliet persona arcetur a participatione quorumdam sacramentorum, divinorum officiorum, sepulturae ecclesiasticae in quocumque loco; huiusmodi enim interdictum quocumque personam sequitur: *mixtum* denique, quo simul locus et personae talis loci interdicunlur.

Cum itaque Legislator de personis locutus sit, de interdicto personali sermonem habuit. Hoc igitur interdictum vel supponendum est latum, ex mente legislatoris in personas singulares, vel in communitalem; atqui non in communitatem; etenim addit personas sepultura ecclesiastica pronibendas esse.debere *nominatim* interdictas; quo adverbio ipsum personale interdictum, quod ferri etiam potest in communitatem, aliumque coetum quemlibet, coarctare ad individuas personas videtur.

2. In alicuius legis interpretatione recedendum non est ualuraii

VERBORUM SENSU; ET LEGIS POENALIS VERBA SUNT STRICTO SENSU INTERPRETANDA ; NEMO AUTEM IN DUBIUM REVOCABIT, PERSONAS *nominatim* EXCOMMUNICAIAS VEL INTERDICTAS ILLAS ESSE, QUARUM NOMINA, VEL ADIUNCTA ILA DESIGNANTUR, UT CUM NULLIS ALIIS CONFUNDI POSSINT. (1) AT PERSONAE GENERATIM INTERDICTAE, EX LOCO QUIDEM VEL SOCIETATE AD QUAM PERTINENT INTERDICTAE DIGNOSCUNTUR, NON AUTEM EX NOMINE, VEL NOTIS INDIVIDUALIBUS ; ERGO INIERDICTO PERSONALI GENERALI CONVENIRE NON POTEST ADVERBIUM ILLUD *nominatim.*

3. RATIONES A BONACINA IN TESTIMCAIO SUPERIUS ALLEGATO ITA SOLIDAE NON VIDENTUR, QUAE CONSENSUM EXTORQUERE VALEANT. IN EO ENIM QUOD AFFIRMAI, SINGULOS SUFFICIENTER CENSERI DENUNTIATUS PER NOMEN COMMUNITATIS CONTRADICIT VERBO LEGIS *nominatim,* QUO INDIGITALUR PERSONAS INTERDICTO SUBIECTAS EX IPSO NOMINE DIGNOSCI DEBERE; AL NOMINATIM NON CONVERTITUR CUM *sufficienter;* QUOD ADEO CERTUM EST, UT SI PONTIFEX EX. GR. INTERDICTO SUPPONERE UNIVERSOS ROMANOS, AUT PARISIENSES, AUT VIENNENSES, POSSENT NE HI UTI *nominatim* INTERDICTO SUPPOSILI TRADUCI, EO QUOD DUM SE AUT ROMANOS, AUT VIENNENSES, AUT PARISIENSES ESSE AFFIRMARENL DIGNOSCERENTUR INTERDICTO SUPPOSITI ?

4. QUID; QUOD HAC IN HYPOTHESI ALIQUANDO CONTINGERET UT NEC SUFFICIENTER INTERDICTO SUPPOSITOS se-se DEMONSTRARENT? QUID ENIM SI QUI PARISIIS, ROMAE, Yiennae NATI SUNT, CUM INTERDICTO URBIUM ILLARUM INCOLAE SUPPOSITI SUNT, EXTRA PATRIAM MORABANTUR, NULLAMQUE CAUSAM INTERDICTO DEDISSENT? PROFECTO NULLO MODO ESSENT INTERDICTI ; ATTAMEN ESSENT PARISIENSES, VIENNENSES, ROMANI; NEC ITAQUE SUFFICIENTER EXPRIMERENTUR, ET NULLO MODO NOMINATIM. UTIQUE DEINCEPS SINGULIS HOMINIBUS EFFORMATUR COMMUNITAS; AT NOMEN COMMUNITATIS NON EST nomen SINGULORUM: INTERDICTIS HINC NOMINATIM COMMUNITATE, COETU, CORPORE ALIQUO MORALI, NON SEQUITUR ESSE NOMINATIM INTERDICTOS SINGULOS INDIVIDUOS, QUAMVIS SEQUATUR ESSE INTERDICTOS. QUOD QUIDEM MELIUS MANIFESTUM REDDITUR EX SEQUENTI EXEMPLO. Si ROMANUS PONTIFEX INTERDICTO SUBIECISSET DUCES ET EXERCITUM QUI ANNO 1870 URBEM INVASERUNT, NUM EX HOC CENSERI DEBUISSENT SINGULI MILITES *nominatim* INTERDICTI ? PARITER SI INTERDICTO SUBIICERE! CATHOLICOS OMNES QUI SECTAE MASONICAE NOMEN DEDERUNT,

(1) S. Alphonsus /i7>. *VII,* n. 136 explicitus iu re est; loquens enim de excommunicato vitando iuxta decretum *ad evitanda.,* qaod inferius refe n mus, sci ibit: « ut aliquis excommunicatus sit vitandus... requiritur ut sit nominatim exconi- » municatus, expresso nomine per verba, aut signa indubitata, v.gr. *cxcommunxco* » *praetorem Salmantinum,* et ita ut non possit cum alio Praetoie acquivocari... » Ex quo infertur, quod non tenemur vitare haereticos, etiamsi notorium sit hos » esse a iure excommunicatos. nisi sint insuper nominatim excommunicati et » denunciati ».

CENSENDI NE ESSENT NOMINATIM INTERDICTI, CUM NEC ipse PONTIFEX EOS NOVERIT QUI SECTIS MASONICIS NOMEN DEDERUNT? HINC ET ALIA RATIO NUTAT INDE PETITA, QUOD FERE IMPOSSIBILE ESSET INTERDICENDO COMMUNITATEM, NOMINARE SINGULOS; HAEC ENIM RATIO AD CASUM NOSTRUM APPLICARI NEQUE POTEST, NEQUE DEBET, CUM TEXTUS LOQUATUR DE PERSONA NOMINATIM INTERDICTA, NON DE INTERDICTA NOMINATIM COMMUNITATE ; QUA DE CAUSA IMPOSSI B LITAS INDUCTA LOCUM NON HABET: QUIN IMO RATIO ILLA SUPPONIT QUOD IN QUAESTIONE VERSATUR; QUAESTIO ENIM EST: AN NOMINATIM INTERDICTA COMMUNITATE,SINGULI EAM COMPONENTES NOMINATIM INTERDICTI CENSENDI SINT; SED SI SINGULI NOMINATIM INTERDICTI CENSENDI SUNT EO QUOD FERE IMPOSSIBILE EST UT NOMINATIM INDICENTUR, IDEM EST AC DICERE: INTERDICTA NOMINATIM COMMUNITATE, SINGULI NOMINATIM INTERDICTI CENSENDI SUNT ; PROBARETUR SCILICET IDEM PER IDEM. QUIN IMO SI ALIQUID RATIO ADDUCTA VALERET, NOBIS POTIUS QUAM BONACINAE FAVERET. ETENIM IDEO INTERDICTA NOMINATIM COMMUNITATE ALIQUA, CENSENDI NON SUNT SINGULI EAM COMPONENTES NOMINATIM INTERDICTI, QUIA FERE -IMPOSSIBILE EST UT NOMINENTUR; CUM ERGO LEX LOQUATUR DE PERSONIS *nominatim* INTERDICTIS, HOC IPSO APPLICARI NON DEBET AD COMMUNITATEM, QUAE PERSONA NON EST, SED COMP^ NITUR PERSONIS.

EODEM PORRO VITIO TERTIA RALIT LABORAT. ETENIM QUAESTIO NON EST : AN LATO INTERDICTO GENERALI LOCALI, OMNES ECCLESIAE CENSEANTUR INTERDICTAE; SED: ANSI PONTIFEX LEGEM FERAT QUA DECERNAT NULLAM ECCLESIAM ESSE HABENDAM INTERDICTO SUPPOSITAM NISI *nominatim* EXPRIMATUR, CENSENDAE SINT SINGULAE ECCLESIAE LOCI *nominatim* INTERDICLAE IN INTERDICTO GENERALI LOCALI ? PORRO, UT QUISQUE VIDET, SENTENTIA AFFIRMANS ALIQUID CONIRA LEGIS SENSUM MANIFESTUM STATUERET. ADDIMUS, IN RE NOSTRA QUAESTIONEM NON ESSE DE INTERDICTO GENERALI, SED DE PARTICULARI, IMMO INDIVIDUO; AT IN INTERDICTO PARTICULARI LOCALI, NOMINATIM EXPRIMITUR ECCLESIA, VEL LOCUS INTERDICTO SUPPOSITUS. RELATE IGITUR AD REM NOSTRAM IN CITATO BONACINAE ARGUMENTO DEEST PARITAS.

QUOD QUIDEM APPRIME PERSPEXIT ALTERIUS *De Censui is Ecclesiasticis Tom. II, Disp. IV, Cap. V. pag. 410.* « RESPONDEO NON ESSE » PAREM RATIONEM DE INTERDICTO GE- » NERALI LOCALI, ET DE INTERDICTO PER- » SONALI ; NUN INTERDICTUM LOCALE » DICITUR GENERALE PROPTER AMPLILU- » DINEM LOCI TANTUM IN ORDINE AD » ALIUM LOCUM, QUI ARCTIORI AMBITU » CONCLUDATUR, NEQUE PLURES PAR- is» TES COMPLECTATUR, TAMEN REVERA » FERTUR CIRCA REM CERTAM DETERMI- » NATAM SUIS FINIBUS EL PARTICULA- » REM, QUAE SOLUM CONTINET PAR- » LICULARIA LOCI TAMQUAM PARTES INTE- » GRANTES TOTUM LOCUM INTERDICTUM, » QUI IOCNS GENERALIS NON EST AL I - » QUOD TOTUM COLLECTIVUM, SED SIN- «GULARE DETERMINATUM CONSTANS EX

» mollis partibus, sicut aliae res » c)t porales. At vero interdictum » generale populi, quamvis in or- » dine ad communitatem sit deler- » m i natum, non vero respectu sin- » gularium personarum, quia illud » totum est collectivum tantum, et « ideo valde confusum, et tanquam » quid generale respectu singula- » ri um. »

Exinde factum videmus ut aucto- res praestantissimi contrariam sen- lenliam defendant. Suarez *De Censu- ris disp. 35, sect. 3,* n. 5 scribit: « Proprie et in rigore, non potest » dici persona quae sepelitur no- » minatim interdicta , propterea » quod populus eius sit nominatim » interdictus. »

S. Alphonsus *Theol. Mor. lib. VII, n. 134,3" :* loquens de excom- municatione scribit: « Licet dica- » tur: *excommunie a mus Petrum, » v. g. incendiarium, et eius com- » plie es,* solus Petrus vitandus est, » non vero alii, etsi sint notorii; » quia sententia quoad illos est tan- » tum generalis, et non specialis » contra certam personam. » At eadem ratio militare pro interdicto debet, atque militat. Atque ne ni- mii simus, Alterius loc. cit. ita per- belle rem nostram dirimit: « Si *P* autem loquamur de interdicto per- » sonali generali est maior difficili- » tas: an privet personam sic in- » terdictam ecclesiastica sepultura. » Aliqui sentiunt pro parte affiima- ?» tiva, et conantur affirmare ex. » Cap. *Si sententia de Sent. ex- * communicationis lib. 6. (i)* Ubi » propter interdictum generale po- » puli prohibentur singuli audire » divina, et recipere Sacramenta. » Verum hic textus posset retor- » queri in contrariam partem ; si » enim propter interdictum gene- » rale personale prohibentur sin » guli audire alicubi divina et re- » cipere Sacramenta, et nihil di- » citili- de tertio effectu, id est de » ecclesiastica sepultura , signum » igitur probabile est interdictum » generale non parere hunc effe- » ctum quoad eas personas quae » culpabiles non fuerunt. Unde » Glossa *in cit. Clem. vers. 1. no- » minutila de sepult,* infert ex illo » textu, ubi excommunicantur se- » pelientes interdictos nominatim, » posse sepeliri in loco sacro in- > terdictos non nominatim, si ipse

(1) En Caput: « Si sententia interdicti proferatur in Clerum, non intelligitur » (nisi aliud sit expressum in ea) interdictus populus, nec etiam e converso. Unde » uno interdicto ipsorum, alius licite admittitur ad divina. Ceterum cum propter » delictum dornini, vel rectoris est civitas interdicta, si vel eiusdem (qui cnlpa- » biles non existunt, dummodo et ipsi propter dominum vel rectorem puniendum » in eis non fuerint interdicti) possunt extra ipsam licite interesse divinis. Cum » vero alicuius terrae populus interdicto nodatur, singulares ex eo personae quas » interdictas esse constat ne sententia effectu careat, eum divinorum auditio, et » sacramentorum perceptio populo ut universis non debent alicubi (casibus expres- » sis a iure dumtaxat exceptis) audire divina,vel occlesiastica recipere sacramenta.»

» LOCUS INTERDICTUS NON SIT. EL IDEM » CONFIRMARI POLEST EX CAP. *Ut pri-* » *vilegia de privilegiis,* ET EX ALIIS » IURIBUS, QUAE CITANTUR A DICTA » GLOSSA IN QUIBUS APPARET PRIVARI » ECCLESIASTICA SEPULTURA NOMINATIM » INTERDICTOS, SIMULQUE POENAM EX- » COMMUNICATIONIS INFLIGI TANTUM » ADVERSUS SEPELIENTES PUBLICE EX- » COMMUNTCAIOS, AUT SIC INTERDICTOS, » ID EST NOMINATIM.

» SED CONIRA OBIICIET QUIS: EX >> CAP. *Episcoporum de privileg.* » *lib. 6,* NON DENEGATUR ECCLESIA- » STICA SEPULTURA INTERDICTIS NOMI- » NATIM, SED SIMPLICITER INLERDI- » CLIS, SIC ENIM HABETUR: *aut ex-* » *communicatus ptiblice, vel inter-* f> *dictos ad divina officia, seu ec-* » *clesiastica Sacramenta, vel eccle-* » *siasticam sepulturam admittant;* » ERGO INTERDICTUM PERSONALE ETIAM » GENERALE PRIVAT ECCLESIASTICA SE- » PULTURA.

» RESPONDENDUM EST, IN DICTO » CAP. PER INTERDICTOS INTELLIGI ILLOS » QUI SUNT INTERDICTI SPECIALITER, » TUM QUIA DEBET EXPLICARI EX ALIIS » IURIBUS ANTIQUIORIBUS, IN QUIBUS » QUOAD HUNC EFFECTUM PRIVATIONIS » ECCLESIASTICAE SEPULTURAE AEQUIPA- » RANTUR PUBLICE EXCOMMUNICATI » CUM INTERDICTIS NOMINATIM, TUM » ETIAM QUONIAM SI SIMPLICITER MEN- » TIO FIAT DE INTERDICTIS, INTELLIGUN- » TUR ILLI QUI SPECIALITER SUNT INTER- » DICTI. SED OMNIS DIFFICULTAS T OLI I - » TUR EX IURE NOVO *Extravag. ad* » *Evitanda,* UBI NON PROHIBETUR » COMMUNICATIO CUM INNODATI? CEN- » SURA ALIQUA, NISI NOMINATIM SINT » DECLARATI TALES. »

PORRO EIUSMODI ALTERII RATIO PO- STREMA NOS AD ILLUD OBSERVANDUM IMPELLIT, QUOD PIUS PAPA IX PER CONSTIT. *Apostolicae Sedis* CENSURAS LIMITAVIL; SI ERGO ET IN IURE ANTI- QUO PROBABILIOR SENTENTIA ERAT PRI- VANDOS ESSE ECCLESIASTICA SEPULTURA ILLOS TANTUM QUI ESSENT *nominatim interdicti,* QUO IURE POST PIANAM CONSTITUTIONEM AD NOMINATIM NON INTERDICTOS EXTENDEMUS?

ATQUE PROBE NOTANDUM EST, NO- SIRO AEVO DIFFICILLIMUM ESSE, NE, OB TEMPORUM CIRCUMSTANTIAS, FERE IMPOSSIBILE DICAMUS, UT INTERDICTA LOCALIA, VEL PERSONALIA GENERALIA RE- NOVENTUR', OPTIME AUTEM RENOVARI POSSE INTERDICTUM PERSONALE INDI- VIDUUM ; NULLA CONSEQUENTER RATIO EX MENTE LEGISLATORIS APPARET, QUA AD ALIOS QUAM AD INTERDICTOS NOMI- NATIM LEGEM PII IX APPLICAR*» DE- BEAMUS.

DEMUM EX DICTIS PATET, UI MO- DESTISSIMI SIMUS, OB RATIONES INTRÍN- SECAS, ET DOCTORUM AUCTORITATEM, DE LEGISLATORIS MENTE NON SATIS CON- STARE, LEGEM IDEOQUE DUBIAM ESSE, ATQUE SENTENTIAM NOSTRAM VEL AEQUE PROBABILEM VEL PROBABILIOREM ESSE; IN HISCE VERO EXCOMMUNICATIO NON NCURRITUR.

HINC SI CONTINGAT UT INTERDICTUS QUILIBET, AT NON NOMINATIM, SIT EC- CLESIASTICAE SEPULTURAE TRADENDUS, NEQUE MANDANTES NEQUE COGENTES HANC EXCOMMUNICATIONEM INCURRERE SUNT DICENDI.

D IO A U LEM MALII IESIA IN RE ESSE P U LA MUS I° UT QUIS NOMINATIM INTERDICTUS CENSEATUR, REQUIRI SEILTEN LIAM DECLARATORIAM IUDICIS; IDQUE TUM OB EXTRAVAGANT, *ad evitanda* IN CONCILIO CONSTANTIENSI (1414) LATA, ET A MARTINO V CONFIRMATA, EX QUA NEMO TENETUR ALIQUEM CENSURA INNODATUM VITARE, *nisi censura vel sententia eiusmodi fuerit a iudicepublicata, vel denunciata specialiter et expresse;* (1) TUM REIPSA; NEMO ENIM NOMINATIM INTERDICTUS CENSERI POTEST NISI AB HABENTE POTESTATEM INTERDICENDI TALIIER FUERIT DENUNTIATUS; TUM OB DOCTORUM ET PLURIMORUM COMMENTATORUM SENTENTIAM.

SATIS SIT IN RE UNUM S. ALPHONSUM AUDIRE QUI QUAESTIONEM HANC PRAECLARE DIRIMIT LIB. VII. N. 137. « REQUIRITUR 2°, UT REUS PUBLICE EX- » COMMUNICATUS PUBLICE ETIAM DE- » NUNTIETUR. CIRCA QUOD NON SUFFI- » CIT, SI DENUNCIADO FIAT CORAM LI- » LIGANTIBUS, SED DEBET FIERI IN LOCO » PUBLICO (PROUT IN ECCLESIA, LEM- » PORE MISSAE VEL CONCIONIS) ET IN » CHARTA A (FIGI IN LOCO PUBLICO, VEL » ALIBI IUXTY USUM REGIONIS. ET IR » DUBIO, AN QUIS EXCOMMUNICATUS » SIT SUFFICIENTER DENUNTIATUS, NON » TENEMUR EUM VITARE... NISI ADESSET » PERICULUM SCANDALI. SUFFICIT TA- » MEN, UT TENEAMUR VITARE, SI CON- » SIET NOBIS ESSE ILLUM DENUNCIATIMI » PER FAMAM PUBLICAM, VEL PER TE- » SII MONIUM ETIAM UNIUS PERSONAE » GRAVIS AUCTORITATIS. NOTANDUM SE- » EUNDO, QUOD EXCOMMUNICATUS A » IURE (NISI CRIMEN SIT NOTORIUM) » DEBET PRIUS A SUO PROPRIO SUPE- » RIORE CITARI, UT SE DEFENDAT. ET » DEINDE DEBET PUBLICE UT EXCOM- » MUNICATUS DENUNCIAN SEU DECLA- » RARI. SUFFICIT LIMEN UT EXCOMMU- » NICATUS A IURE TANTUM DENUNTIETUR » TANQUAM TALIS, UT IAM SIT VITAN- » DUS. NON VERO SUFFICIT SI REUS SEN- » TENDA DECLARETUR TANTUM QUOD » COMMISERIT CRIMEN, CUI ADNEXA » EST EXCOMMUNICATIO. RATIO QUIA » IN DECRETO CONCILII CONSIANTIEN- » SIS ET IN EXTRAV. MARTINI V DI- » CIUM EST, NEMINEM ESSE VITANDUM » *nisi censura vel sententia eius- » modi fuerit a Judice publicata, » vel denunciata specialiter et ex- > presse.* EX QUIBUS VERBIS GIBALI-

(1) His porro verbis lex fertur: « Ad evitanda scandala indulgemus, quod » nemo deinceps a communione alicuius in sacramentorum administratione, vel » receptione, vel aliis quibuscumque divinis, vel extra, praetextu cuiuscumque t sententiae, aut censurae a iure, vel ab homine generaliter promulgatae, teneatur » aliquem vitare, ant interdictum ecclesiasticum observare, nisi sententia vel » censura eiusmodi fuerit contra personam, vel Collegium etc. vel locum certum, » aut incertum a iudice publicata et denunciata specialiter vel expresse. Salvo si » quum pro sacrilega manuum iniectione in Clericum sententiam latam a Canone » adeo notorie constiterit incnrns-se, qood factum non possit aliqua tergiversatione » celari, nec aliquo suffragio excusari; nam a communione illius, licet denunciatus » non fuerit, volumus abstineri, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huius- » modi excommunicatos, suspensos, et interdictos, seu prohibitos, non intendimus » in aliquo revelare, nec eis quomodolibet suffragari. »

» NUS CUM SÁNCHEZ ADDIT NEC SUF- » FICERE, SI DECLARETUR REUS INCUR- » RISSE OMNES CENSURAS CRIMINI AD- » NEXAS, NISI IN SPECIE DENUNTIETUR » EXCOMMUNICATUS. » AT EADEM VALERE DE NOMINATIM INTERDICTO NEMO AMBIGERE DEBET.

ALIUD PARITER CERTUM ILLUD EST, QUOD UT QUIS UTI NOMINATIM INTERDICTUS PRIVATUS CENSENDUS SIT ECCLESIASTICA SEPULTURA, NULLO PACTO A ROMANO PONTIFICE INTERDICTUS ESSE DEBET, SED SATIS EST UT UTI TALIS AB LOCI ORDINARIO FUERIT PROCLAMATUS. LEX ENIM UNIRE REQUIRIT UT PRIVANDUS ECCLESIASTICA SEPULTURA SIT NOMINATIM INTERDICTUS; NEQUE EXIGIT UT INTERDICTO A ROMANO PONTIFICE SIT SGPPONENDUS.

POSTREMO LOCO INQUIRENDUM NOBIS EST, QUAENAM REQUIRATUR SCIENTIA IN MANDANTI BUS VEL COGENTIBUS AD INCURRENDAM PRAESENTEM EXCOMMUNICATIONEM. ET QUIDEM DUBITANDI RATIONEM INDUCUNT TUM CAPITA *Quicumque,* ET *Eos qui* AB INITIO CITATA, TUM COMMENTATORUM DISCREPANTIA. IN ALLEGATIS ENIM CAPITIBUS NEDUM SCIENTIA, SED ELIAM PRAESUMPTIO REQUIRITUR: *scienter praesumpserint ecclesiasticae tradere sepulturae : excommunicatos publice.... scienter sepelire praesumunt.* E CONIRA IN CONST. *Apostolicae* EXCOMMUNICANTUR SIMPLICITER *mandantes, seu cogentes tradi sevultui ae ecclesiasticae haereticos notorios* ETC.; QUIN DE SCIENTIA AUT DE PRAESUMPTIONE SERMO HABEATUR.

EXINDE LITES INTER COMMENTAtores. DE VARCENO *Theologia Mor. Tom. H, pag. 497,* AFFIRMAT ETIAN. POST PIANAM CONSTITUTIONEM SCIENTIAM ET PRAESUMPTIONEM REQUIRI : « IN HOC ARTICULO DAMNATUR SUB » POENA EXCOMMUNICATIONIS ACTIO, » QUA QUIS SCIENTER AC TEMERE MAN- » DAT, VEL COGIT UT DETUR SEPULTURA » ECCLESIASTICA HAERETICIS ETC. DIXI- » MUS *scienter ac temere,* QUIA MAN- » DATUM, SEU COACTIO (MANDANTES » SEU COGENTES) SUPPONIT RELUCTA- » LIONEM HABENTIS IUS VEL CUSTODIAM » SEPULTURAE ECCLESIASTICAE; AC PROIN- » DE PER SE INDICAT IN MANDANTE » PLENAM COGNITIONEM HUIUSMODI » POENAE, AC simul PRAESUMPTIONEM » CONIRA FACIENDI. QUARE AB HAC CEU- » SURA EXCUSAT IGNORANTIA CRASSA ET » SUPINA, IMO ET AFFECTATA. » *

ATcl. DE "VARCENO CONTRADICUNT ERUDITISSIMI SCRIPTORES EPHEMERIDIS *Nouvelle Revue Théologique Tom Xl, pag. 397,* QUO LOCO AFFIRMANT, NIHIL ESSE IN PIANA LEGE QUOD EIUSMODI INTERPRETATIONI FAVEAL; ETENIM CUM PONTIFEX SCIENTIAM ET PRAESUMPTIONEM VELUTI CONDITIONEM EXCOMMUNICATIONIS SEU POENAE ALICUIUS REQUISIVIT, EAS DISERTIS VERBIS EXPRESSIT; QUA DE CAUSA CUM IN PRAESENTI CAPITE NEQUE SCIENTIAM, NEQUE PRAESUMPTIONEM EXPOSCAI, CONCLUDENDUM EST EAS NON REQUIRI.

UE VARCENO INSUPER NON SIBI INSTARE; DUM ENIM *Tom. cit. pag. 516,* EXPLANARE SATAGIT TRIDENTINAM EXCOMMUNICATIONEM LATAM IN *Cogentes, praeterquam in casibus in iure expressis, mulierem ad ingrediendum monasterium, vel*

impedientes; pag. 5l7 n. 6 , EX-COMMUNICATIONI SUPPONIT *cogentes etiamsi laborent ignorantia crassa, supina vel affectata;* QUO IGITUR ARGUMENTO IN COGENTES HOSCE, DUM DE SEPULTURA HAERETICORUM ETC. AGITUR, EXCOMMUNICATIONEM INFERT EO TANTUM IN CASU QUO SCIENTER HAERETICUM NOTORIUM SEPELIRI MANDENT VEL COGANT? SI ENIM IN CAP. *de cogentibus moniales aut impedientibus eie,* EXCOMMUNICATIO INCURRITUR ETIAM CUM IGNORANTIA *crassa, supina, et affectata,* ETIAM IN CAPITE *de sepultura* ETC., EODEM PACTO EXCOMMUNICATIO INCURRI DICENDA EST.

CONCLUDUNT HINC, SOLA IGNORANTIA NON INCULPABILI EXCUSARI IN CASU MANDANTES ET COGENTES; EO VEL MAGIS QUOD NULLUM NOVERINT AUCTOREM QUI OPINIONI A DE VARCENO PROPUGNALE FAVEAT.

QUID ERGO DICENDUM?

AD EIUSMODI QUAESTIONEM DIRIMENDAM NONNULLA PRAENOTEMUS OPORTET.

ET I° CERTUM EST, HOC IN CAPITE UNICE EXCOMMUNICARI MANDANTES ET COGENTES TRADI SEPULTURAE ECCLESIASTICAE HAERETICOS NOTORIOS ETC. ERGO SI NOTORIUS HAERETICUS, VEL NOMINATIM EXCOMMUNICATUS AUT INTERDICTUS DEMANDETUR SEPULTURAE ECCLESIASTICAE SINE MANDATO VEL COACTIONE ALIQUA, NULLA EXCOMMUNICATIO INCURRITUR. CASUS ESSET SI DEFUNCTI HAERETICI CADAVER AD SEPULTURAM ECCLESIASTICAM DEFERATUR *unica associatione,* UT VOCANT, *civili,* SINE ULLA PAROCHI, VEL AUCTORITATIS ECCLESIASTICAE MONITIONE AUT INTERDICTO DE EO NON SEPEHENDO IN LOCO SACRO. HOC ENIM IN CASU NEQUE MANDANS NEQUE COGENS HABETUR, ET CUM CADAVER DEFERENTES, ASSOCIANTES, SEPELIENTES NULLAM INCURRANT EXCOMMUNICATIONEM, NEMO PROFECTO ILLAM INCURRIT. HOS AUTEM CASUS NOSTRO TEMPORE SAEPISSIME CONTINGERE VIDEMUS.

EX HOC AUTEM SEQUITUR QUOD QUAMVIS PARTEM SUMENTES IN INTERDICTI CADAVERIS SEPULTURA LEGEM ET ADNEXAM POENAM NOVERINT, NULLAM INCURRERE EXCOMMUNICATIONEM DICENDI SUNT, QUIA POENA NON IN QUOSLIBET, SED UNICE IN MANDANTES ET COGENTES LATA EST: ERGO SI DESIT MANDATUM VEL COACTIO, EXCOMMUNICATIO LOCUM NON HABET.

2° AT MANDATUM ET MULTO MAGIS COACTIO RELUCTANTEM SUPPONIT EX PARTE AUCTORITATIS ECCLESIASTICAE, SEU PAROCHI ; SALTEM HUIUS PROLESLATIONEM. ETENIM CUM CADAVERA AD LOCUM SACRUM DEFERRI POSSUNT, PAROCHUS EORUM ASSOCIATIONEM SUSCIPIT, EAQUE MUNIA EXPLET QUAE PRO EXEQUIIS IN RITUALI ROMANO PRAESCRIBUNTUR; CUM AUTEM AD LOCUM SACRUM DEFERRI NON POSSUUT, PAROCHUS OMNIA NEGAT QUAE CORPORIBUS DEFUNCTORUM IMPENDÍ SOLENT. QUOD SI AD LOCUM SACRUM VEL DEFERRI POSSINT, ET PAROCHUS NON VOCETUR; VEL QUAMVIS DEFERRI NON POSSINT, PAROCHUS NEQUE MONEAT, NEQUE OBSISTAT, SUPERIOR RECURRIT CASUS DE NEMINE MANDANTE, AUT COGENTE, ET NULLA HABET LOCUM EXCOMMUNICATIO.

ADDIMUS, MANDANTES HOC IN LOCO INTELLIGENDOS ILLOS ESSE QUI HABENT AUCTORITATEM, UT SUPERIUS PROBAVIMUS, COGENTIUM NOMINE QUOSLIBET QUI VIM INFERUNT QUA OPPOSITORUM SUPERENT RESISTENTIAM VEL REPUGNANTIAM ; AT NISI ADSIT OPPOSITIO, AUCTORITATEM HABENTES IN RE SESE NON IMMISCENT, NEQUE COGENTES VIM ALIQUAM INFERUNT. NECESSARIO IGITUR IN EIUSMODI INTERDICTORUM CADAVERUM SEPULTURA SUPPONENDA EST SIVE MONITIO, SIVE PROTESTATIO, SIVE OPPOSITIO AUCTORITATIS ECCLESIASTICAE. ATQUI CERTUM UNDEQUAQUE EST, ECCLESIA PRAEFATAS MONITIONES, ET PROTESTATIONES EMITTERE, ATQUE OPPOSITIONEM AGERE EX CAUSA CANONICA, ALLEGANDO SCILICET LEGEM ET POENAS ADNEXAS IN CONTRAFACIENTES; IDQUE TUM UT IURIDICE SE AGERE PROBENT ET AD SUPERIORUM LEGUM PRAESCRIPTAM, IN QUIBUS DISPENSARE NON POSSUNT, TUM NE IN IUDICIUM A LAICIS IUDICIBUS RAPIANTUR, TUM PRAECIPUE UT MONEANT MANDANTES, COGENTES, ET ALIOS QUOSLIBET QUOD REM AGANT CONTRA PRAESCRIPTUM ECCLESIAE, ET POENAS CONSEQUENTER INCURRANT INDICIAS.

3* NULLO IGITUR PACTO MANDANTES ET COGENTES SUPPONENDI SUNT LEGEM IGNORARE; SED EO IN STATU REPERIRI, QUO LEGEM NEDUM PERFECTE AGNOSCUNT, SED ETIAM PERFECTE CONTEMNUNT.

QUAMVIS IGITUR PIUS PAPA IX AUVERBIUM *scienter* AUT VERBUM *praesumpserint* IN CIT. CAPITE PRAETERMISERIT, EIUSMODI VOCABULA SUPPONENDA NECESSARIO SUNT, CUM IN FACTO IPSO NECESSARIO INCLUDANTUR.

RATIO HINC IN PRAESENTI CAPITE CLARISSIMO DE VARCENO FAVET.

EX IIS VERO SEQUITUR, QUOD SI QUACUMQUE IGNORANTIA ETIAM AFFECTATA MANDANLES VEL COGENTES DETINEANTUR, EXCOMMUNICATIONEM NON INCURRUNT ; ET DARI POSSE EIUSMODI CASUM IMPOSSIBILE FERE PUTAMUS.

POSTREMO LOCO OBSERVARE DEBEMUS, QUOD QUAMVIS MANDANTES ET COGENTES EXCOMMUNICATIONEM INCURRANT OB SEPULTURAM VEL NOTORII HAERETICI, VEL NOMINATIM EXCOMMUNICATI AUT INTERDICTI EXINDE NEMO PUTET, QUOSLIBET ALIOS IURE PROHIBITOS POSSE SEPULTURAE POST PIANAM CONSTITUTIONEM MANDARI ; ETENIM QUI LEGE LATA QUOMINUS SEPELIENTUR IN LOCO SACRO ANTEA PROHIBEBANTUR, ET NUNC PROHIBENTUR; EXCOMMUNICATIO AUTEM NON INCURRITUR NISI OB ILLORUM SEPULTURAM QUI IN PIANO CAPITE RECENSENTUR.

CETEROS AUTEM QUORUM CORPO*A IN LOCO SACRO SEPELIRI INTERDICUNTUR, QUIQUE SI VI AUT MANDATO SEPELIANTUR, NULLA INCURRITUR EXCOMMUNICATIO, EX RITUALI ROMANO *Tit. de Exequiis* ITA DESCRIBIMUS.

« NEGATUR ECCLESIASTICA SEPULTURA
» PAGANIS, IUDAEIS ei OMNIBUS IIIIII-
» DELIBUS; HAERETICIS ET EORUM LAU-
» LORIBUS; APOSTATIS A CHRISTIANA FIDE;
» SCHISMATICIS, ET PUBLICIS EXCOM-
» MUNICALIS MAIORI EXCOMMUNICA-
» TIONE; INTERDICTIS NOMINATIM, ET
» IIS QUI SUNT IN LOCO INTERDICTO ,
» EO DURANTE.